**Historiae Anglicanae scriptores varii, e codicibus manuscriptis nunc primum editi / [Anon].**

**Contributors**

Sparke, Joseph, 1683-1740.
John, Abbott of Peterborough, active 1380. Chronicon Petriburgense.
Fitzstephen, William, -1190? Vita Sancti Thomae.

**Publication/Creation**

Londini : Typis Gul. Bowyer, 1723.

**Persistent URL**

https://wellcomecollection.org/works/dagv37dx

**License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

wellcome collection

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

SPARKE, Joseph

Left to me by the Revd. Edward Herbert.
L. Georgiana West.

87702.

# HISTORIÆ ANGLICANÆ Scriptores Varii,

E Codicibus Manuscriptis

Nunc primum Editi.



*Hiſtoria non Oſtentationi, Sed Fidei Veritatique, Componitur.* Plin: Ep:

*LONDINI:*

Typis Gul. Bowyer. M.DCC.XXIIV.

WELLCOME HISTORICAL MEDICAL LIBRARY

MEDICORUM facile PRINCIPI,

ET

Eximio MAECENATI Literatorum,

# RICARDO MEDO,

S.

COGITANTI de Tua in me Benevolentia tam multa mihi in mentem veniunt, quae me delectant, ut, quid potiſſimum non facile dijudicare poſſim. Amor etenim Ille Tuus, ut ſincerus in omnes bonos, ut ingenuus in omnes eruditos, ſic in me pene ſingularis, me dulci quodam modo ſemper afficit. Diligentia quippe ſumma & Solicitudo Illa Tua diurna & nocturna in tot ae-



grorum

grorum curanda ſalute, non modo paſſa non eſt me Tibi memoria excidere; ſed ultro etiam effecit, ut me conſilio, hortatione, ope non parum adjuvares. Johannis quidem Brigesii candorem, amicitiam, & in omni genere literarum praeſtantiam, quanti aeſtimem, probe ſum ipſe mihi conſcius: vix ulla tamen in re magis mihi cordi ſit ejus amicitia, quam quod illius praeſertim interventu Tibi ipſe fuerim cognitus.

Medicinam artium certe utiliſſimam magnopere ſemper aeſtimavi: qua quidem in re ipſam me naturam ducem ſequi prorſus cenſeo. Gentem quippe nullam ſcimus, neque tam feram atque moribus incultam, neque tam humanam atque doctrina perpolitam, quae non Medicinam, quantum poſſit, excolere ſtudeat. Nulla tamen gens iſtud ſtudium magis excoluit, nulla ſalutari & praeſtantiſſimae Arti majora, quam gens Anglica, ſtatuit praemia: e noſtratibus vero Medicis nemo majore dignus honore, quam ipſo revera AEſculapio major & peritior, ipſique Hippocrati, ſi non par, ſaltem ſecundus, ingens Angliae decus & ornamentum Medus: ſiquidem accuratam rei medicae, cum Therapeuticae tum Anatomicae notitiam; ſi incredibilem in aegrotis ſanandis felicitatem; ſi raram in matheſi cognitionem; ſi acutum de morborum cauſis ratiocinandi judicium; ſi diffuſam antiquitatis tam ſacrae quam profanae ſcientiam; ſi exquiſitam & veterum & recen-

recentium linguarum peritiam; ſi peracrem in arte critica ſagacitatem; ſi amabilem morum facilitatem & comitatem; ſi promtam ſemper in egenos liberalitatem; ſi ſummam in omnes benevolentiam atque candorem; ſi ſingularem illam, contra medicorum plerorumque omnium conſuetudinem, in quaeſtus ſui modo ſtatuendo modeſtiam, atque in condonandis quam ſaepiſſime artis ſuae praemiis munificentiam; ſi denique alias quamplurimas, quas jam recenſere hujus epiſtolae anguſtia prohibet, praeſtantes animi & ingenii dotes penitius perſpiceremus.

Non levis quidem mihi acceſſit voluptas, propterea quod vetuſtiſſimi noſtri coenobii auctores, viri ſane boni, arte quanquam parum ornati, elegantem certe locum obtinebunt in Bibliotheca Tua locupletiſſima: quam ſumptibus principe vere dignis, ſummoque ſtudio in Tuum atque aliorum eruditorum uſum comparaſti; ubi optimus quiſque liber locum belliſſimum, indumenta nitida invenit; ubi tabulae, ſtatuae, ſculpturae; ubi cuncta ſplendore, munditia, & ordine ſuo perpulchro tum oculis tum animae ſummam voluptatem exhibent: ac vero unde judicium Tuum ſubactiſſimum quam maxime elucet, auctores e trivio ab aedibus Tuis Palatinis jure merito exulant.

Summum beneficium, & Tibi & amico Tuo eruditiſſimo Johanni Brigesio debent Antiquitatis Britannicae amatores, quod veſtra potiſſimum ope atque auxilio fretus,

tot & tam utiles rerum geſtarum ſcriptores diligentia accuratiſſima in lucem protulit ſedulus vetuſtatis penitioris inveſtigator Doctiſſimus Hearnius. Atque in praeſentiarum, ut medica tua opera cuivis docto probe cognita & perſpecta ſileam, non parum fortaſſis habent, quod ſibi gratulentur eruditi, propter conſilium atque opem, quam mihi hiſce in auctoribus edendis Ipſe praeſtiteris: Tibi etenim ſoli auctori & conſuaſori acceptum referre oportet, quod pro ſterili Gualteri Whiteleſeyi chronico Gulielmum Stephanidem & Johannem Sarisberienſem juris publici facere in me ſuſcepi. Quomodocunque vero iſta res ſe habeat, egregia certe Tua, quibus me devinxiſti, officia, praeſertim ob ſanitatem poſt Viginti Annorum languores, recuperatam, jure merito poſtulant, ut hoc qualecunque animi mei in Te gratiſſimi monumentum exſtare vellem, quod equidem ſpero Te aequi bonique conſulturum: atque mihi ſtudiiſque meis, ut facis, ſemper favere pergas, obnixe rogo. Tibique Galeni ſanitatem & annos ex animo voveo; atque ut alii bene, Tu optime valeas, benigne det, qui ſolus poſſit, ſummus Medicinae auctor, enixe precatur,

Devinctiſſimus Tibi Cliens,

E Bibliotheca Brigeſiana,
v Kal. Aprilis, A.D.
MDCCXXIII.

JOSEPHUS SPARKE.

# LECTORI

## SALUTEM.

PRIUSQUAM hoſce Autores in manum tibi ſumpſeris, amice Lector, paucis te alloqui velim, dum quod mihi de ipſis Autoribus compertum eſt, notum tibi faciam, ſimul & de ratione, quam in illis edendis ſervavi, ediſſeram.

PRIMUM occurrit Chronicon, quod Simon Patricius decanus Petriburgi, & Henr. Whartonus, leviculis quibuſdam conjecturis adducti, adſcribunt Johanni abbati de Burgo. Et neſcio quis manu recenti MS. Cottoniano titulum ſequentem præfixit, Chronicon Angliæ per Johannem, abbatem Burgi ſancti Petri; unde Patricius harum rerum non admodum peritus, in præfatione ſua hiſtoriæ Petriburgenſi præfixa, pluribus nititur argumentis, ut evincat Johannem de Kaleto, qui obiit anno MCCLXII. autorem fuiſſe primæ partis hujus hiſtoriæ, quam doctiſſimus Rogerus Dodſworthus in Monaſtico ſuo Anglicano ſub generali Chronici Petriburgenſis nomine melius citavit. Sed de prima parte, an ejus ſit, pauca ſunt, quæ dubitationem inferre poſſunt: Scriptor etenim hujus partis ſub anno M. Martini Poloni Chronicon citat; qui quidem Martinus hiſtoriam ſuam uſque ad annum MCCLXXVI. deduxit. Hinc itaque ſcrupulus injicitur, an revera Johannes de Kaleto fuerit autor prioris partis Chronici, an potius Johannes de Deepinge, abbas Burgi, Chronicon iſtud ſuis ſumptibus comparaverit, & monaſterio ſuo dederit: vix enim crediderim ab eo fuiſſe compilatum. Sed forſan aliquis hoc modo nodum ſolvendum eſſe putabit: Martinum Polonum ſcilicet, in prima editione ad annum ſolummodo MCCLI. ſeu ad Clementem IV. papam, hiſtoriam ſuam perduxiſſe, ut refert Voſſius in Hiſtoricis Latinis, qua quidem editione noſter Johannes uti potuiſſet. Chronographi tamen Clementem IV. anno MCCLXV. electum fuiſſe affirmant; unde ſuſpicor MCCLI. apud Voſſium mendam eſſe pro MCCLXV. Et ſi ita res ſe haberet, ne adhuc quidem extricabimur: nam hac ratione editio iſta prima anno poſt Johannis de Kaleto mortem tertio emiſſa fuit. Itaque ſi Johannes de Kaleto ſtatuendus eſt autor primæ partis hujus Chronici,

nici, neceſſe eſt concedas variis in locis interpolatum fuiſſe a Roberto de Boſton, monacho forſan Spaldingiæ, qui plurima ad illum locum ſpectantia immiſcuit, & poſtremam, ut ex ratione conjicio, partem adjunxit.

Hujus Autoris, quiſquis tandem fuerit, exemplare debeo doctiſſimo eruditorum fautori JOHANNI BRIDGES armigero, qui illum accurate tranſcribi fecit ex theſauro illo ampliſſimo bibliothecæ Cottonianæ. Chronographus hicce plurima notatu digna refert, quæ apud hiſtoricos vulgatos fruſtra quæras; unde rei antiquariæ ſtudioſos non parum ſibi devinxit Patronus ille meus, qui mihi & autor & maximus adjutor fuerit, ut adeo nitide atque accurate in lucem publicam evulgaretur.

SECUNDUM locum occupat Hugo Candidus, alias Albus, alias Whyte. De quo Lelandus in libri ſui de ſcriptoribus Britannicis capite CCLXV. hæc retulit: "Hugo Albus jam annis " maturus, vitæ ſtudebat ſolitariæ, unde & in Benedicti verba " juravit: ita tamen ut eadem opera non modo religionem, " verum etiam pro conſuetudine quadam ſua eruditionem me" diis amplecteretur ulnis. Tam utile, honeſtum, ac unde" cunque ſanctum invigilantis animi ſtudium fructus, & qui" dem uberrimos, produxit. Petroburgus, nobiliſſimum jux" ta ac antiquiſſimum mediterraneorum Anglorum cœnobium, " in quo ille vitam ducebat plane continentiſſimam, dictorum " teſtis vel fideliſſimus meorum. Unum erat, quod Hugonem " præter cætera detinuit, juvabat, delectabat; nempe rerum " memorabilium & antiquitatis exquiſita cognitio: quam ut ali" quando conſequeretur nullum prorſus diligentiæ locum reliquit. " At erat interim cura hæc præcipua, ut hiſtoriam Petroburgen" ſis eccleſiæ, nutricis ſuæ chariſſimæ, gratus perdiſceret alum" nus. Hinc elaborata quadam induſtria, omnia diplomata a " Merciorum regibus, tum aliis nobilibus Petroburgenſibus, " collata conquiſivit; & quicquid præterea chartaceæ ſupel" lectilis in forulis delituit, propenſa excuſſit induſtria. Tum " vero, ut herba excreſcens fructum opportune produceret " ſuum, originem ſui cœnobii, ſucceſſus feliciſſimos, ac tan" dem fortunæ per Danos crudeliſſimos, Angerum videlicet " & Ubbonem, viciſſitudinem accurata perſcripſit diligentia. " Nec minori cura in reparato per Ethelwoldum Ventæ Sime" norum epiſcopum, & Adulphum Eadgari regis Archigram" mateum, monaſterio uſus eſt. In quo opere tam multa de

" primi-

" primitiva Merciorum eccleſia, a Beda, alioqui tum docto,
" tum diligenti, prorſus intacta, ac præterea de cœnobiis ex
" Petriburgo enaſcentibus, collecta inſeruit, ut merito ſacro-
" ſanctæ antiquitatis theſaurus eſſe videatur. Perduxit autem
" hiſtoriam uſque ad imperium Henrici tertii, regis Angliæ;
" quo tempore vixiſſe illum credibile eſt."

ITERUM Lelandus in eodem opere, capite ſcilicet CXXII.
" Chenulphus, abbas Petroburgenſis, vir magni olim in lite-
" ris nominis erat, quanquam non alio is mihi cognitus teſti-
" monio, quam fide Hugonis Albi, qui res geſtas Petroburgen-
" ſium egregie perſcripſit." Videſis, ſi lubet, ejuſdem libri
paginas *164* & *169*.

JOANNES autem Baleus, Lelandi ſequax, in ſcriptorum Britanniæ centuria tertia, hæc fere eadem habet: " Hugo Can-
" didus, alias Whyte, juvenis adhuc, Petroburgi, in Benedi-
" ctinæ profeſſionis verba juravit. Quanquam hujus apud
" ſcriptores rarum ſit nomen, non tamen ita abolitum eſt,
" ut ejus memoria prorſus interiret. Bonis certe ac prudenti-
" bus grata ſemper debebat eſſe eorum diligentia, qui quoad
" poterant ſtudia conferebant ad hiſtoriæ conſervationem, li-
" cet recta diſſonis ac vera frivolis interdum admiſcuerint.
" Ex eorum numero præſens author habetur unus, in eo exer-
" citio percelebris artifex, hiſtoricus nempe eximius. Nullum
" prorſus diligentiæ reliquit hic locum, ut non aliquando con-
" ſequeretur rerum memorabilium & antiquitatis exquiſitam
" cognitionem. Hinc elaborata, Lelando teſte, quadam in-
" duſtria originem ſui cœnobii, ſucceſſus feliciſſimos, ac tan-
" dem diverſam per Danos viciſſitudinem, accurata perſcripſit
" diligentia. In quo opere multa de primitiva Merciorum
" eccleſia tradit, a Beda, viro alioqui tum docto, tum diligenti,
" prorſus intacta. Inter occupationes ergo monaſteriales Hu-
" go collegit Hiſtoriam Petroburgenſem, lib. I. Anne alia
" extent ejus ſcripta, plane ignoro. Luculentum rerum ge-
" ſtarum ſcriptorem Lelandus ipſum appellat, perduxiſſeque
" ſuam hiſtoriam uſque ad imperium Henrici tertii, illum te-
" ſtatur. Claruit anno nati Servatoris MCCXVI. ſub rege
" Joanne."

JOANNES vero Pitſeus de illuſtribus Angliæ ſcriptoribus, ætat. XIII. an. MCCXVII. de Hugone noſtro ſimilia, ſed aliquantulum pro more ſuo elegantiora exhibet. " Hugo Candi-

" dus, vulgo Anglorum White, natione Anglus, ordinis ſancti
" Benedicti monachus Petroburgenſis, vir pietatis & doctrinæ
" nomine non incelebris, licet pauca admodum, quantum in-
" venire hactenus potui, in lucem emiſerit ſcripta, tamen in-
" ter eos numerari ſolet, qui perſcrutandis rerum memorabi-
" lium antiquitatibus utilem operam navarunt, & hiſtoriam
" gentis noſtræ continuo curſu connexam conſervaverunt.
" Teſte Joanne Lelando, fuit rerum geſtarum ſui præſertim
" cœnobii luculentus ſcriptor, cujus hiſtoriam elaboratiſſima
" diligentia perſtrinxit, nec primam originem, nec felices
" progreſſus, nec infelices caſus, variaſque maxime ſub Danis
" & aliis barbaris clades, aliaſque viciſſitudines, unquam omit-
" tens. Ubi etiam tam vigili oculo primitivam Merciorum
" eccleſiam inſpexit, ut multa annotaverit, quæ ipſius Vene-
" rabilis Bedæ diligentiam evaſerant. Hanc autem hiſtoriam
" uſque ad Henrici tertii regnum deduxit, inſcriptionemque
" fecit, Hiſtoriam Petriburgenſem, Librum unum. De aliis
" ejus ſcriptis mihi nihil conſtat. Claruit anno poſt Chri-
" ſtum hominem factum MCCXVII. inchoante regnum apud
" Anglos Henrico tertio."

Illum ſub annis extremis regis Johannis inclaruiſſe, Voſſius & Joſcelinus minus recte ſcripſerunt. Horum primus de illo ſic verba facit in libris ſuis de Hiſtoricis Latinis, pagina 454. " Extremis regis ejus [Johannis] annis florebat Hugo Candidus, " alias Whyte, Anglus, ordinis Benedictini in monaſterio ſuo " Petroburgenſi. Scripſit Hiſtoriam Petroburgenſem; in qua " de monaſterii ſui origine variaque fortuna accurate tractat. " Sane luculentus rerum geſtarum ſcriptor vocatur a Joanne " Lelando; deque primitiva Merciorum eccleſia quædam ad-" fert, Bedæ ipſi indicta." Joannes Joſcelinus de Hugone haud abſimilia tradens, " Illum, dicit, hiſtoriam Petroburgen-" ſem diligenter collegiſſe & perduxiſſe uſque ad imperium " Henrici tertii." Hickeſius vero in Linguarum Veterum Septentrionalium Theſauro, pag. 139. vol. I. hæc habet: " Su-" pra obſervavi ƿ Saxonicum in Gallo-Normannicum uu eſſe " verſum Chron. Saxon. Gibſoni, pag. 137, 5. nempe in an-" no MCXXXII. qui fuit Henrici I. trigeſimus primus. Nec " mirum cuiquam videatur, monachum Petroburgenſem, qui " hoc Chronicon partim tranſcripſit & partim compoſuit, ſive " is Hugo Candidus, alias White, qui floruit anno MCXXX.

" ſive qui poſt eum floruit anno MCCXLV. Robertus Swap-
" ham, ſive quis alius fratrum fuit, Saxonicam ſcripturam in
" nonnullis immutaſſe." Illum revera Chronicon Saxonicum ſecutum fuiſſe, cuivis conferenti liquido patebit, quo magis veriſimile ſit, quod ait Hickeſius, eum partim illud etiam compoſuiſſe. Quo tamen officio functus fuit, & quando vixit, ſatis accurate noveris, ſi modo paginas 68 & 70 ſuæ hiſtoriæ inſpicere libeat.

In hoc Autore edendo uſus ſum apographo accurato exemplaris Cottoniani. Hoc ab amiciſſimo viro Joanne Brigeſio armigero acceptum, cum vetuſto admodum eccleſiæ Burgenſis codice a Roberto Swaphamo conſcripto, & cum alio recentiori penes prænobilem Johannem Comitem Fitzwilliam, cui eo nomine ingentes gratias & habeo & ago, manu Walteri de Whitleſeye exarato, religioſe contuli; eorumque lectiones variantes in imo margine fideliter exhibitas invenies.

Hugonem Candidum excipit Hiſtoria Cœnobii Burgenſis a Roberto de Swapham conſcripta. Robertus ille circiter annum ſalutis MCCLXVII. pitanciarius fuit; poſtea cellerarii probe functus eſt officio, & circa annum Domini MCCLXXIII. e vivis exceſſit. Plurimum a monaſterio ſuo meritus eſt propter regeſtum chartarum, privilegiorum, &c. adcurate & bono ordine a ſe congeſtum: quodque, ni fallor, ſub auſpiciis præſtantiſſimi abbatis Johannis de Kaleto ſummi Angliæ theſaurarii inchoavit, ac ex monumentis primariis optima fide deſcripſit; utique mihi conferenti liquido conſtat. An alia, præter hanc hiſtoriolam & regeſtum ſuum, opuſcula compilavit, prorſus me neſcire fateor.

Clarissimus quidem Seldenus in notis ſuis ad Draytoni Polyolbion, Roberti Swaphami teſtimonio de fabuloſa Ruffini & Wulfadi paſſione ſæpenumero uſus eſt: ſed vir cætera doctus valde hallucinatur, ea Swaphamo perperam adſcribens, quæ nunquam compoſuit. Swaphami hiſtoriam ex proprio ipſius autoris codice inter archiva Burgenſia tranſcripſi. Variantes vero in margine lectiones apographo Walteri Whitleſeye debentur.

De Waltero Whitleſeye lectorem non diu morabor. In villa Whiteleſeye eum natum fuiſſe, ac inde cognomen accepiſſe, ex ipſo libro ſatis liquet: quonam vero tempore vixit, non ita liquido conſtat. Edoardo ejus nominis ſecundo regnante Walterum noſtrum floruiſſe hinc conjectare liceat, quod Godefridi abbatis res geſtas tanta cura atque ordine tam luculento recen-

ſuit.

ſuit. Ad quartum Edoardi tertii annum vitam ſuam produxiſſe patet; quippe illius regis chartam anno MCCCXXIX. confectam inter alia regum privilegia ad codicis ſui finem retulit. Walterum apud Burgum nullo functum fuiſſe majori officio inde conjicio; propterea quia humiliori tantum Commonachi titulo in codicis ſui principio gaudet: neque quolibet in loco ejus nomen inter cœnobii Burgenſis miniſtros unquam offendere potuerim.

PRÆTER hanc abbatum Burgenſium hiſtoriam, Angliæ quoque Chronicon, vel ut ipſe in titulo vocavit, Chronicon Apparitatum conſcripſit, quod & alibi Compendium Hiſtoriæ Anglicanæ appellat. In hiſtoriæ ſuæ Burgenſis margine chronicon iſtud ſatis jejunum elegantiſſima quidem manu exaravit: ab ipſo Bruto exordium inſtituit, nec tranſverſum quidem unguem a Goffridi Monumetenſis hiſtoria diſceſſit; poſtea vero Florentii Wigornienſis chronicon in epitomen redegit; deinceps alia quædam ex variis autoribus uſque ad Henrici tertii obitum breviſſime retulit. Vitam tamen Herewardi, qui Willelmo Conqueſtori fortiter reſtitit, prolixius enarrat. Iſtam vitam in altero volumine lectoribus me daturum eſſe confido. Walterus ille Hugonis Albi hiſtoriam pro libitu interpolavit: & quicquid ad rem ſuam pertinere credidit, ex Roberti Swaphami commentario tranſtulit. Cumque feoda militum a Thoroldo abbate inſtituta Swaphamus adcurate recenſuerat, gentilitia quorundam illorum militum inſignia nitide ſatis depicta codicis ſui margini Walterus adjunxit; quæque, uti feciales noſtrates artis ſuæ ſane peritiſſimos demererer, in æs incidenda curavi.

QUISNAM fuerit continuator hiſtoriæ Walteri, vel quando vixerit, mihi parum exploratum eſt: ex ſtylo ſatis rudi liquido pateat eum juris canonici ſtudium excoluiſſe. Infauſto librario uſus eſt, qui quamplurimas in codice ſuo mendas reliquit, quas equidem quanta potui cura inter edendum ſuſtuli.

HISTORICORUM Petriburgenſium agmen claudit Chronicon Gallicum, de cujus autore mihi non conſtat: edidi ſicut in vetuſto Manuſcripto Cottoniano reperitur. Iſtum quoque codicem mei gratia pro more ſuo benigne deſcribi curavit amicorum optimus Johannes Brigeſius, antiquitatis & hiſtoriæ ſpectator peritiſſimus.

DE Gulielmo Stephanide, quem ex meo codice optimæ notæ cum alio ex bibliotheca Cottoniana collato tranſcripſi, alias, Deo volente, me acturum eſſe ſpero; ſi modo hiſce meis conatibus eruditi favere pergent.

2. CHRON-

# The Subſcribers Names.

## Patrons that ſubſcribed for the 25 Copies of the beſt Paper.

John Bridges of Barton Segrave in the County of Northampton, and Bencher of Lincoln's Inn, Eſq;
The Right Honourable George Earl of Cardigan.
The Right Honourable Elizabeth Counteſs of Cardigan.
The Right Honourable Hugh Earl of Cholmondeley.
The Right Honourable John Earl Fitzwilliam.
The Right Honourable Ann Counteſs Fitzwilliam.
The Right Honourable John-Leveſon Lord Gower.
The Right Honourable Evelyn Lady Gower.
The Right Honourable Anthony Earl of Harold.
The Right Honourable Edward Lord Harley.
John Joliffe of the Middle Temple, Eſq;
The Right Honourable George Earl of Kinnoull.
The Right Honourable Henry Earl of Lincoln.
The Right Honourable Lucy Counteſs of Lincoln.
His Grace John Duke of Mountague.
Richard Mead, M. D. & F.R.S.
His Grace Thomas Duke of Newcaſtle.
Thomas Palmer of Fairfield, Somerſet, Eſq;
The Right Honourable Thomas Earl of Pembroke.
The Church of Peterburgh.
His Grace Charles Duke of Richmond.
His Grace John Duke of Roxborough.
Sir Thomas Sebright Baronet.
Sir John Stanley Baronet.
William Trumbull of Eaſthamſtead Park in Berks, Eſq;

# The Subſcribers Names.

## * Subscribers for Royal Paper, † Subscribers for ſeveral Copies.

A.

* His Grace John Duke of Argyll and Greenwich.
The Reverend Mr. Daniel Amiand, Prebendary of Peterburgh.
John Anſtis, Eſq; Garter Principal King at Arms.
Robert Apreece of Waſhingley, Com. Huntington, Eſq;
Dingley Aſcham of St. Ives, Com. Huntington, Eſq;
* Jo. Audley, LL.D. Chancellor of the Dioceſs of York.

B.

Thomas Bacon of Catley, Com. Cant. Eſq;
The Reverend Mr. Lewis Baillardeau, Profeſſor of Languages, London.
The Reverend Tho. Baker, B. D. of St. John's College Cambridge.
Joſeph Banks junior, of Lincoln, Eſq;
Geo. Baxter, D. D. Chaplain to the Duke of Chandos.
Robert Baylis, Eſq;
The Engliſh Benedictine Library at Paris.
Peregrine Bertie of the Middle Temple, Eſq;
* John Blackbourne, M. A.
Mr. Brian.
*† John Bridges of Barton Segrave Com. Northampton, Eſq;
* Nathanael Bridges, M. A. Rector of Orlingbury and Wadenho, Com. Northampton.
* Ralph Bridges, M. A. Vicar of Southweald in Eſſex.
Mr. L'Abbe Brochard au College de Quatre Nations a Paris.
The Hon. James Brudenell, Eſq;
*† Mr. Daniel Browne, Bookſeller.
*† Mr. Jonah Bowyer, Bookſeller.
Edward Burton of the Middle Temple, Eſq;

C.

* His Grace William Archbiſhop of Canterbury.
* His Grace James Duke of Chandos.
* John Campbell of Calder, Eſq;
* Thomas Cartwright of Aynhoe in Northamptonſhire, Eſq;
George Carter, D. D. Provoſt of Oriel College Oxon. and Prebendary of Peterburgh.
Mr. William Cheſelden, Chirurgeon.
John Chicheley of the Middle Temple, Eſq;
*† Mr. F. Clay, Bookſeller.
* Sir Clement Cotterel, Baronet.
Mr. Crokat, Bookſeller.
Richard Cumberland, A. M. Archdeacon of Northampton, and Prebendary of Peterburgh.

D.

His Grace William Duke of Devonſhire.
* The Honourable Brigadier James Dormer of Berkley-ſtreet, London, Eſq;
* The Honourable Montague Garrard Drake of Shardeloes Com. Bucks, Eſq;
Samuel Drake, B. D. Fellow of St. John's College Cambridge.

E.

The Right Reverend William Lord Biſhop of Ely.
Laurence Eachard D. D. Archdeacon of Stow.
* Charles Eyſton of Eaſt Hendred, Berks, Eſq;

F.

# The Subſcribers Names.

F.

* The Right Honourable Richard Lord Viſcount Fitzwilliam of Ireland.

* The Right Honourable Thomas Lord Foley, Baron Foley of Kiderminſter, in Com. Worceſter.

* The Right Honourable the Lord Finch.

* Richard Foley, Eſq; Prothonotary of the Common Pleas.

Mr. de Fay, Capitaine aux Gardes du Roy de France.

Dominic Ferrari LL.D.

G.

* Roger Gale, Eſq; Commiſſioner of the Exciſe, F. R. S.

Samuel Gale, Eſq;

Mr. L'Abbe Galliard a Paris.

James Gardiner, M. A. Subdean of Lincoln.

——Gibſon, D. D. Provoſt of Queen's College, Oxford.

* Thomas Gibſon, M.A. Rector of Polebrook and Paſton Com. Northampton.

William Goodhall, Eſq;

* Thomas Goodman, M. D. F.RS.

†* Mr. Robert Goſling, Bookſeller.

John Greene of Grantham, Com. Lincoln. M. D.

The Reverend Mr. Griffith, M. A. Prebendary of Peterburgh.

H.

* The Right Honourable William Marquis of Hartington.

* The Right Honourable George Earl of Hallifax.

* The Right Honourable Simon Lord Viſcount Harcourt.

The Right Honourable Edward Lord Harley.

Mr. Caleb Hardinge, Fellow of Jeſus College Cambridge.

I.

Sir Francis St. John Baronet.

†* Meſſieurs William and John Innys of London, Bookſellers.

Maurice Johnſon junior, of the Inner Temple, Eſq;

Phil. Jones, Eſq; York Herald.

* James Joye, Eſq;

* Sir Juſtinian Iſham of Langport, Com. Northampton. Baronet.

L.

* The Right Reverend Richard Lord Biſhop of Lincoln.

* The Right Honourable Jane Marchioneſs of Lindſey.

The Right Honourable Marmaduke Lord Langdale.

Charles La Motte, A. M. Rector of Warktone, Com. Northampton.

* William Leaver, Rector of Staunton, and Chaplain to the Earl of Cardigan.

Sir Francis Leyceſter Baronet.

Henry Levett, M. D. and F.R.S.

† Mr. William Lewis, Bookſeller.

The Society of Lincolns Inn.

The Library of the College de Lombars at Paris.

* Mr. Richard Little of Peterburgh.

The Right Reverend Edmund Lord Biſhop of London.

* Amy Lullin of Geneva, V.D.M.

M.

The Right Honourable Thomas Earl of Macclesfield, Lord High Chancellor of Great Britain.

* The Right Honourable the Earl of March.

John Mandeville, D. D. Dean of Peterburgh.

* Mr. Michael Maittaire, M. A.

Samuel Mead of Lincolns-Inn, Eſq;

Dr. John Burchard Menckenius, Counſellor and Hiſtoriographer to the King of Poland.

John Merill of Lainſton, Hampſhire, Eſq;

The Honourable Collonel D'Oyly Michell.

The Reverend Michell, D.D.

*† Mr. James Moetiens, Bookſeller.

The Honourable John Montague, D. D. Dean of Durham.

Robert Myddelton of Chirk-Caſtle, Com. Denbigh, Eſq;

N.

Peter le Neve, Eſq; Norroy King at Arms.

Mr. Richard Neale, Apothecary.

P.

†* The Right Reverend White Lord Biſhop of Peterborough.
Dr. Parker of Peterburgh.
Mr. William Pate.
Squire Payne, M. A. Rector of Barnak, Com. Northampton.
Mr. Gilbert Pemberton of Peterburgh.
* The Church of Peterburgh, for the Library.

R.

Richard Rawlinſon, LL. D.
George Reynolds, Chancellor of the Dioceſs of Peterburgh.
* Mr. John Rowell jun. of Peterburgh.
* John Ruſſel, M. A. Prebendary of Peterburgh, Fellow of Merton College Oxon. and Rector of Fiskerton, Com. Lincoln.

S.

* The Right Honourable William Earl of Stafford.
Edward Sawyer of Lincolns-Inn, Eſq;
The Scotch College Library at Paris.
Sir Thomas Sebright, Baronet.
Sir Hans Sloane Baronet, Preſident of the College of Phyſicians. M. D. & F. R. S.
The Gentleman's Society of Spalding in Lincolnſhire, for the Library there.
Robert Stephens of the Middle Temple, Eſq;
William Stukely, M. D. & F. R. S.

T.

* The Right Honourable John Lord Viſcount Tyrconnel.
* The Right Honourable Eleanor Viſcounteſs Tyrconnel.
The Reverend Tho. Tanner, D. D. Chancellor of Norwich.
John Taylor, M. A. Prebendary of Peterburgh.
John Thorpe of Rocheſter, M. D.
Carrier Thompſon of Standground, Com. Huntington, Eſq;
Richard Topham of Windſor, Eſq; Keeper of the Records in the Tower.

V.

Mr. L'Abbe Du Vigeau a Paris.

W.

* The Right Honourable Thomas Earl of Weſtmorland.
* The Right Honourable Heneage Earl of Winchelſea.
The Honourable Thomas Wentworth ſen. Eſq;
* The Honourable Sidney Wortley alias Montague, Eſq;
* Thomas Wentworth junior, Eſq;
Edw. Waddington, D. D.
Will. Waring, A. M. Præcentor of Peterburgh.
John Warburton, Eſq; Somerſet Herald. F. R. S.
* Mrs. Welby of Denton, Com. Lincoln.
* Sir Anthony Weſcombe, Baronet.
Richard Weſt, Eſq;
Brown Willis of Whaddon Hall, Bucks, Eſq;
† Mr. James Woodman, Bookſeller.
† Mr. Thomas Woodward, Bookſeller.
* Mr. Jo. Wyat, Bookſeller.

# CHRONICON ANGLIÆ:

PER

## JOHANNEM Abbatem Burgi S. Petri.

---

*Iſte Liber pertinet ad Monaſterium de Burgo S. Petri.*

Anno Domini DCLIV. Amen.

---

ANNO Domini DCLIV fundatum eſt monaſterium de Burgo S. Petri, a Peada Rege Merciæ: Saxulfo Comite facto ejus Abbate primo.

ANNO DCLV. Oſwius rex, devicto rege Merciorum Penda, Mercios ad Chriſtum converti fecit, & epiſcopum de Scotorum gente illis conſtituit.

ANNO DCLVI. Peada mortuo, rex Wlferus regnavit ſuper Mercios; & erat biſſextus de C litera dominicali ad B, hoc anno.

ANNO DCLVII.

ANNO DCLVIII. Hilda abbatiſſa apud Streneſhale celebris habetur.

ANNO DCLIX.

ANNO DCLX. Egfridus, filius Oſwii regis Northanhumbrorum, duxit in uxorem Etheldredam, filiam Annæ, regis Orientalium Anglorum.

WANDREGISILUS abbas Fontanellæ.

CLODOVEUS, filius Dagoberti, duos filios reliquit, Childericum in Auſtria, Clotharium vero in Neuſtria.

INTER Rhenum & Moſam eſt Auſtria, & inter Moſam & Ligerim eſt Neuſtria, i. e. Nova Auſtria, quæ nunc Francia nominatur.

ANNO DCLXI.

ANNO DCLXII.

ANNO DCLXIII. Conſtantinus Imperator de Conſtantinopoli Romam veniens, munera pretioſa eccleſiæ S. Petri obtulit.

ANNO DCLXIV. Lues magna.

REX Ercombertus, Deuſdedit archiepiſcopus, Ethelburga abbatiſſa, Boiſilus monachus, & alii plures, obierunt.

ORDINATIO ſancti Wilfridi.

ANNO DCLXV.

ANNO DCLXVI.

ANNO DCLXVII. Wirardus electus eſt in archiepiſcopum Dorobernenſem, qui Romam ad conſecrandum miſſus, ibidem obiit; & dominus papa Theodorum monachum moribus & ſcientia clarum ordinans in archiepiſcopum, eum cum Adriano abbate in Angliam mittit.

CONSTANTINUS imperator in balneo occiditur: ſucceſſit filius ejus Conſtantinus.

VITALIANUS papa obiit: ſucceſſit Adeodatus, qui ſedit annis quatuor, menſibus duobus.

ANNO DCLXVIII.

ANNO DCLXIX. Theodorus archiepiſcopus Ceddam Merciorum epiſcopum ordinat.

ANNO DCLXX. Oſwius rex obiit: ſucceſſit Egfridus.

SARACENI Siciliam deprædantur.

ANNO DCLXXI. Benedictus Biſcob monaſterium ad hoſtium Wiri fluminis fundat.

ANNO DCLXXII. Etheldreda regina ſanctum velamen a ſancto Wilfrido ſuſcipit. Sanctus Cedda epiſcopus Merciorum obiit.

ANNO DCLXXIII. 1 Conus papa anno uno menſibus ſex.

THEODORUS archiepiſcopus concilium apud Herford celebravit. Sancta Edeldritha fit abbatiſſa, conſtructo monaſterio Ely.

ANNO DCLXXIV. Tranſlatum eſt corpus ſancti Benedicti abbatis in Gallias. Sanctus Guthlacus naſcitur.

ANNO DCLXXV. Wlferus rex Merciorum omnium ydolorum cultum ex regione fugavit; cujus uxor ſancta Ermenilda, ſoror ſanctæ Erchongotæ, filia ſanctæ Sexburgæ, peperit ei ſanctam Wereburgam.

ANNO DCLXXVI. Sexta ſancta ſynodus univerſalis Conſtantinopoli celebrata eſt, legatis Agathonis papæ aſſidentibus cum imperatore. Centum & quinquaginta epiſcopi interfuerunt.

ANNO DCLXXVII. Ethelredus rex Merciorum Canciam vaſtat. Beda naſcitur.

WLFRIDUS Romam pergens, per tempeſtatem in Friſiam jactatus, unde Chriſtum Friſonibus prædicabat.

ANNO DCLXXVIII.

ANNO DCLXXIX. Poſt Leonem papam Benedictus Romæ ſedit: iſte fuit ſanctiſſimæ vitæ & paupertatis ardens amator.

Sancta EDELDRITHA obiit; cui ſucceſſit Sexburga.

ANNO DCLXXX. Hilda abbatiſſa obiit.

TEMPORE Ethelredi regis Mercia in quinque parochias eſt diviſa per Theodorum archiepiſcopum & Joannem Romanum archicantorem & legatum.

ANNO DCLXXXI.

ANNO DCLXXXII. Anſbertus Rothomagenſis obiit.

ANNO DCLXXXIII. Litera dominicalis D.

ANNO DCLXXXIV. Benedictus Papa obiit.

EGFRIDUS rex Hiberniam vaſtat.

---

1 Alias Donus.

ANNO

ANNO DCLXXXV. Johannes papa; Conſtantinus imperator obiit: ſucceſſit Juſtinianus filius ejus annis decem.

EGFRIDUS rex obiit : ſucceſſit Alfridus frater ejus.

LOTHARIUS Cantiorum rex obiit.

PESTILENTIA depopulata eſt Britanniam.

ORDINATIO ſancti Cuthberti epiſcopi Dunelmenſis.

ANNO DCLXXXVI. Wilfridus eccleſiæ ſuæ reſtauratur.

ANNO DCLXXXVII. ſanctus Cuthbertus obiit.

KILIANUS Wirzeburgenſis epiſcopus claruit.

ANNO DCLXXXVIII. Sergius papa ſedit annis tredecim menſibus novem.

PIPPINUS, filius Anſegili major domus regis, Francos rexit.

ANNO DCLXXXIX. Cedwalla Rex, Abendon incepit, & pergens Londoniam, baptizatus eſt, & adhuc in albis obiit ibidem; cui in regnum ſucceſſit Yne, qui Glaſtoniam reſtauravit.

JUSTINIANUS imperator pacem cum Saracenis fecit annis decem.

ANNO DCXC. Theodorus archiepiſcopus obiit. Hucuſque fuerant archiepiſcopi Romani.

ANNO DCXCI. Sergius papa, ut in fractione dominici corporis Agnus a clero decantaretur, inſtituit.

Sanctus WILFRIDUS iterum ab epiſcopatu expellitur.

ANNO DCXCII. ſanctus Willebrordus Friſiæ Chriſtum prædicabat.

Sanctus EGWINUS Wicciorum fit epiſcopus, qui paucis annis labentibus monaſterium Eveſhamiæ fecit.

ANNO DCXCIII. Brithewaldus archiepiſcopus Dorobernenſis.

Sanctus ANSBERTUS Rothomagenſis archiepiſcopus obiit.

ANNO DCXCIV. Juſtinianus imperator imperio pellitur.

ANNO DCXCV. Tranſlatio ſanctæ Etheltrithæ virginis.

ANNO DCXCVI. ſanctus Willebrordus archiepiſcopus Friſiæ ordinatur.

ANNO DCXCVII. ſanctus Guthlacus tonſuram clericalem accepit.

ANNO DCXCVIII. ſanctus Bertinus obiit.

ANNO DCXCIX. ſanctus Guthlacus apud Croylondiam vitam anachoreticam ducere cepit, anno ætatis ſuæ viceſimo ſexto.

ANNO DCC.

ANNO DCCI.

ANNO DCCII.

ANNO DCCIII. Sergius papa obiit; ſucceſſit Johannes. Beda librum de temporibus compoſuit.

ANNO DCCIV. Ethelredus rex Merciorum, factus monachus apud Bardeney, Conredo regnum reliquit. Sanctus Aldelmus epiſcopus claruit.

ANNO DCCV. Herebertus rex Longobardorum multa patrimonia a prædeceſſoribus ſuis ablata 1 reſtituit, & donationem iſtam aureis literis notavit. Alfridus rex Northanhumbrorum obiit. Ordinatio ſancti Guthlaci. Juſtinianus imperator, ſed exul, auxilio regis Bulgariorum in imperium reſtitutus eſt, regnavitque annis ſex. Leonem ac Tiberium, alioſque ſuæ expulſionis cooperatores, Gallicano etiam patriarcha exoculato, loco ejus Cirum ſubſtituit.

ANNO DCCVI. litera dominicalis C.

ANNO DCCVII.

ANNO DCCVIII. Siſinius papa menſe uno; cui ſucceſſit Conſtantinus.

ANNO DCCIX. ſanctus Aldelmus obiit. Sanctus Wlfridus obiit. Conredus rex Merciorum, & Offa rex orientalis Saxoniæ Romam adeuntes, monachatum ibi ſuſceperunt; cum quibus & ſanctus Egwinus illuc veniens Eveſham monaſterium ſuum apoſtolicis privilegiis munivit.

ANNO DCCX. litera dominicalis E.

ANNO DCCXI. Philippicus a populo in imperatorem electus Juſtinianum occidit, imperans pro eo anno uno, & menſibus ſex: Iſte literas pravi dogmatis papæ miſit, quas condempnavit.

ANNO DCCXII. Anaſtaſius Philippicum oculis privans, regnavit annis tribus. Hic literas papæ Conſtantino mittens, ſe catholicæ fidei propugnatorem teſtatur & filium.

ANNO DCCXIII.

ANNO DCCXIV. Sanctus Guthlacus obiit feria quarta in ebdomada paſcæ. Litera dominicalis erat G.

---

1 Romanæ ſedi.

ANNO DCCXV. Conſtantinus papa obiit: ſucceſſit Gregorius. Pippinus filius Anſegiſi obiit; cui ſucceſſit Karolus dictus Tudites.

ANNO DCCXVI. Celred Rex Merciorum obiit: cui ſucceſſit Ethelbaldus, qui fundavit monaſterium Croylandiæ. Ethelredus, quondam rex, abbas de Bardeney, obiit.

ANNO DCCXVII. Sanctus Egwinus Wicciorum epiſcopus obiit: ſucceſſit Wlfridus adhuc eo vivente & volente electus.

ANNO DCCXVIII. Litera dominicalis erat B.

ANNO DCCXIX.

ANNO DCCXX. Saraceni Conſtantinopolim obſidebant.

ANNO DCCXXI. Litera dominicalis erat E.

ANNO DCCXXII. Sanctus Johannes Eboracenſis archiepiſcopus apud Beverlacum obiit.

ANNO DCCXXIII. Saraceni confuſi de obſidione Conſtantinopolitana receſſerunt.

ANNO DCCXXIV.

ANNO DCCXXV. Hoc anno Beda compotum ſuum fecit. Withredus rex Canciæ obiit.

ANNO DCCXXVI.

ANNO DCCXXVII.

ANNO DCCXXVIII. Yne rex occidentalis Saxoniæ, relicto regno Aldelardo, Romam proficiſcitur, & ibi pauper Chriſti moratur, & moritur.

ANNO DCCXXIX. Duo cometæ prope ſolem menſe Januarii apparuerunt. Vir Domini Egbertus, Anglicus natione, qui ſanctum Willebrordum ad Friſiam miſerat, obiit in Hibernia. Oſricus rex Northanhumbrorum obiit.

ANNO DCCXXX.

ANNO DCCXXXI. Brithwaldus archiepiſcopus Cantuarienſis obiit: ſucceſſit Tatwinus. Gregorius papa obiit: ſucceſſit alter Gregorius.

ANNO DCCXXXII.

ANNO DCCXXXIII. Luthbrandus rex Longobardorum irruptionem Saracenorum timens, reliquias ſancti Auguſtini Ticinis tranſtulit.

ANNO DCCXXXIV. Tathwinus archiepiſcopus Cantuarienſis obiit; cui ſucceſſit Nothelmus Londonienſis epiſcopus.

ANNO DCCXXXV. Beda venerabilis Doctor obiit.

ANNO

ANNO DCCXXXVI. Biſſextus erat, & pro A litera dominicali facta eſt B.

ANNO DCCXXXVII.

ANNO DCCXXXVIII.

ANNO DCCXXXIX.

ANNO DCCXL.

ANNO DCCXLI. Leo Imperator obiit: ſucceſſit Conſtantinus filius ejus. Karolus Tudites obiit; ſucceſſit Pippinus filius ejus: hic de majore domus regiæ factus eſt rex Francorum. Item defuncto Nothelmo archiepiſcopo Cantuarienſi, ſucceſſit Cuthbertus epiſcopus Herefordenſis.

ANNO DCCXLII. Gregorius papa obiit: ſucceſſit Zacharias.

ANNO DCCXLIII.

ANNO DCCXLIV. Rex Ethelbaldus a Bonifacio Maguntino epiſcopo ammonitus, concilium, præſidente Cuthberto archiepiſcopo, fieri fecit, & libertates eccleſiæ novo privilegiavit.

ANNO DCCXLV. Karlomannus, regno relicto Pippino fratri ſuo, Romam adiit, & in monte Soracte monachum ſe fecit.

ANNO DCCXLVI. Pippinus de ſubregulo factus eſt rex Francorum, papa Zacharia id fieri decernente.

ANNO DCCXLVII.

ANNO DCCXLVIII.

ANNO DCCXLIX.

ANNO DCCL. Pippinus decreto Zachariæ papæ in imperatorem inungitur a Bonefacio Maguntino archiepiſcopo: unde ſecundum locum poſt dominum papam obtinet Maguntinus.

ANNO DCCLI.

ANNO DCCLII. Zacharias papa obiit: ſucceſſit Stephanus.

ANNO DCCLIII. Stephanus papa cum Karlomanno monacho in Franciam veniens, auxilium a Pippino contra Aſtulphum regem Longobardorum implorat, & impetrat.

ANNO DCCLIV. Stephanus Papa unxit duos filios Pippini in imperatores, Karlomannum & magnum Karolum, Paryſius quinto Kalendarum Auguſti. Cuthbertus rex Weſtſaxonum obiit.

ANNO DCCLV. Sanctus Bonefacius archiepiſcopus Maguntinus in Friſia prædicans martyrizatur. Ethelbaldus rex Merciorum in Seggeſwald occiditur.

ANNO

ANNO DCCLVI.

ANNO DCCLVII. Stephanus papa obiit: ſucceſſit Paulus germanus frater ejus. Edbertus rex Northanhumbrorum, filio ſuo regno relicto, monachum ſe fecit.

ANNO DCCLVIII. Cuthbertus archiepiſcopus Cantuarienſis obiit: ſucceſſit Bregwinus.

ANNO DCCLIX. Pippinus Saxoniam ingreditur, & devaſtat.

ANNO DCCLX. Pippinus Vaſconiam ingreditur, & Wandalorum exercitum occidit. Caput ſancti Johannis Baptiſtæ Ambianis a Jeroſolimis deportatum eſt.

ANNO DCCLXI. Ethelbertus rex Canciæ obiit.

ANNO DCCLXII. Pippinus Italiam intrat, bellum contra Aſtulphum agit, & ſubjugat.

ANNO DCCLXIII. Pippinus Aſtulphum apud Ticinum obſedit, redditiſque caſtellis ac oppidis, quæ Romanis abſtulerat, obſides cum ſacramento non repetendi etiam reddit. Bregwinus archiepiſcopus Cantuarienſis obiit: ſucceſſit Jambertus abbas ſancti Auguſtini.

ANNO DCCLXIV.

ANNO DCCLXV.

ANNO DCCLXVI. Tranſlatio ſanctorum Gorgonii & Nichaſii in Franciam. Egbertus archiepiſcopus Eboracenſis obiit: ſucceſſit Adelbertus. Studium literarum floruit apud Eboracum.

ANNO DCCLXVII. Pippinus finito bello Aquitanico contra Waifarium Ducem, Turonis orationis cauſa deinde ad ſanctum Dionyſium divertens, obiit.

ANNO DCCLXVIII. Paulus papa obiit: ſucceſſit Stephanus. Pippino ſucceſſerunt in regnum Franciæ duo filii, Karlomannus, & Karolus poſtea dictus pro multis victoriis magnus.

ANNO DCCLXIX.

ANNO DCCLXX.

ANNO DCCLXXI. Karlomannus obiit, totumque regnum ad Karolum devenit. Stephanus papa obiit: ſucceſſit Adrianus.

ANNO DCCLXXII. Karolus, Hunoldo devicto, qui poſt Waifarium Aquitaniam invaſerat, a papa Adriano contra Deſiderium Longobardorum vocatus, regem illum longa obſidione cepit, & exſilio truſit, ac Romanis omnia ablata reſtituit; unde

unde Adrianus, convocato concilio centum quinquaginta & ſex epiſcoporum, ei inveſtituras eccleſiarum & ſucceſſoribus ſuis conceſſit.

ANNO DCCLXXIII.

ANNO DCCLXXIV.

ANNO DCCLXXV.

ANNO DCCLXXVI. Karolus longo bello Saxones domat, quorum decem millia captiva tranſtulit de terra ſua.

ANNO DCCLXXVII. Rex Merciorum Offa archiepiſcopatum Dorobernenſem in 1 L . . . . d transferre geſtiens, ab Adriano papa etiam pallium in plenitudinem dignitatis impetravit Adulfo ibidem præſidenti; optinuit etiam ut ejus eſſent ſuffraganei, epiſcopi Merciorum, Wigornienſis, Legerenſis, Sindatenſis, Herfordenſis, Elmanenſis, Carmucenſis, aliique epiſcopi orientalis [Angliæ]: Cantuariæ vero remanſerunt quatuor, Londonienſis, Roffenſis, Wintonienſis, & Saleſberienſis. Iſte rex Offa etiam in honorem ſancti Albani celebre monaſterium fundavit, ac multas ei terras dedit.

ANNO DCCLXXVIII. Karolus iterum adit & capit—2

ANNO DCCLXXIX.

ANNO DCCLXXX.

ANNO DCCLXXXI. Edelbertus archiepiſcopus Eboracenſis obiit: ſucceſſit Embaldus.

ANNO DCCLXXXII. Karolus Romam adit, & ibidem a papa Adriano filius ejus Karlomannus baptizatus eſt, & Pippinus vocatus.

ANNO DCCLXXXIII. Kildegarda regina obiit, pro qua Karolus duxit Flaſtradam.

ANNO DCCLXXXIV. Kenulfus rex Weſtſaxonum occiditur.

ANNO DCCLXXXV. Karolus, matre ſua Bertrada juxta patrem apud ſanctum Dionyſium ſepulta, Italiam adit.

ANNO DCCLXXXVI. Signum crucis in veſtibus hominum apparuit.

ANNO DCCLXXXVII. Danici piratæ Angliam cum tribus navibus primo venerunt, multarum ſeminarium calamitatum.

---

1 Lichesfeld. 2 Sic.

Anno DCCLXXXVIII. Karolus Sclavos, qui Vulſti dicuntur, ſubegit.

Anno DCCLXXXIX. Alwoldus rex Northanhumbrorum occiditur: ſucceſſit Oſredus.

Anno DCCXC. Jambertus Dorobernenſis archiepiſcopus obiit: ſucceſſit Adelardus. Oſredus rex Northanhumbrorum occiditur. Ethelredus rex filius Molli de exilio rediens, Erdulſum ducem extra portam de Ripun occidit; cujus corpore in eccleſiam delato, pſallentibus circa eum fratribus, poſt mediam noctem vivus inventus eſt.

Anno DCCXCI. Karolus Pannoniam adit, Avares & Hunnos vaſtat.

Anno DCCXCII. Oſredus rex, relinquente eum exercitu, ab Ethelredo occiditur.

Anno DCCXCIII. Pippinus filius Karoli tonſoratur in monaſterium, eo quod contra patrem conjurationem fecerit, ſociis conjurationis occiſis. Ethelbertus rex Eſtanglorum martyrizatur.

Anno DCCXCIV. Hæreſis Feliciana dampnatur. Faſtrada defuncta, Karolus Luthgardam ducit.

Anno DCCXCV. Adrianus papa obiit: ſucceſſit Leo, iſte erat ſanctiſſimus ac eloquentiſſimus prædicator. Offa rex Merciorum obiit: ſucceſſit Kenulfus, rex juſtiſſimus.

Anno DCCXCVI. Romani in Letania majori . . . . . 1 capiunt, & erutis oculis linguaque abſciſſa recludunt, qui nocte per murum evadens, Karolum adit, eumque in imperatorem Romanorum inungit.

Anno DCCXCVII. Litera dominicalis A.

Anno DCCXCVIII. Civitas Londoniæ repentino igne cum multa hominum ſtrage conſumpta eſt.

Anno DCCXCIX. Brorda princeps Merciorum, qui & Hildegila dicebatur, obiit.

Anno DCCC. Karolus quarta vice Romam adit cum Leone [papa] multaque in curia ejus & republica ſtabilita [papam] clare videntem & plane loquentem ſedi ſuæ reſtituit, ibique hyemans a populo Romano in natali Domini Auguſtus acclamatur.

1 Leonem.

ANNO DCCCI. Defuncto Brithrico in Weſtſaxoniæ regnum ſucceſſit Egbertus.

ANNO DCCCII. Kenulfus papæ Leonis conſilio Adelardo archiepiſcopo Dorobernenſi cuncta, quæ rex Offa abſtulerat, cum dignitate metropolitana, ſedi Dorobernenſi reſtituit.

ANNO DCCCIII. Karolus apud Maguntiacum ultra Rhenum pontem quingentorum paſſuum fecit. Adelardus archiepiſcopus obiit; cui ſucceſſit Wlfredus.

ANNO DCCCIV. Sanctus Egidius floret apud Francos.

ANNO DCCCV. Leo papa in Franciam venit, a quo & Wlfredus archiepiſcopus pallium ſuſcepit.

ANNO DCCCVI. Karolus Karoli filius Boemiam vaſtat, rege eorum Leone occiſo. Erdulfus rex Northanhumbrorum a ſuis deſertus eſt, unde diu ſine rege fuerunt.

ANNO DCCCVII. Cuthredus Cantuariorum rex obiit: ſucceſſit Baltredus.

ANNO DCCCVIII. Karolus magnus in eleemoſynis & omnibus virtutibus ſe exercet.

ANNO DCCCIX. Litera dominicalis G.

ANNO DCCCX. Reliquiæ ſancti Bartholomæi a Liparis Bannetum transferuntur. Pippinus Karoli filius moritur.

ANNO DCCCXI. Karolus primogenitus imperatoris obiit. Ipſe vero imperator veſtes & theſauros in tres partes dividens, duas partes viginti metropolitanis eccleſiis in regno ſuo dedit.

ANNO DCCCXII. Kenulfus, inter cætera quæ glorioſe geſſit, in dedicatione eccleſiæ Winchelcumb Edbricum Cantuariorum regem captum in bello manumiſit.

ANNO DCCCXIII. Karolus imperator, habito communi conſilio, Ludovicum filium ſuum in imperatorem coronavit, nec multo poſt obiit, & Aquiſgrani ſepelitur.

ANNO DCCCXIV. Litera dominicalis A. Egbertus rex occidentalium Saxonum ab oriente in occidentem ſuper vicinos irruit, nec erat qui reſiſtere potuit. Teodulfus quondam abbas Floriacenſis inde epiſcopus Aurelianenſis compoſuit verſus, *Gloria*, *Laus*, &c.

ANNO DCCCXV. Ludovicus inpatriſſare ſtudet, in bonis degenerare negat.

ANNO DCCCXVI.

ANNO

ANNO DCCCXVII. Leo papa obiit: ſucceſſit Stephanus; hic in Franciam veniens, Ludovicum in imperatorem inunxit, Irmengardamque reginam Auguſtam cognominavit.

ANNO DCCCXVIII.

ANNO DCCCXIX. Kenulfus rex Merciorum obiit, relicto filio ſeptenni Kenelmo, qui fraude uxoris & nutricii ſui in ſylva martyrizatur.

ANNO DCCCXX. Stephanus papa obiit: ſucceſſit Paſcalis. Ludovicus, mortua Irmengarda, duxit in uxorem Judith filiam Wlſi ducis Bavariæ; ex Irmengarda habuit tres liberos, Lotharium, Pippinum & Ludovicum.

ANNO DCCCXXI. Keolwlfus de regno Merciorum expellitur: ſucceſſit Bernulfus.

ANNO DCCCXXII. Bernulfus rex Merciæ, ſed intruſor, biennio regnabat, ab orientalibus Anglis in bello peremptus.

ANNO DCCCXXIII. Egbrithus rex Weſtſaxonum omnes regulos Angliæ, aut conterit, aut ſibi ſubicit; hoc ipſe primus omnium aggreſſus eſt. Ludecanus ſucceſſit Bernulfo.

ANNO DCCCXXIV. Eugenius papa. Ludecanus, rex Merciorum, & propinquus Bernulfi, dum prædeceſſorem ſuum ulciſci vellet, ab orientalibus eiſdem occiſus eſt.

ANNO DCCCXXV. Wiglaſius rex Merciorum poſt Ludecanum cœpit regnare.

ANNO DCCCXXVI. Naſcitur ſanctus Swithunus.

ANNO DCCCXXVII. Valentinianus papa. Ludovicus Haroldum Danorum regem ſacro fonte levavit, & Judith regina uxorem ejus ſuſcepit. Egbertus rex occiditur.

ANNO DCCCXXVIII. 1 Saxonum motus pietate conceſſit regnum Merciæ Wiglaſio, quem bello conquiſierat. Item North-Wallenſes eodem anno ſubjugat.

ANNO DCCCXXIX. Ludovicus dedit filio ſuo Karolo ex Judith Alemanniam, Retiam, & partem Burgundiæ, indignantibus Lothario, Ludovico, & Pippino fratribus ejus.

ANNO DCCCXXX. Gregorius 2

ANNO DCCCXXXI. Pippinus privare patrem regno nititur, eo quod Karolum ex Judith genitum cæteris prædilexit. Judith novercam tanquam adultero fœdatam cum duobus filiis ejus

---

1 *Supple* Egbertus rex occidentalium. 2 *Adde* papa.

in monaſterio recludens; ſed imperator, mendacii malitia deprehenſa, uxorem ſuam præcepto Gregorii papæ ad thorum revocavit.

ANNO DCCCXXXII. Bernardus dux coram imperatore ſe purgavit.

ANNO DCCCXXXIII. Filii imperatoris, patre capto & incarcerato, regnum inter ſe partiuntur.

ANNO DCCCXXXIV. Egbertus cum quinque & triginta navibus Danicorum piratarum confligens vincitur apud Karrum.

ANNO DCCCXXXV. Ludovicus patrem liberat, & Lotharium bello fugat. Danos cum magna claſſe in Cornubia applicantes Egbertus ingenti prœlio fudit.

ANNO DCCCXXXVI. Egbertus obiit. Succeſſit Ethelwolfus, qui & Ethulphus; hunc quidam dicunt epiſcopum Wintonienſem, quidam ſubdiaconum & de eccleſia captum, papa conſentiente, Regem factum.

ANNO DCCCXXXVII. Dani crebris irruptionibus Angliam infeſtant.

ANNO DCCCXXXVIII. Rabanus in Almannia floret. Wiglaſtus rex Merciorum obiit; ſucceſſit Berwlfus.

ANNO DCCCXXXIX. Dani paſſim per Angliam multas cædes agunt.

ANNO DCCCXL. Ludovicus imperator obiit: Succeſſit in imperium Lotharius filius ejus. Herbertus Conſul pugnabat contra Danos in Erſtwar, a quibus ibidem occiſus eſt.

ANNO DCCCXLI. Litera dominicalis B. Dani prædati ſunt Cantiam & Londonias. Natus eſt ſanctus Edmundus poſtea rex orientalium Anglorum.

ANNO DCCCXLII. Karolus, & Ludovicus, Lothario ferociſſimo bello victo, regni portionem ſuſcipiunt. Pippinus Aquitaniam, Karolus Franciam, Ludovicus vero Germaniam & Saxoniam, Lotharius ipſe Romam & Italiam ac Lotharingiam optinuerunt.

ANNO DCCCXLIII. Adulphus filius Regis in bello a Danis victus eſt.

ANNO DCCCXLIV. Sergius [1] ———

[1] *Supple* papa.

ANNO DCCCXLV.

ANNO DCCCXLVI.

ANNO DCCCXLVII. 1 Alſtanus epiſcopus Somerſet & dux Dompnoniæ Oſredus contra Danos pugnantes fuerunt victores apud 2 Predreſmunde.

ANNO DCCCXLVIII. Rabanus Fuldenſis abbas obiit.

ANNO DCCCXLIX. Wiſtanus filius Wimundi filii Wiglavii regis, a Berfredo Bernulfi regis Merciorum filio cognato ſuo in vigilia pentecoſtæ martyrizatur.

ANNO DCCCL.

ANNO DCCCLI. Ingens paganorum exercitus Thameſem fluvium intrantes cum trecentis & quinquaginta navibus Cantuariam & Lundonias deprædati ſunt; regem Merciorum Bernulphum fugant, ſed ab Ethulpho filioque ſuo Ethelredo bello duriſſimo fugantur.

ANNO DCCCLII. Rex Merciorum Berwlfus obiit: ſucceſſit Burgredus.

ANNO DCCCLIII. Leo Papa. Ethelwlfus filius Alfredum mittit cum magno apparatu Romam, quem dominus papa in regem ungens, in filium adoptivum confirmavit. Contra Danos magno diſpendio pugnatum eſt hoc anno in inſula de Taneth nominata.

ANNO DCCCLIV. Dux Cantiæ Alcherus & Huda dux occiduntur.

ANNO DCCCLV. Lotharius, convocatis imperii principibus, inter filios ſuos tres regnum ſuum partitur. Ludovico Italiam, quem & imperatorem nominat, Lothario Lotharingiam, Karolo Heſſorum provinciam & Galliam Belgicam dedit, & ſtatim 3 Prunam monaſterium ingreſſus, cito obiit. Dani in inſula Schepeie hyemabant. Ethelwlfus decimas primus Anglorum Deo dedit.

ANNO DCCCLVI.

ANNO DCCCLVII. Ethelwlfus rex obiit: Ethelbaldus ſucceſſit.

ANNO DCCCLVIII. Ethelbaldus & Ethelbertus fratres regnum inter ſe partiuntur.

---

1 Dux Eanulfus cum Sumerſetenſibus, & Ealſtanus Sciреburnenſis epiſcopus, & dux Oſricus cum Dorceſtrenſibus, ad oſtium fluminis Pedridan, &c. *Florent. Wigorn.* 2 Predreſmuthe. 3 Prumiam. *Mar. Scot. & Flor. Wig.*

ANNO

ANNO DCCCLIX. Sanctus Edmundus orientalium Anglorum ſuſcepit regnum.

ANNO DCCCLX.

ANNO DCCCLXI. Ethelbaldus rex obiit: cui ſucceſſit Ethelbertus frater ſuus; qui etiam poſt obitum patrici ſui Adeſtani regnum Cantiæ acceperat.

ANNO DCCCLXII.

ANNO DCCCLXIII.

ANNO DCCCLXIV. Sanctus Swithunus obiit. Sanctus Nicolaus papa Lotharium imperatorem uxorem propter adulteram repudiare molientem coegit legitimum ſervare conjugium. Pagani in Taneth hyemabant, pacto fœdere cum Cantuaricis, ſed ficto.

ANNO DCCCLXV.

ANNO DCCCLXVI. Ethelbertus rex obiit: ſucceſſit Ethelredus frater ejus. Erant hiis temporibus graviſſimæ afflictiones, paganis undique irrumpentibus, qui Northumbriam invadentes, Eboracum occupant, Eſtangliam depopulantur, Merciam intrant ſubjugantes, apud Nothyngham hyemabant.

ANNO DCCCLXVII. Oſbrith & Ella reges Northanhumbrorum occiduntur.

ANNO DCCCLXVIII. Burgredus rex Merciorum per Danos expulſus eſt, ut apud Nothingham hyemarent.

ANNO DCCCLXIX. Exercitus paganorum, Mercia relicta, Eboracum repetebat, ibidem hyematurus.

ANNO DCCCLXX. Pagani Eboracum relinquentes, in Lindeſay navigio applicant, vi patriam depopulantes, etiam monaſterium de Bardney, monachis omnibus abſque ulla miſericordia interfectis, ignibus tradiderunt; pertranſeunteſque in Keſteven, omnia conterunt, perimunt, & incendunt. Contra quos cum comes Algarus dictus junior colligeret exercitum, contraxit univerſam juventutem Heylandiæ, ipſe duoque milites ſeneſcalli ſui Wibertus & Lefricus (de quorum nominibus, adhuc villis, in quibus manſerant, nomina retinentibus, ſenes & ruſtici relicti vocabula dederant, ſcilicet Wyberton, id eſt, villam Wiberti, & Lefricton, id eſt, villam Lefrici, appellantes) una cum cohorte Croylandenſis monaſterii, videlicet, ducentis bellatoribus robuſtiſſimis, eo quod maxima pars illorum de fugitivis fuerat (quibus præfuit frater Tolius, monachus laicus ejuſdem monaſterii, miles ante ſuam converſionem per

totam Merciam in armorum exercitio nominatiſſimus; ſed tunc amore cœleſtis patriæ, relicto ſæculo, ſpirituali militiæ apud Croyland mancipatus) contrahebat etiam ſecum de Depyng, Langtoft, & Baſton, circa trecentos viros fortes & aptos ad bellum. Inſuper Morcardum dominum cum familia ſua, quæ fortiſſima fuit & numeroſa, occurrenteque vicedomino Lincolniæ nomine Oſgoto, veterano ac validiſſimo bellatore, cum cuneo Lincolnienſi, numero quingenti, omnes collecti in Keſtiven, in feſto ſancti Mauritii martyris, bellum cum paganis commiſerunt; & largiente Domino victoriam, occiſis tribus regibus cum ingenti multitudine paganorum, Chriſtiani cædentes barbaros uſque ad portas tentoriorum ſuorum perſequebantur; ubi cum acerrime reſtiterunt, nox bellum dirimit, & invictiſſimus comes ſuum exercitum revocavit.

VENERUNT in ipſa nocte in caſtra paganorum omnes cæteri reges de patria, qui dividentes inter ſe provinciam ad deprædandum proceſſerant, ſcilicet, Godron, Baſeg, Oſkitell, Halfdenne, & Hamond; & totidem comites, ſcilicet, Frena, Unguar, Ubba, & uterque Sidrok, ſenior & junior, cum ſuis exercitibus, & præda magna nimis, mulierumque ac parvulorum multitudine infinita; quorum adventu cognito, pars magna Chriſtianorum timore perterrita, noctanter diffugit, & remanſerunt cum prædicto comite ac ducibus ſuis de octo millibus virorum vix duo millia; cum quibus ſummo diluculo, auditis divinis officiis, & ſumpto ſacro viatico, omnes ad moriendum pro Chriſti fide, patriæque ſuæ defenſione paratiſſimi, in campum contra barbaros proceſſerunt. Et videns validiſſimus comes ſuum exercitum nimis imminutum, ſtatuit iterum fratrem Tolium cum ſuis quingentis viris, eo quod fortiſſimi fuerant, in dextro cornu, aſſignans ei alam etiam fortiſſimam, illuſtrem militem Morcardum de Brunne, cum omnibus qui ejus vexillum ſequebantur: inclytum vero vicedominum Lincolniæ Oſgotum cum ſuis quingentis in cornu ſiniſtro poſuit, donans ei alam ſtrenuam, ſcilicet, militem Hardingum de Rehalle cum omnibus Stanfordienſibus, eo quod omnes juvenes erant, & nimium bellicoſi. Ipſeque cum ſuis ſeneſcallis in acie media verſabatur, utrique cornu, cum neceſſe fuerit, affuturus. Dani vero pro cæde ſuorum exeunt magis efferati, ſummo mane ſepelientes tres reges ſuos in villa, quæ antea Laundon vocabatur, nunc vero pro trium regum Danorum ſepul-

ſepultura, Threkingham nuncupatur, ſcilicet quatuor reges & octo comites; nam duo reges, & quatuor comites caſtra ſua, & captivos ſuos conſervabant. Porro Chriſtiani pro paucitate ſua in unum cuneum conglobati, contra ſagittariorum impetum duriſſimam teſtudinem clypeorum, & contra violentiam equitum denſiſſimam aciem lancearum, omnes optime inſtructi a ducibus ſuis, tota die ſtatione immobili prætendebant. Cumque ſic invicti uſque ad veſperam perduraſſent, ac adverſariorum ſagittarii tela ſua in vacuum perdidiſſent, equiteſque jam longo labore laſſati, deficere inciperent, barbari ex condicto fugam fingentes, campum relinquere cœperunt; quod videntes Chriſtiani, ducibus ſuis invitis, ac multum diſſuadentibus, aciem ſuam diſſolvunt, & perſequendo paganos diſperſi per planiciem, ſine ordine ducumque cuſtodia, dividuntur; revertentes autem barbari, tanquam leones in paucas oviculas pro libito debacchantur. Strenuiſſimus comes Algarus, præclariſſimique milites prædicti, & frater Tolius, in quodam campi tumulo cætera planicie aliquantulum altiore in orbem conſerti, barbaros arietantes diutiſſime ſuſtinebant. Cumque præfatus comes illuſtriſſimus, & imperpetuum nominandus Algarus, prætactique duces robuſtiſſimi, omnes robuſtos ſui exercitus cecidiſſe cernerent, in confertiſſimum cumulum corporum Chriſtianorum ſimul erumpentes, ibique pro viribus, quicunque acceſſiſſet, ſuum ſanguinem vindicantes, tandem innumeris confoſſi vulneribus ſuper fratrum ſuorum cadavera corruerunt. Pauci juvenes de Sutton & de Gedney, projectis armis, in vicinam ſylvam vix evadentes, proxima nocte ſequenti Croyland ingreſſi, ſtragem Chriſtianorum, & fratris Tolii, totiuſque cohortis ſuæ internecionem, dum abbas Theodorus, & conventus ſuus ſuas vigilias matutinas perſolverent, lugubri ac lacrymabili ejulatu ad oſtium eccleſiæ nunciabant.

CUNCTIS itaque de nuncio confuſis, abbas retentis ſecum ſenioribus monachis & paucis infantibus (forſitan illorum imbecillitas ad pietatem barbaros inclinaret), non recolens illud poeticum,

*Nulla fides pietaſque viris, qui caſtra ſequuntur:*

Omnes fortiores & adoleſcentiores, aſſumptis ſecum ſacris reliquiis monaſterii, aliis etiam jocalibus, cartis & munimentis, &c.

 Barbari

Barbari eandem indignati, quod ſperatos theſauros non inveniſſent, univerſa ſanctorum corpora de tumulis effractis miſerabiliter contracta, immiſſo igne, die tertio, more ſuo, cum eccleſia & omnibus monaſterii officinis & ædificiis, ſeptimo Kalendarum Octobris funeſtiſſimi combuſſerunt.

QUARTO die tandem, cum animalium & jumentorum innumeris gregibus, verſus Medeſhamſtede tranſmigrabant, ubi patriam collectam infra monaſterium, portaſque obſeratas offendentes, ſagittariis ac machinis undique muros aggrediuntur. Secundo aſſultu paganis irrumpentibus, Lubba frater Hubbæ comitis jactu lapidis graviter læſus corruit in ipſo introitu, & manibus ſatellitum ſuorum portatus in tentorium fratris ſui, etiam de vita deſperatus eſt. Unde Hubba ſupra modum ira æſtuans, & maxime in monachos efferatus, omnes ſanctæ religionis ſchemate veſtitos manu ſua interfecit; cæteri in cæteros graſſabantur; nemo de toto monaſterio ſalvatus eſt; tam venerabilis pater abbas Hedda ſenex valde, quam monachi ſui univerſi cum omnibus 1 . . . . . . . . . Monitus eſt tunc frater Turgarus per Sidrok comitem dominum ſuum, ne in aliquo loco unquam Hubbæ comiti obviaret. Altaria omnia ſuffoſſa, monimenta univerſa confracta, ſanctorum librorum ingens bibliotheca combuſta, cartarum monaſticarum immenſa copia diſcerpta, ſanctarum virginum Kyneburgæ, Kyneſwitæ ac Tilbæ precioſa pignora pedibus conculcata, muri funditus everſi, ipſa eccleſia cum omnibus cæteris ædificiis concremata, per totam quindenam ſequentem jugi incendio conflagrabat.

PORRO quarto die cum prædis innumeris de tota patria congeſtis, exercitus congregatus verſus Huntingdoniam procedebat: cumque duo comites Sidrok ſenior & junior in tranſitu fluviorum ad tutandam caudam totius exercitus ſemper ultimi proficiſcerentur, totuſque exercitus eorum fluvium de Neene ſalvus pertranſiſſet; ipſi tandem tranſeuntes, in gurgite fluvii ad lævam pontis lapidei profundiſſimo duos currus immenſis opibus, & varia ſupellectili onuſtos, cum omnibus jumentis demerſis, & antequam extrahi poterant, enecatis, ſubito infortunio perdiderunt: occupata itaque tota familia junioris Sidrok ad extrahendum dictos currus, ut in alia plauſtra & vehicula

1 *Supple ex Ingulpho*, compatriotis occiduntur.

prædas contentas plures ſoliciti tranſmutarent, frater Turgarus per fugam elapſus in proxima parietina, perque totam noctem ambulans, ſummo diluculo Croyland ingreſſus eſt. Invenit ergo fratres ſuos commonachos de Ankarig pridie rediſſe, & ad extinguendum ignes adhuc in multis monaſterii locis durantes fortiſſime inſudare: quem cum ſanum & incolumem cernerent, aliqualiter confortati; ſed audientes ab eodem, quibus in locis tam abbas eorum, quam cæteri confratres & ſeniores eorum occiſi jacebant, & quomodo omnia ſanctorum ſepulchra, & 1 fundamenta, ſacraque volumina cum corporibus ſanctorum confracta fuerant & combuſta, inæſtimabili dolore omnes contriſtati ſunt; planctuſque & ploratus diutiſſime factus eſt. Tandem lacrymis ſatiati, ad extinguendum incendia revertuntur: egerentes vero ruinam tecti eccleſiæ ſuæ, circa magnum altare corpus venerabilis patris Theodori abbatis reperierunt; eruderatoque monaſterio toto cum longo maximoque labore, & de cineribus aliiſque immunditiis juxta poſſibilitatem temporis expurgato, de inter eos paſtore eligendo invicem colloquuntur; celebrataque electione, venerabilis pater Godricus omnium conſenſu, licet invitus & multum renitens, abbas tandem eſt effectus: ad quem veniens venerabilis ſenex prior de Ankarig Toretus, ac ejus ſupprior dominus Tiſa, ambo anachoritæ ſanctiſſimi devotiſſime ſupplicabant, quatenus aſſumptis ſecum fratribus quibuſdam dignaretur Medeſhamſtede adire, & abbatis ſui & aliorum confratrum ſuorum corpora, feris avibuſque adhuc obnoxia & inſepulta, Chriſtianæ ſepulturæ charitatis intuitu commendare. Obtemperans itaque precibus illorum venerabilis abbas Godricus, cum multis fratribus, inter quos frater Turgarus aderat, occurrentibus eis ibidem omnibus fratribus de Ankarig, Medeſhamſtede adiit: & multo ſudore omnia monachorum dicti monaſterii corpora comperta, numero octoginta quatuor, in medio cœmeterio dicti monaſterii, contra frontem eccleſiæ quondam orientalem, ſcilicet, in uno latiſſimo tumulo ad hoc aptato, in feſto ſanctæ Ceciliæ virginis ſepelivit; ponens etiam ſuper corpus abbatis, in medio filiorum ſuorum quieſcentis, petram pyramidalem tres pedes in altitudine, & tres in longitudine, & unum in latitudine continentem, in-

---

1 monumenta omnia. *Ingulph.*

ſcriptaſque

ſcriptaſque imagines abbatis, ac monachorum ſuorum circumſtantium geſtantem; quam in memoriam monaſterii deſtructi Medeſhamſted deinceps omnes vocari conſenſerunt; & omni anno, quamdiu vixit dictus abbas Godricus ſemel locum viſitans, ſuperque petram 1 ſanctum tentorium figens, pro animabus ibidem ſepultorum miſſas per biduum devotione continuo celebravit. Jacebat enim regia via per medium dicti cœmeterii, habens dictam petram aſcendentibus de prædicto ponte lapideo verſus Hoyland ad dextram, & crucem lapideam ſimiliter imagine Salvatoris inſculptam, quam prædictus abbas Godricus tunc ibidem poſuit, ad ſiniſtram; ut tranſeuntes viatores, memores ſanctiſſimi monaſterii, pro animabus fidelium in ipſo cœmeterio quieſcentium preces Domino ſolverent, & a maleficiis ac latrociniis in ſancti monaſterii parietinis nullo modo patrandis, ſaltem pro Chriſti reverentia continerent.

TUNC etiam dominus Toretus prior de Ankarig per fratrem Turgarum edoctus, quomodo & in quo angulo eccleſiæ ſanctiſſima pignora beatarum virginum Kyneburgæ, &c. per paganos projecta & conculcata, ſed per prædictum fratrem Turgarum, prout potuit, reverenter recollecta fuerant, & impoſita, de communi via, prædictas reliquias ſecum aſſumpſit, & cum fratribus ſuis ad Ankarig rediens, honorificentius quam potuit, in ſuo oratorio collocavit. Pagani vero de Medeſhamſted exeuntes, ac deprædantes provincias uſque ad Cantabrigiam, monaſterium ſanctimonialium celeberrimum in Elienſi inſula ſituatum, omnibus inventis in eo tam virginibus quam viris crudeliter interemptis, catallis ac immenſis divitiis, de tota patria pro loci ſecuritate allatis, ſed per barbaros tunc direptis, ignibus ultimo tradiderunt; & tranſeuntes in Eaſtangliam, &c. regem ejuſdem provinciæ ſanctiſſimum Edmundum captum per eoſdem ad quendam ſtipitem alligatum, tanquam ſignum ad ſagittam, telis ſuis & ſagittis aggreſſi, horrida crudelitate pro fide Chriſti & patriæ ſuæ defenſione decollantes, martyrizaverunt. Sic tota Eſtanglia ab eis obtenta & occupata, ibidem per totam hyemem reſidebant, &c.

ANNO DCCCLXXI. Dani Weſtſaxoniam petentes, cum rege Ethelredo, & fratre ſuo Alfredo varia fortuna prœlia gran-

1 *Alii* ſuum.

diſſima

z

diſſima geſſerunt; in quibus cæſis regibus eorum Baſſeg, Oſkitell, & comitibus multis, *viz.* utroque Sidrok, ſeniore & juniore, Frena comite, Oſbern & Harrald, cum maxima multitudine paganorum, Chriſtiani victoriam ſunt adepti. Goredus autem rex Merciorum hoc intermedio cum Britonibus occupatur, qui cum maxima multitudine occidentalem partem regni ſui Merciæ inquietabant, audienſque Danos plagam ejus orientalem plaga miſerabili percuſſiſſe, venit Londonias, & contracto maximo exercitu, pertranſiens per regni ſui pagos orientales, ſuo fiſco totam Helienſem inſulam applicavit: procedens etiam in patriam Gyrviorum, omnes terras dicto monaſterio de Medeſhamſted pertinentes in manum ſuam cepit; ſcilicet, quicquid inter Stanford, Huntingdon, & Wiſebek dicto monaſterio quondam pertinuerit; remotiores vero terras ſparſim per patrias jacentes ſtipendiariis militibus exercitus ſui dedit. Idem fecit de terris S. Pege de Pegekyrk; quaſdam ſibi retinuit, quaſdam militibus donavit: Idem fecit de terris ſancti Guthlaci de Croyland; quaſdam dedit, quaſdam confiſcavit, nil præter inſulam & . . . . . . . . . mariſcos monachis reliquit.

ANNO DCCCLXXII. Alfredus quartus & minimus Adelwlphi filius, poſt Ethelred fratrem ſuum, qui quinque annis regnaverat, ſucceſſit; hic eſt Alfredus, qui quondam Romam cum patre adiens, a papa Leone inunctus erat per ſanctiſſimam prophetiam aliquando regnaturus: poſtea coronatus, ſapientiæ ſuæ tanta reliquit monumenta, quod omnium virtutum ſacrarium, inſuper artium liberalium reconditorium unice prædicetur, qui licet bello paganorum & variis propriæ carnis infirmitatibus aſſidue vexaretur, animo tamen ſemper potioribus inhiabat. Sanctum namque Grimbaldum alioſque literatiſſimos doctores viroſque ſanctiſſimos de Francia ſibi aſcivit; plures etiam de Mercia, & de Scotia, ac Hibernia, quoſcunque ſcientia ſacrarum literarum pollere novit, in regnum ſuum alliciens, honoribus ampliavit: inter quos & Werefridus, quem Wicciorum eccleſiæ præfecerat, dialogum Gregorii in linguam Saxonicam tranſtulit, talium ergo virorum doctrina & collatione creberrima indies in ſapientia creſcebat, in tantum ut in brevi omnium librorum ſacrarum ſcripturarum notitiam haberet, & nonnullos in ſuum Saxonicum transferret: inſuper omnium hoſtium triumphator Danos omnes ſub jugum ſemper haberet.

Ipſe primus terram in provincias & comitatus, comitatus vero in centurias, quas nunc hundredas dicimus; & in decurias, quas nunc tithingas vel thrithingas vocamus, diſtribuebat: *omnis etiam diei naturalis dividebat in tria octonaria juxta menſuram & metam cujuſdam cerei jugiter in capella ſua coram ſanctorum reliquiis ardentis, & dicta tria octonaria deſignantis; in quorum primo, videlicet a ſummo mane uſque ad plenam .... ſextam diei divino ſervitio vacabat; in ſecundo octonario conſiliis ac negotiis regni ſui intendebat; in tertio vero corporis ſui neceſſitatibus indulgebat. Familiam ſuam etiam in tres turmas dividens, poſt unum menſem quamlibet ad ſua dimittebat, & alia turma ſuccedebat regis miniſterio per menſem ſervitura.

ANNO DCCCLXXIII. Warmacia fulmine comburitur.

ANNO DCCCLXXIV. Ludovicus Imperator 1 .... Carolus ſenior, filius Ludovici, Romam adiens donariis abundantiſſimis, ex rege factus imperator eſt.

ANNO DCCCLXXV. Pagani, tota Mercia ſibi ſubjecta, ſe diviſerunt: pars ſequuta eſt Halſdrum in Northumbriam, eam ſubjicientes; pars reliqua cum tribus regibus apud Cantabrigiam hyemarunt.

ANNO DCCCLXXVI. Halſdene 2 ........ & ſibi Northumbriam partiens 3 .... incolere cœpit. Rollo cum 4 .... Normanniam penetravit.

ANNO DCCCLXXVII. Pagani, centum & viginti navibus tempeſtate demerſis, apud Exoniam reſederunt.

ANNO DCCCLXXVIII. Alfredus rex paganos miraculoſe ſuperat; ut datis ad libitum obſidibus, aliqui terram abjurarent, quidam baptizarentur.

ANNO DCCCLXXIX. Pagani Cirenceſtriam adeunt: exercitus eorum ingens de partibus tranſmarinis, flumen Thamenſe intrans ſe eis jungit.

ANNO DCCCLXXX. Pagani Eſtangliam adeuntes, eam inhabitare cœperunt; reliqui Franciam navigant, & de pedeſtribus omnes equites fuerunt.

ANNO DCCCLXXXI. Karlomannus rex Bavariæ, pater Arnulphi, imperator obiit; regnum ejus frater occupans Ludovicus, Karolo Carinthiam concedit.

* Ita MS. 1 *Supple* obiit. 2 *Supple*, rex ſuis. 3 *Adde* illam. 4 *Lege*, ſuis.

ANNO DCCCLXXXII. Karolus totam Italiam & Longobardiam ſibi ſubjiciens, Romam venit, & a papa Johanne ac ſenatu favorabiliter receptus, imperator unctus eſt.

ANNO DCCCLXXXIII. Ludovicus frater imperatoris obiit.

ANNO DCCCLXXXIV. Ludovicus filius Balbi obiit. Martinus papa partem dominicæ crucis Alfredo regi cum aliis muneribus miſit.

ANNO DCCCLXXXV. Agapetus papa. Pagani, relicta Francia, Angliam petunt; ſed urgente Alfredo in Franciam revertuntur.

ANNO DCCCLXXXVI. Paganis Franciam per Sequanam & Ligerim magno numero aſcendentibus, multa corpora ſanctorum de ſuis ſedibus tranſlata ſunt.

ANNO DCCCLXXXVII. Karolo propter morbum regno expulſo Arnulphus ſuccedit. Alfredus Londonias reſtaurat, & leges condit.

ANNO DCCCLXXXVIII. Karolus imperator obiit.

ANNO DCCCLXXXIX. Etheredus Dorobernenſis archiepiſcopus obiit, ſucceſſit Plemundus.

ANNO DCCCXC. Litera dominicalis D.

ANNO DCCCXCI. Normanni Warmaciæ epiſcopum occidunt. Johannes Scotus monachus Malmeſberii obiit, confoſſus, ut dicitur, graphiis puerorum, quorum magiſter erat.

ANNO DCCCXCII. Arnulphus Normannos fugat a finibus ſuis.

ANNO DCCCXCIII. Arnulphus Longobardiam intrat. Normanni, Francia relicta, Canciam Duce Haſten veniunt, & apud Medelton munitionem ſibi conſtruunt.

ANNO DCCCXCIV. Alfredus rex cum Danis fortiſſime confligens, vincit, & de terra expellit.

ANNO DCCCXCV. Wido, qui Karolo mortuo Berengarium de Italia expellens ſe dixerat imperatorem, obiit: ſucceſſit Lambertus filius ejus. Pagani iterum Canciam repetunt.

ANNO DCCCXCVI. Lambertus, qui ſe coronari in imperatorem fecerat, obiit: ſucceſſit Arnulphus, qui, Italia ſubjugata, a papa coronatur.

ANNO DCCCXCVII. Pagani iterum ab Anglia fugati Sequanam adeunt.

ANNO

ANNO DCCCXCVIII. Rollo cum ſuis Carnotum obſidens, ſanctæ Dei genitricis virtute, vix evaſit. Stephanus . . . . 1

ANNO DCCCXCIX. Arnulphus imperator comeſtus a pediculis obiit: ſucceſſit Ludovicus filius ejus. Hungari Italiam vaſtant.

ANNO DCCCC. Plurimi epiſcopi & primates Angliæ obierunt.

ANNO DCCCCI. Alfredus rex obiit; ſucceſſit filius ejus Edwardus cognomento ſenior: hic literis patre inferior, ſed gloria militari multum ſuperior fuit.

ANNO DCCCCII. Contra regem Edwardum Clito Edelwoldus patruelis ejuſdem, quibuſdam urbibus invaſis, primo manum levavit, ſed cito corruit.

ANNO DCCCCIII. Multæ alterationes factæ ſunt, & mutationes hiis temporibus in eccleſia Romana, inter ſucceſſores ejus. Sanctus Grimbaldus obiit.

ANNO DCCCCIV. Clito Ethelwoldus ab Edwardo fugatus cum claſſe Danorum in Angliam redit.

ANNO DCCCCV. Commiſſo gravi prœlio, Clito Edelwoldus cum Danorum rege 2 Edbruto a rege Edwardo occiditur. Berengarius Italia potitur, Ludovico exoculato.

ANNO DCCCCVI. Cometa viſus eſt. Chriſtoforus papa. Pagani de Eſtanglia & Northumbria ſe regi Edwardo ſponte ſubmiſerunt.

ANNO DCCCCVII.

ANNO DCCCCVIII.

ANNO DCCCCIX. Prævalentibus contra Perſas Ægyptiis ſub ditione Ægyptii Caliphæ Jeroſolyma devenit, deſtructaque eſt eccleſia a Conſtantino ædificata.

ANNO DCCCCX.

ANNO DCCCCXI. Pleimundus archiepiſcopus uno die in Cantuarienſi civitate ſeptem epiſcopos ordinavit, vacantibus undecim ſedibus epiſcopalibus multo tempore.

ANNO DCCCCXII. Edredo duce Merciorum defuncto, uxor ejus Elfleda, ſoror regis, Merciam egregie regens, auxilio fratri fuit: hæc tranſtulit oſſa ſancti Oſwaldi a Bardeney ad Glouceſtriam, ut dicitur.

ANNO DCCCCXIII. Hungari Almanniam vaſtant.

---

1 *Adde* papa. 2 Eohrico. *Flor. Wig.*

ANNO

ANNO DCCCCXIV.

ANNO DCCCCXV. Frequentes & duræ pugnæ contra paganos ab Edwardo & Elfleda geruntur, rege ſemper prævalente, & urbes dirutas reædificavit.

ANNO DCCCCXVI. Robertus Rollo duxerat in uxorem filiam regis Franciæ, habuitque cum illa ducatum Normanniæ; quâ defunctâ ſine liberis, duxit Popam filiam comitis Sylvanectenſis, quæ peperit ei Willielmum.

ANNO DCCCCXVII. Robertus Rollo, primus Dux Normanniæ, obiit: ſucceſſit Willielmus filius ejus.

ANNO DCCCCXVIII. Conradus obiit: ſucceſſit Henricus primus, imperator Romanus octageſimus nonus.

ANNO DCCCCXIX. Rex Edwardus dedit Edgitham filiam ſuam Karolo regi Franciæ.

ANNO DCCCCXX. Danorum rex Reinaldus Edwardo ſe ſubjecit.

ANNO DCCCCXXI.

ANNO DCCCCXXII.

ANNO DCCCCXXIII. Sanguis ex imagine, quam Judæi crucifixerunt Londoniæ, effluxit.

ANNO DCCCCXXIV. Edwardus rex obiit: ſucceſſit filius ejus Adelſtanus. Hungari Almanniam & Franciam vaſtant. Wlthelmus archiepiſcopus Dorobernenſis.

ANNO DCCCCXXV.

ANNO DCCCCXXVI. Rex Adelſtanus, ſorore ſua Sictrico regi Northanhumbrorum data, eum in ditionem cum omnibus Pictorum, Scotorum, & Britonum regibus accepit.

ANNO DCCCCXXVII.

ANNO DCCCCXXVIII.

ANNO DCCCCXXIX.

ANNO DCCCCXXX.

ANNO DCCCCXXXI. Rex Adelſtanus omnium ore laudatur; felicem ſe credebat quiſquis regum exterorum ei affinitate vel fœdere ſociari poſſet.

ANNO DCCCCXXXII. Henricus imperator Bulgares perimit.

ANNO DCCCCXXXIII.

ANNO DCCCCXXXIV.

ANNO DCCCCXXXV.

ANNO DCCCCXXXVI. Henricus imperator obiit: ſucceſſit Otho primus.

ANNO DCCCCXXXVII. Analafus, fretus auxilio Conſtantini regis Scotorum, regi Adelſtano inſurgens, ſæpe cum ſuis contunditur & confunditur.

ANNO DCCCCXXXVIII. Adelſtanus rex ſanctum Johannem Beverlacenſem prædiis & privilegiis ditat. Otho imperator Hungariam & Bavariam vaſtat.

ANNO DCCCCXXXIX. Otho imperator Lotharingiam intrat. Odo archiepiſcopus Dorobernenſis electus, diu reluctatus eſt, eo quod habitum monachicum non haberet; tandem ad Floriacum pergens habituque ſuſcepto, archiepiſcopus factus eſt.

ANNO DCCCCXL. Adelſtanus rex obiit: ſucceſſit Edmundus frater ejus.

ANNO DCCCCXLI. Analafus contra Edmundum ſe erigit.

ANNO DCCCCXLII. Sanctus Dunſtanus ab Edmundo rege effectus eſt abbas Glaſtoniæ. Willielmus filius Rollonis dux Normanniæ occiditur: ſucceſſit Ricardus filius ejus Senior dictus.

ANNO DCCCCXLIII. Edmundus Analafum a fonte ſacro ſuſcepit, & munere regio donavit. Reynoldum Northanhumbrorum regem in confirmatione tenuit, & in filium adoptavit, pace facta inter eos omnes.

ANNO DCCCCXLIV.

ANNO DCCCCXLV.

ANNO DCCCCXLVI. Edmundus rex occiditur: ſucceſſit Edredus frater ejus ab Odone archiepiſcopo Dorobernenſi inunctus apud Kyngeſton.

ANNO DCCCCXLVII. Edredus rex Northanhumbros & Scotos ſibi, ſicut prædeceſſores ſui, ſubjugavit.

ANNO DCCCCXLVIII. Edredus rex, Turketulo clerico Londonienſi inſtigante, reſtauravit monaſterium Croylandiæ, qui monachum ſe faciens, ibidem per regem in abbatem eſt promotus.

ANNO DCCCCXLIX. Wlſtanus archiepiſcopus Eboracenſis a rege Edredo incarceratur, ſed accepto fidelitatis ſacramento dimittitur.

ANNO DCCCCL. Northumbri Yrcum ſibi regem creantes, Edredo rebellant; ſed ab eo graviter afflicti, abjecto Yrco, muneribus & obſidibus ſatisfecerunt.

ANNO DCCCCLI. Terræ motus magnus per Galliam & Germaniam.

ANNO DCCCCLII. Maguncia ab Othone obſidetur.

ANNO DCCCCLIII. Willielmus filius Othonis Magontiæ epiſcopatur.

ANNO DCCCCLIV.

ANNO DCCCCLV. Edredus Rex obiit: ſucceſſit Edwius ſenior, filius Edmundi quondam regis, juvenis petulans & a patribus ſuis degenerans: ſtatim poſt promotionem ſuam monaſteria diripuit: Sanctum Dunſtanum in exilium miſit, inſurgentibuſque in eum tempeſtatibus, majore parte regni mutilatus eſt, & tota Mercia Edgaro donatur.

ANNO DCCCCLVI. Edgarus junior frater ſuper Merciam rex eſt factus.

ANNO DCCCCLVII. Odo archiepiſcopus obiit: eligitur Elfſius epiſcopus Wintonienſis.

ANNO DCCCCLVIII. Cum Elfſius electus Dorobernenſis penes Romam pro pallio pergeret, in Alpibus frigore periit. Sanctus Dunſtanus ab exilio per Edgarum revocatur.

ANNO DCCCCLIX. Edwius rex obiit: ſucceſſit Edgarus frater in integrum regnum. Brithelmus Wintonienſis epiſcopus & electus Dorobernenſis repellitur, & Dunſtanus archiepiſcopus conſecratur.

ANNO DCCCCLX. Sanctus Dunſtanus pallium a Roma obtinuit. Sanctus Oſwaldus ad Wigornienſem cathedram promotus eſt. Leſſius Legerenſem & Dorcaſtrenſem diœceſim conjunxit.

ANNO DCCCCLXI. Sanctus Adelwoldus factus eſt epiſcopus Wintonienſis: hic clericos a veteri monaſterio expulit, & monachos Wintoniæ introduxit: hic, rege Edgaro adjuvante, multa monaſteria per paganos deſtructa, ut Burgenſe, Helyenſe, Abyngdonenſe reſtauravit, Thorney de novo & alia multa conſtruxit. Johannes papa deponitur: ſucceſſit Benedictus V. cui poſt duos menſes Leo VIII. Hic inveſtituras eccleſiarum imperatoribus confirmavit.

ANNO DCCCCLXII. Leo papa obiit: ſucceſſit Johannes XIII.

ANNO DCCCCLXIII. Otho primus in imperatorem a Johanne papa inungitur.

ANNO DCCCCLXIV. Rex Edgarus duxit uxorem Eſtrildam filiam Orgari.

ANNO DCCCCLXV. Parthenopolis conſtruitur.

ANNO DCCCCLXVI. Hugo Capeth rex Francorum.

ANNO DCCCCLXVII.

ANNO DCCCCLXVIII. Otho filius Othonis Romæ a Johanne papa cum patre ſuo in imperatorem coronatur.

ANNO DCCCCLXIX. Rex Edgarus præcepit ſanctis epiſcopis Dunſtano Dorobernenſi, Oſwaldo Wigornienſi, & Adelwoldo Wintonienſi, ut ejectis clericis de majoribus eccleſiis, monachos in eis pro clericis collocarent; unde de Wigornia Oſwaldus clericos ejecit.

ANNO DCCCCLXX. Sanctus Adelwoldus epiſcopus Wintonienſis tranſtulit de cœmeterio in eccleſiam reliquias ſancti Swithuni prædeceſſoris ſui, ac ante altare ſancti Petri honorifice collocavit. Monaſterium etiam de Medeſhamſtede reſtaurare cœpit, & Burgum ſancti Petri appellavit, anno deſolationis ſuæ æqualiter 1 *centeſimo*.

ANNO DCCCCLXXI. Edmundus filius Edgari regis obiit. Benedictus papa obiit: ſucceſſit Conus papa, cui poſt ſex menſes obeunti ſucceſſit Bonefacius VII.

ANNO DCCCCLXXII. Sanctus Oſwaldus Wigornienſis epiſcopus factus eſt archiepiſcopus Eboracenſis. Hic monaſterium Rameſienſe fundavit, auxilio fultus nobilis Ducis Merciæ Aldewini.

ANNO DCCCCLXXIII. Edgarus rex ab archiepiſcopis Dunſtano & Oſwaldo, cæteriſque ſuffraganeis eorum, ſolemniter apud Atemam die Pentecoſtes conſecratur. Otho imperator obiit: ſucceſſit Otho II. filius ejus.

ANNO DCCCCLXXIV. Terræ motus magnus per totam Angliam.

ANNO DCCCCLXXV. Rex Edgarus obiit, non minus memorabilis Anglis quam Karolus Francis, Cyrus Perſis, vel Romulus Romanis: quadraginta & quatuor monaſteria fertur fundaſſe, vel ſaltem reſtauraſſe. Poſtquam cuncta regaliter conſummavit, per totam Angliam multa bona opera faciens,

---

1 In clauſtro dicti monaſterii notantur anni deſolationis 96. *Manus recentior.*

anno ætatis ſuæ trigeſimo ſecundo, octavo idus Julii, ex hac vita tranſivit; filiumque Edwardum poſtea martyrem & regni & morum reliquit hæredem. Corpus illius Glaſtoniam delatum, regio more tumulatum eſt. Hic dum viveret tria millia & ſexcentas naves robuſtas ſibi congregaverat, quibus inſulam totam omni æſtate circumnavigare conſueverat, ad defenſionem regni ſui contra exteros, & præcipue contra Danicos piratas, qui totum occidentem diu inquietaverant. Hyeme & vere infra regnum ſuum uſquequaque per omnes provincias Anglorum tranſire, & quomodo legum jura, & ſuorum ſtatuta decretorum a principibus obſervarentur, ne pauperes a potentibus præjudicium paſſi opprimerentur, diligenter ſolebat inveſtigare. Cujus obitu totius regni perturbatus eſt ſtatus, & poſt tempus lætitiæ, quod illius annis vigebat, tribulatio cœpit adeſſe; orta namque diſſenſione de monachis & monaſteriis ejiciendis, & rege eligendo, tandem agentibus ſanctis epiſcopis Dunſtano, Oſwaldo, Adelwoldo, & aliis, monachi ſedes ſuas conſtanter tenuerunt, & Edwardus, ut pater juſſerat, in regem conſecratur. Tempora iſta plenius invenies in vitis ſanctorum contemporaneorum, & etiam in chronicis magiſtri Willielmi Malmeſburienſis, monachi, & Henrici archidiaconi Huntyngdonienſis, & in libro ſancti Alredi abbatis, qui intitulatur Epitaphium regum Scotorum. Cometa apparuit.

ANNO DCCCCLXXVI. Fames valida Angliam invaſit. Obiit Hugo rex Franciæ: ſucceſſit Robertus.

ANNO DCCCCLXXVII. Congregata ſynodo generali apud Kalne, ſolarium ubi convenerant ruit, nulluſque evaſit immunis præter ſanctum Dunſtanum; cæteri mortui, vel ruina contriti, vix evaſerunt. Nodcarus abbas claruit.

ANNO DCCCCLXXVIII. Rex Edwardus dolo novercæ ſuæ Eſtrildæ apud Corniſgate occiditur, & apud Weram non regio more tumulatur: cui ſucceſſit frater ejus Ethelredus, puer decem annorum, poſt paſchalem feſtivitatem, die dominica, decimo octavo kalendarum Maii, & a ſanctis archiepiſcopis Dunſtano & Oſwaldo, & aliis decem epiſcopis, apud Kyngeſton in regem conſecratus, triginta & octo annis in multis calamitatibus regnavit. Pro fratris ſui nece, quem mater ejus peremerat, prædixit ei beatus Dunſtanus prophetico ſpiritu plenus, eaſdem calamitates ſibi futuras, hiis verbis: “ Quoniam, inquit, aſpiraſti ad regnum per mortem fratris tui,

" quem occidit ignominioſa mater tua, propterea audi verbum Domini: hæc dicit Dominus: Non deficiet gladius de domo tua ſæviens in te omnibus diebus vitæ tuæ, interficiens de ſemine tuo, uſque regnum transferatur in regnum alienum, cujus ritum & linguam gens tua non novit: nec expiabitur peccatum tuum niſi longa vindicta; nec peccatum matris tuæ & virorum, qui interfuerunt conſilio nequam." Nec unum verbum cecidit in terram, quin omnia poſtea completa ſunt. Nubes ſanguinea, nunc ignea, per totam Angliam media nocte viſa, circa auroram diſparuit, quam Angli lingua ſua Blodgite dixerunt.

ANNO DCCCCLXXIX. Eſtrilda quondam regina, ſancti Edwardi interfectrix, duo monaſteria, id eſt, Warewell & Ambreſbyry, cauſa pœnitentiæ conſtruxit. Dux etiam Merciorum Olferus cum multitudine populi ad Weram venientes, ſancti Edwardi regis & martyris corpus de tumulo levari fecit, ubi multa miracula facta ſunt; quod cum eſſet nudatum, ſanum atque incolume ab omni contagione & clade repertum eſt: lotum deinde, novis veſtimentis indutum, ad Schaftisbyry eſt delatum, & honorifice tumulatum. Obiit papa Johannes XII. cui ſucceſſit Benedictus VI.

ANNO DCCCCLXXX. Dani & Norwagienſes Angliam undique conturbant. Southampton a Danicis piratis devaſtatur; nec multo poſt inſulam Tened Dani depopulantur: quo etiam anno provincia circa civitatem Legionum a Norwagis tota diripitur. Obiit Benedictus papa: ſucceſſit Johannes XIV.

ANNO DCCCCLXXXI. Sancti Petroci monaſterium in Cornubia a Danicis piratis devaſtatum eſt; & in Dompnonia frequenter prædas agebant. Obiit Johannes papa, ſucceſſit alter Johannes XV. cui poſt menſes quatuor Johannes XVI.

ANNO DCCCCLXXXII. Ad provincias Dorſetiæ & Somerſetiæ piratæ applicantes debacchantur. Civitas Londoniæ igne cremata eſt. Obiit papa Johannes XVI. cui ſucceſſit Bonefacius VII. cui eodem anno mortuo ſucceſſit Benedictus VII. Otho imperator Saracenos Græciam devaſtantes vicit.

ANNO DCCCCLXXXIII. Dux Merciorum Elferus, propinquus regis Edgari, obiit, ducatumque ejus Alfricus filius ejus ſuſcepit.

ANNO DCCCCLXXXIV. Sanctus Adelwoldus Wyntonienſis epiſcopus, qui monaſterium Burgi reſtauravit, kalendis Auguſti

Auguſti migravit ad Dominum: cui ſucceſſit ſanctus Elfegus abbas Bathonienſis. Otho II. obiit, cui ſucceſſit Otho filius ejus, tertius, imperator nonageſimus ſecundus.

ANNO DCCCCLXXXV. Ethelredus urbem Roffenſem obſidet; & quia pecunia potius quam precibus ſancti Dunſtani, obſidionem ſolvit, graviter increpatus, cladem magnam & regni perturbationem ſibi imminere audit, iratuſque terras ſancti Andreæ apoſtoli, patroni eccleſiæ Roffenſis, devaſtavit.

ANNO DCCCCLXXXVI. Alfricus dux Merciorum, filius Elferi ducis, Anglia expellitur.

ANNO DCCCCLXXXVII. Duæ peſtes mortiferæ, Anglis antea ignotæ, Angliam invadunt: febris quædam, & morbus, quem Scitam dicunt.

ANNO DCCCCLXXXVIII. Sanctus Dunſtanus obiit: ſucceſſit Adelgarus Ciceſtrenſis epiſcopus.

ANNO DCCCCLXXXIX. Sanctus Herbertus Colonienſis archiepiſcopus claruit.

ANNO DCCCCXC. Adelgaro Cantuarienſi archiepiſcopo ſucceſſit Siricius Wintonienſis epiſcopus; hic pro clericis Cantuariam monachos induxit.

ANNO DCCCCXCI. Gippiſwicum Dani depopulati ſunt, quorum duces fuerunt Juſtinus & Guthmundus; quibus datum eſt tributum decem millium librarum. Prius tamen inter illos ingens bellum erat, in quo ſtrenuus dux Eſtanglorum Brithmarus cum infinita multitudine utrinque occiſa cecidit, Danique victores receſſerunt, & dato prædicto tributo, & rapinis & incendiis aliquantulum feriatum eſt. Procurante papa Johanne XVI. inter Ethelredum regem & Ricardum ducem Normanniæ pax facta eſt. Monaſterium Rameſey a beato Oſwaldo ejuſdem fundatore dedicatur. Johanni papæ ſucceſſit Gregorius V.

ANNO DCCCCXCII. Sanctus Oſwaldus archiepiſcopus Eboracenſis ſecundo kalendarum Martii migravit ad Dominum, cui Adulphus abbas Burgi ſucceſſit, & Kenulfus factus eſt abbas pro eo. Athelwinus etiam Dux Merciorum obiit, & apud Rameſey tumulatur. Alfricus profuga Danos contra regem & regnum pro poſſe provehit.

ANNO DCCCCXCIII. obiit papa Gregorius, cui ſucceſſit Johannes XVII. Hic vivente Gregorio per conſulem intruſus eſt in papatum. Venerunt duo reges Danorum, Analafus & Swanus,

Swanus, cum navibus nonaginta & quatuor omnia depopulantes, quibus rex tributum ſexdecim millium librarum appendit, vocatumque ad ſe Analaſum, & muneribus honoratum, in filium adoptavit in confirmatione epiſcopali, & pacem impetravit; ille autem, ex promiſſo ad ſua non reverſurus, rediit.

ANNO DCCCCXCIV. Obiit Ricardus primus dux Normanniæ: ſucceſſit filius ejus Ricardus II.

ANNO DCCCCXCV. Aldwinus epiſcopus corpus ſancti Cuthberti tranſtulit de Ceſtre in Dunelmum.

ANNO DCCCCXCVI. Obiit Siricius archiepiſcopus; cui ſucceſſit Alvericus Wintonienſis epiſcopus.

ANNO DCCCCXCVII. Dani, toto regno Angliæ invaſo, prædas ad libitum ducunt, victoriis frequentibus inſoleſcunt; aliis ficte reſiſtentibus, aliis in certamine fere ſemper ſuccumbentibus; in omnibus prœliis & regis ignavia & proditorum frequentia mutuo notabatur, inter quos Alfricus, Edricus, & Godwinus præcipui erant. 1 Tamerſtoke monaſterium per Danos deſtruitur.

ANNO DCCCCXCVIII. Obiit Johannes papa exoculatus per imperatorem; cui ſucceſſit Sylveſter II.

ANNO DCCCCXCIX.

ANNO M. Sylveſter papa, qui ſecundum veriores hiſtoriographos dictus eſt antea Gerbertus, qui primus monachus Floriacenſis, relicto monaſterio ſuo, liberalibus primo ſtudiis animum adhibuit; deinde Hiſpaniam adiens, non ſolum practicas aſtronomiæ licitas addidicit, ſed, ut animi erat nequioris, maleficiis dicitur ſcientias liberales fœdaſſe, & dæmoniis hominium feciſſe. Rediens enim in Franciam, artium liberalium ſcholas tenuit, abacum & tabulas aſtronomiæ in Latinum vertit; tandem per diſcipulum ſuum, Robertum filium Hugonis Capeth, tunc regem Francorum, ad Remenſem promovebatur archiepiſcopatum. Otho vero III. imperator, qui & ipſe diſcipulus ejus extiterat, de Remenſi ad Ravennenſem, & de Ravennenſi ad Romanum eum tranſtulit pontificatum. Quidam maleficiis hoc attribuunt; dicitur enim quod caput fudiſſet æneum in . . . . . . . . id eſt, momento completionis magiſtri cycli, ſcilicet omnium planetarum quod in papatu ejus accidit. Secundum quoſdam, ſciſcitantem de futuris prædictum caput eum

1 Taveſtoke.

certificabat vel affirmative vel negative, unde dicitur audiſſe ſe tunc moriturum, cum apud Jeruſalem miſſam celebraſſet, & non ante: deceptus ergo nominis æquivocatione, cum in eccleſia quadam Romæ, quæ Jeruſalem dicitur, divina celebraſſet, graviter infirmatus in Jeruſalem ſe celebraſſe comperit, & moriturum cognovit; deteſtatus tandem diaboli deceptoris famulatum, membra quibus diabolo & hominium & ſervitium fecerat, præſentibus cardinalibus veritatem confeſſus, amputari fecit, & foras projici; corpus aſſerens, non animam, ejus pollutum obſequiis. Willielmus Malmeſbyrienſis ſcribit hæc in chronica ſua de Johanne papa XVI. ſed Martino 1 potius credendum eſt, qui ſeriatim & plene tam de papis quam de imperatoribus ſcribens, & cujuſlibet genus & corpora ac geſta notans, hunc Sylveſtrum ſecundum dicit.

DANI Normanniam adeunt: rex vero Angliæ Ethelredus terram Cumbrorum fere totam depopulatus eſt. Inventio ſancti Yvonis in territorio Huntyngdonenſi in villa dicta Slepe. Obiit Robertus rex Francorum, cui ſucceſſit Henricus. Poſt Sylveſtrum Johannes XVIII. cui ſucceſſit alter Johannes XIX.

ANNO MI. Dani de Normannia in Angliam redeuntes omnia conculcant; ſed rex periculo præcavens, tributo viginti & quatuor millium librarum eos a ſe cedere fecit.

ANNO MII. Imperator Otho III. obiit, cui ſucceſſit Henricus, cujus mira geſta narrantur & in legendis ſanctorum, [&] apud Willielmum Malmeſbyrienſem. Omnes Dani cujuſcunque ſexus vel ætatis juſſu regis uno die per totam Angliam occiduntur; quod poſtea nefas graviſſime punitum eſt. Hæc occiſio facta eſt in feſto ſancti Brittii. Rex vero duxit in uxorem Emmam filiam primi Ricardi Ducis Normanniæ, & Elgivam lingua ſua eam appellat. Adulphus autem Eboracenſis archiepiſcopus reliquias ſancti Oſwaldi de terra levavit; ipſoque non multo poſt defuncto, ſucceſſit Wlſtanus abbas.

ANNO MIII. Rex Danorum Suanus civitatem Exonienſem depopulans etiam murum confregit; deinde Wintonienſem provinciam deſtruxit: unde Wiltonienſes & Suthamptonienſes viriliter contra hoſtes congregantur; ſed Alfricus, qui loco ducis tunc Anglis præerat, cum prœlium eſſet committendum, infirmitate ſimulata vomere cœpit, & ob hoc cum hoſtibus di-

1 *viz.* Polono.

micare non poſſe; cujus inertiam & fraudem videns exercitus, a ſuis inimicis ſine pugna divertit mœſtiſſimus; quod videns Suanus, Wiltoniam & Saliſbiriam conſumpſit, & naves cum præda maxima repetiit. Adulphus archiepiſcopus Eboracenſis, quondam abbas Burgi, obiit.

ANNO MIV. Rex Danorum Suanus cum ſua claſſe ſubito Norwicum aggreſſus illam incendit: tunc ſtrenuus dux Eſtanglorum Wlſketellus, quia ſpatium congregandi exercitum non habuit, pacem dato magno tributo cum Danis fecit; quam non multum poſt Thetfordia concremata violantes, Wlketellum in bellum exacuerunt. Bello inito, multi utrinque cadunt; Dani vero evadentes, durius bellum in Anglia ſe nunquam habuiſſe teſtati ſunt.

ANNO MV. Fames valida fuit per totam Angliam, unde Suanus Daciam repetit, poſt non multum temporis reverſurus. Obiit Johannes papa XIX. ſucceſſit Sergius IV. Hic fuit ſanctæ vitæ & caſtæ converſationis.

ANNO MVI. Alfricus Cantuarienſis archiepiſcopus obiit: cui ſucceſſit ſanctus Alfegus Wintonienſis epiſcopus, pro quo in Wintonienſem ſedem ſubrogatur Kenulphus abbas Burgi; cui ſucceſſit Elſius abbas tertius poſt reſtaurationem. Iſte veniens ad monaſterium ſancti Florentini de Bonevalle, & terra illa maxima fame laboraret, totum corpus ſancti Florentini, excepto capite, pro [1] centum libris argenti emit, & ad eccleſiam ſuam, ſcilicet Burgi ſancti Petri, ſecum apportavit. Dani cum claſſe Angliam repetunt, duce Suano.

ANNO MVII. Danis tributum triginta & ſex millium librarum datur. Edricus etiam, quamvis gener regis, proditor tamen ejus nefandiſſimus, dux Merciorum eſt factus.

ANNO MVIII. Rex Ethelredus naves per totam Angliam intente fabricari fecit, ut regni ſui fines ab exterorum invaſione defenderet.

ANNO MIX. Turkillus Danus cum magno exercitu applicuit; ſed a Cantuaricis mille libras pro tributo accipit.

ANNO MX. Dani terram Angliæ vaſtant & depopulantur ad libitum.

ANNO MXI. Dani Cantuaria capta horrenda relatu perpetrant, non ſexui, non ætati, non ordini nec ſacroſanctis locis

1 *Alii* quingentis.

parcentes.

parcentes. Capitur archiepiſcopus Elfegus, Roffenſis epiſcopus Godwinus; abbates & abbatiſſæ, monachi, mulieres, & infantes decimantur, id eſt, novem occiſis, decimus vitæ miſeræ reſervatur. Dira clades ex digna Dei ultione in Danos illos deſævit.

SANCTÆ Reſurrectionis eccleſia Jeroſolymis, imperante Equen, Calipha Ægyptio, cum aliis eccleſiis deſtruitur. Hoc etiam tempore illud mirabile contigit in Saxonia: nocte natalis Domini, cum preſbyter quidam, nomine Robertus, primam miſſam inchoaret, quindecim juvenes & tres adoleſcentulæ in cœmeterio choream ducentes preſbyterum impediebant; quibus cum ſæpius mandaret, ut a ſtultis ceſſantes divino offerrent, illique non adquieſcerent, iratus ille, "Placeat, inquit, Deo & "ſancto Magno, ut anno iſto non ceſſetis;" erat quippe eccleſia ſancti Magni martyris: factumque eſt ita, per totum annum cantabant & choream ducebant; non ſunt attrita veſtimenta eorum nec calciamenta, non frigus, non famem, non ſitim, non laſſitudinem ſenſerunt; primo ad genua, tandem ad cingulum terram terendo in terra demerſi ſunt. Denique, cum filius preſbyteri violenter ſororem ſuam, quæ una erat ex illis, per brachium extrahere vellet, brachium ſine ſanguinis gutta avulſit, quæ nihilominus cum aliis indefeſſe circuiens cantabat. Erecta eſt ergo ſupra vexatos fabrica propter aeris moleſtias; tandem finito anno, ſanctus Herbertus, Colonienſis archiepiſcopus, cum magna devotione abſolvit, & ante altare ſancti Magni produxit: ubi ſtatim filia preſbyteri, cum aliis duobus, defuncta, reliqui tribus diebus & tribus noctibus dormientes, de cætero deformi omnium membrorum tremore ſe reos prodiderunt; quidam tamen eorum poſt mortem miraculis feruntur fluxiſſe.

ANNO MXII. Perfidus dux Edricus & omnes primates Angliæ Londoniæ congregati, Danis tributum ſcilicet quadraginta & octo millium librarum perſolvebant. Interea die ſabbati [Elfego archiepiſcopo] a Danis proponitur conditio, ut ſi vellet vita & libertate potiri, mille libras perſolveret; illo nolente, necem ejus uſque ad aliud ſabbatum protelabant; ſed neque tunc conſentientem aliquem ſuorum ſive liberorum ſive nativorum ſervientium pro ſua redemptione bonis ſuis ſpoliari Dani crudeliter occiderunt; corpus vero illius die ſequenti Londoniam delatum, ab epiſcopis Elnotho Lincolnienſi & Alfwino Londonienſi in eccleſia ſancti Pauli honorifice ſepultum

8

pultum eſt, cui ſucceſſit Livingus, qui & Elſtanus dictus eſt.

ANNO MXIII. Suanus cum exercitu innumero Angliam intrans, & inauditis crudelitatibus in illam deſæviens, in brevi omnes primates ſuæ ſubjecit ditioni. Ethelredus rex vix a navibus ejus elapſus, primo uxorem ſuam per epiſcopum Dunelmenſem & abbatem Burgi ad Ricardum ducem Normanniæ tranſtulit, tandem ipſe uxorem & filios ſuos ſequutus eſt.

ANNO MXIV. Suanus poſt innumeras crudelitates urbem ſancti Edmundi & poſſeſſiones vexare exactionibus cœpit; convicia etiam cum minis ipſi martyri ſuperaddens: unde cum ſanus ab omnibus æſtimaretur; a ſancto, ut fertur, Edmundo ſubito apud Gayneſburgh in aula, circumſedente ſuo exercitu, occiditur, Danique Cnutum filium ejus regem acclamant. Incolæ autem regem ſuum unanimiter a Normannia revocant. Ille vero, prætemptatis per filium ſuum Edwardum eorum animis, ipſe ſubſequitur, Cnutum expellens: at ille, obſidibus, qui patri ſuo ab Anglis dati erant, apud Sandwicum detruncatis, Danemarchiam adit. Adhuc claſſis Turkilli apud Grenewicum in Tamenſi erat; qui quoniam regem Suanum protexerat, tributum ei datum eſt triginta millium librarum. Mare littus egreditur, & omnia longius involvit.

ANNO MXV. Cnutus, compoſitis rebus in Dacia, Angliam adit, urbes occupat, villas depopulatur. Dux perfidus Edricus cum conſimilibus ad eum profugit. Edmundus ſolus, eo quod pater ejus ægrotaret, hoſtibus reſiſtit; hic regis erat filius ex uxore ignoti nominis ante Emmam genitus, tantæ probitatis, ut Yrenſide, i. e. ferreum latus diceretur.

ANNO MXVI. Rex Ethelredus Londoniis obiit. Londonienſes cum Weſtſaxonibus Edmundum in regem elevant: proditor Edricus ad eum, videns ejus virtutem, animo vulpino fugit. Fuerunt inter Edmundum & Cnutum diræ & frequentes congreſſiones, Edmundo ſtrenue ſe agente ſemper: prævaluiſſet itaque celerrime, niſi ficti & perfidi eum ſemper in arcto deſeruiſſent, quorum ille Edricus ſemper ſignifer & primus erat. Tandem Cnutonem ad ſingulare certamen provocans, compellentibus ſuis cum eo regnum partitur, pace inter eos firma tanquam inter fratres conſtituta. Edmundus eodem anno, corruptis per Edricum cubiculariis, occiditur, per pudenda, ut dicitur, transfixus, cum ventrem purgaret, unde & Cnutus eum lacrymaſſe dicitur. Obiit Benedictus papa, cui ſucceſſit Johannes XX.

ANNO

ANNO MXVII. Cnutus primus de gente Danorum rex Angliæ conſtitutus, eam in quatuor toparchias dividit: ſibi Weſtſaxoniam, Turkillo Eſtſaxoniam, Edrico Merciam, Yrco Northumbriam dimittit. Hic, conſilio Edrici, regiæ proſapiæ multos occidit, unde & duos Edmundi filios, Edmundum ſcilicet & Edwardum, Danorum regi necandos deſtinavit; qui pueros miſeratus elegantes, regi Hungariorum eoſdem educandos tranſmittit; ubi Edmundo defuncto Edwardus Agatham Henrici imperatoris propinquam duxit, ex qua ſanctam Margaretam poſtea reginam Scotorum cum aliis genuit. Cnutus, ad alliciendum animos Anglorum, Emmam Ethelredi regis ſibi copulat. Edricus perfidus, cum Cnutoni improperaſſet, quaſi pro beneficiis, quod Ethelredum prodidiſſet, Edmundum peremiſſet; ore proprio proditionis reus factus, & mortem & notam proditoris accepit: laqueo enim ſuffocatus, in Tamenſem fluvium projicitur. Cnutum fecerunt aliena pericula cautum.

ANNO MXVIII. Octoginta & duo millia librarum Danis ex tota Anglia dantur, ut remunerati ad ſua redirent. Cnutus, licet hoſtiliter regnum accepiſſet, in regem confirmatus civiliter cœpit Anglos tractare, nec Danum aliquando prætulit Anglo. In proditores Edmundi vindictam plene exſequens, ita ut tres filios Edrici etiam pro patris perfidia perimeret. Corpus ſancti Elfegi archiepiſcopi & martyris ipſe manibus ſuis de terra levavit, ac Cantuariam tranſtulit. Sancti Edmundi regis & martyris eccleſiam regiis muneribus & poſſeſſionibus ampliavit, diverſas eccleſias & monaſteria per Angliam fundavit.

ANNO MXIX. Rex Cnutus Daciam adiens, ibidem per totam hyemem manſit.

ANNO MXX. Rex Cnutus Angliam rediens, magnum concilium apud Circeſtre in Paſcha tenuit. Edmundus factus eſt epiſcopus Dunelmenſis. Lyvingo archiepiſcopo Cantuarienſi defuncto, ſucceſſit Agelnothus, qui cognominatus eſt bonus.

ANNO MXXI. Algarus Eſtanglorum epiſcopus obiit: ſucceſſit Athelwinus.

ANNO MXXII. Agelnothus archiepiſcopus Romam profectus pallium a Benedicto papa recepit.

ANNO MXXIII. Corpus ſancti Elfegi Cantuarienſis archiepiſcopi & martyris de Lundoniis ad Cantuariam eſt tranſlatum. Obiit Wlſtanus Eboracenſis archiepiſcopus, cui ſucceſſit Alfricus Wintonienſis præpoſitus. Eclipſis ſolis.

ANNO MXXIV. Henricus imperator obiit, cui ſucceſſit Conradus Romanorum nonageſimus quartus. Agelnothus archiepiſcopus rediens de Roma I . . . . . brachium ſancti Auguſtini, magni doctoris, centum talentis argenti & uno auri, Coventriæque poſuit.

ANNO MXXV. Obiit Johannes papa, ſucceſſit Benedictus IX.

ANNO MXXVI. Obiit Ricardus II. dux Normanniæ: ſucceſſit Ricardus III. cui, eodem anno defuncto, ſucceſſit frater ejus Robertus.

ANNO MXXVII. Rex Cnutus Norwagienſes, Olavum regem ſuum propter ejus ſanctitatem ſpernentes, auro & argento in ſuam partem traxit.

ANNO MXXVIII. Rex Cnutus quinquaginta roſtratis navibus Norwegiam devectus, Olavum regem expulit, & ſibi ſubjecit.

ANNO MXXIX. Rex Cnutus, compoſita Norwegia, Angliam repetit.

ANNO MXXX. Sanctus Olavus reverſus in Norwegiam, a ſuis martyrizatur.

ANNO MXXXI. Rex Cnutus Romam adiens, a papa Johanne & Conrado imperatore, aliiſque magnis & multis principibus tranſmarinis, in paſchali ſolemnitate ibi congregatis, honorifice ſuſcipitur, eleemoſynas multas & largas ibi faciens, emendationem vitæ coram ſanctis apoſtolis ibi pollicetur. Robertus piiſſimus rex Francorum obiit: ſucceſſit Henricus filius ejus junior, matris factione, maxime annitente Roberto duce Normanniæ.

ANNO MXXXII. Eccleſia ſancti Edmundi regis & martyris dedicata eſt, in qua rex Cnutus, communi conſilio præſulum ac optimatum ſuorum, ejectis ſæcularibus preſbyteris, monachos inſtituit. Ignis pene inextinguibilis multa per Angliam loca concremavit.

ANNO MXXXIII.

ANNO MXXXIV.

ANNO MXXXV. Rex Cnutus Suanum filium ſuum regem ſuper Norwegiam conſtituit, ſuper Daciam Hardicnutum Emma genitum poſuit, & non multum poſt obiit; cui ſucceſſit

* *Supple*, apud Papiam emit.

Haroldus

Haroldus a Danis & Lundonienſibus electus, filius iſte Cnuti ex filia Elfelmi comitis Daci generatus; ſed non multo poſt Hardicnutus cum Haroldo regnum partitur. Robertus dux Normanniæ obiit in peregrinatione Jeroſolymitana, a camerario ſuo potionatus: ſucceſſit filius ejus Willielmus Baſtard, annorum ſeptem puer, tutelæ Henrici regis Franciæ commendatus.

ANNO MXXXVI. Filii regis Ethelredi, Elfredus & Edwardus, cum multo Normannorum comitatu ad matrem veniunt, ubi, Alfredo dolo Godwini perfidi excæcato, Edwardus a matre Normanniam mittitur. Hardicnutus injuriam fratri ſuo factam in Livingum Wigornienſem Epiſcopum, [&] Godwinum ulciſcitur; ſed tandem muneribus placatur.

ANNO MXXXVII. Hardicnuto in Dacia occupato, Haroldus totam Angliam ſibi ſubdit; unde Emmam novercam ſuam ab Anglia expellit, quæ a Baldwino comite Flandriæ honorifice [ſuſcepta eſt, ibi] paucis annis commorata eſt.

ANNO MXXXVIII. Agelnothus Cantuarienſis archiepiſcopus obiit; cui ſucceſſit Edſius capellanus regis. Agelricus Ciceſtrienſis epiſcopus obiit; cui ſucceſſit Grimketelus. Bretegus Wigornienſis epiſcopus obiit, cui ſucceſſit Livingus.

ANNO MXXXIX. Conradus imperator obiit; cui ſucceſſit filius ejus Henricus. Hardicnutus matrem in Flandria viſitavit. Obiit Brithelmarus Lichefeldenſis epiſcopus; cui ſucceſſit Willielmus. Obiit Dunecanus rex Scotorum, cujus regnum Machetus ſibi uſurpavit. Obiit Benedictus papa; cui ſucceſſit Sylveſter III.

ANNO MXL. Haroldus rex obiit Londoniæ, & apud Weſtmonaſterium tumulatur; quo ſepulto, Angli cum Danis Hardicnutum de Dacia accerſentes, eum in regem promovent. Hic contra omnium ſpem importabile tributum, ſcilicet ſexaginta navibus cuique claſſiario viginti marcas impoſuit perſolvendas, corpuſque fratris ſui Haroldi effoſſum in Tamenſem fluvium projici juſſit; ſed a piſcatore quodam excerptum in cœmeterio Danorum Lundoniæ infoditur.

ANNO MXLI. Edwardus a Normannia veniens, a fratre gratanter ſuſcipitur cum matre; ſororem etiam ſuam Gunildam cum magno apparatu Henrico imperatori tradit uxorem. Hæc in ſupremis diebus adulterii accuſata puerili cujuſdam duello ſe purgavit contra hominem gigantem, qui ſucciſo miraculoſe poplite

poplite ſuperatur. Illa inſperato triumpho tripudians, nec minis nec delinimentis ad thorum rediit, ſed ſanctimonialis effecta cœlebs conſenuit.

ANNO MXLII. Hardicnutus in convivio apud 1 Lamudam inter pocula ſubito obiit, cui ſucceſſit Edwardus. Corpus Pallantis filii Evandri circa hæc tempora repertum eſt illibatum: hiatus vulneris, quod in pectore ejus lancea Turni fecerat, quatuor pedum & dimidii erat. Ardens lucerna ad caput ejus arte mechanica inextinguibilis inventa eſt, & corpus levatum & ad muros applicatum urbis Romanæ, eos altitudine vicit; taleque erat ejus epitaphium:

Filius Evandri Pallas, quem lancea Turni
Militis occidit, 2 morte ſua jacet hic.

ANNO MXLIII. Sanctus Edwardus rex & Confeſſor ab Edſcio Cantuarienſi & Alfrido Eboracenſi archiepiſcopis, & aliis epiſcopis, prælatis & proceribus regni fere cunctis præſentibus, ungitur in regem die Paſchæ apud Wyntoniam.

ANNO MXLIV. Aluordus Londonienſis epiſcopus, cum præ infirmitate epiſcopatui cederet, & a monachis Eveſham, ubi prius abbas erat, non reciperetur, cum multis ejuſdem monaſterii ornamentis ad Rameſey divertit, ibique obiit.

ANNO MXLV. Papa Gregorius VI. Iſte cum ſicarii Romani non tantum poſſeſſiones exteriores, verum ipſas oblationes fidelium ab altaribus ereptas, quaſi licite libere, quia nullo ſe opponere audente, magiſque ac magis indies occuparent; impetrata ab imperatore licentia, vim vi valide repellebat; & ita ut in brevi primo oblationes, deinde remotas poſſeſſiones, cæſis nonnullis adverſariis, ſuæ eccleſiæ reſtitueret; unde cum morti ſuccumberet, tanquam ſanguinarium, non inter ſummos pontifices ſepeliendum, ſed longius projiciendum, cardinales inter ſe decernebant: quod ipſe audiens, graviſſime tulit ab ipſis filiis eccleſiæ, pro quibus omnia fecerat, tam indigne ſe dijudicari; unde divino examini cauſam ſuam commiſit, dicens: "Corpus meum anteceſſorum more compoſitum ante januas "eccleſiæ ſiſtite; januæ ſeris & repagulis dampnentur, ſi Deus "voluerit ut ingrediar, applaudetis miraculo; ſin autem, de

1 *Lege* Lambithe. 2 *Alias*, more ſuo.

cada-

"cadavere facite quod placuerit." Sicque factum eſt prout apoſtolicus de ſeipſo juſſerat: cum corpus ejus pontificaliter apparatum ante fores eccleſiæ obſeratas ſtaret; Turbo veniens fores repagulis ſolutis reſerat; at ille cum patribus ſuis juxta condictum honorifice ſepelitur; cui ſucceſſit Clemens II.

ANNO MXLVI. Clemens II. obiit; cui ſucceſſit Damaſus II. qui Poppo antea dictus erat. Hic fuit invaſor ſedis apoſtolicæ, & ſubito obiit; cui ſucceſſit ex Brunone Spirenſi epiſcopo Leo X. Hic ſanctus erat.

ANNO MXLVII. Magnus, rex Norwegiæ, filius ſancti Olavi regis, Suanum de Dacia expulit.

ANNO MXLVIII. Terræ motus in Anglia, & magna lues hominum & jumentorum. Daber, ſucceſſor Equen, eccleſiam ſanctæ Reſurrectionis Jeroſolymis, ad petitionem Romani imperatoris expenſas adminiſtrantis, reædificari conceſſit. Dominus Wlgatus abbas de Peykyrke, amiſſa ſede abbathiæ ſuæ, cum omnibus maneriis dicto monaſterio quondam pertinentibus, per judicium curiæ regis Hardicnuti contra Kenulphum & Kinſium, abbates Burgi, ipſum monaſterium de Peykyrke ſuam poſſeſſionem eſſe calumpniantes; defuncto Brichtmero abbate Croylandiæ, per inveſtituram regis Edwardi Wlgatus factus eſt abbas Croylandiæ, conventuique Croylandiæ adunati ſunt monachi X . . . 1.

ANNO MXLIX. Henricus imperator innumerabilem congregavit exercitum contra Baldwinum Flandrenſem comitem, eo quod apud Neomagum palatium ſuum pulcherrimum combuſſiſſet & fregiſſet; in qua expeditione erat Leo papa cum Romanis, & de multis terris quamplurimi nobiles. Suanus etiam rex Daciæ cum claſſe ſua ibi affuit, & fidelitatem imperatori juravit. Compulſus tandem comes cum imperatore pacem fecit. Leo papa rediens per Franciam, dedicavit eccleſiam ſancti Remigii Remis, ubi & concilium celebravit: ex Brunone Spirenſi ad 2 Leonem papam Romanum vocatus & promotus. Hyberníenſes piratæ triginta & ſex navibus oſtium Sabrinæ intrantes, cum auxilio Griffini regis auſtralium Britonum, ſuper Anglos apud Wileſceaxan irruerunt, igne & ferro multa mala facientes.

---

1 numero ſexdecim. *Ingulph. p.* 64. 2 Sic.

ANNO ML. Edſcius Cantuarienſis archiepiſcopus obiit; cui ſucceſſit Robertus Normannus ex monacho Gemetenſi factus Londonienſis epiſcopus, deinde Cantuarienſis archiepiſcopus. Machetus rex Scotorum Romæ argentum ſpargendo pauperibus diſtribuit.

ANNO MLI. Alfricus Eboracenſis archiepiſcopus obiit, & apud Burgum ſepelitur; cui ſucceſſit Kinſius abbas Burgi, cui ſucceſſit Elſius in abbatem promotus, monachus ejuſdem loci. Rex Edwardus Anglos a gravi tributo, quod Danegeld dicebatur, trigeſimo octavo anno, ex quo pater ſuus rex Ethelredus primus id Danicis ſolidariis ſolvi mandarat, integre abſolvit. Comes etiam Bononiæ Euſtachius, qui ſororem regis Edwardi, Godam nomine, duxerat in uxorem, quoniam in Dorobernia quoſdam civium propter injuriam ſibi factam ſervi ſui occiderant, a Godwino comite & ſuis ad pœnam expoſcitur, ſed a rege defenſatur: quare congregato exercitu, cum bellum contra regem pararet, ipſe cum quinque filiis exlegatur, & regina filia Godwini, cum una tantum pediſſequa, ſanctimonialibus de Warewell cuſtodienda commendatur. Willielmus comes venit in Angliam ad regem Edwardum cognatum ſuum. Obiit Leo papa, cui ſucceſſit Victor ſecundus.

ANNO MLII. Godwinus comes & filii ſui cum rege reconciliantur, & regina revocatur. Emma quondam regina, mater Edwardi regis, obiit, & Wintoniæ tumulatur. Normanni fere omnes ab Anglia expelluntur, unde Robertus archiepiſcopus Cantuarienſis exulat, & Stigandus Wyntonienſis epiſcopus, regis abutens ſimplicitate, & Godwini filiorumque ſuorum fultus poteſtate, pecunia archiepiſcopatum invadit & occupat; unde a ſede Romana, niſi a Benedicto conſimili ambitione papatum invadente, pallium canonice nunquam meruit, & uterque poſtea fidelium zelo depoſitus eſt.

HOC tempore Thoraldus vicecomes, & frater germanus Godinæ comitiſſæ Leyceſtriæ, aſſumptis ſecum de domino Wlgato abbate Croylandiæ ſex monachis, prioratum Spaldyngiæ inchoavit, terris & tenementis ſufficientibus ad eorum ſuſtentationem cum ſuo manerio in eorum cellam commutando libere aſſignatis.

ANNO MLIII. Caput regis fratris Griffini regis Wallenſium ad regem Edwardum in vigilia Epiphaniæ apud Glouverniam eſt allatum. In ſequenti Paſcha, feria ſecunda, Godwinus ad menſam

menſam regis a rege de fratris nece increpatus, cum tali imprecatione ſe excuſavit dicens: "Si, inquit, reus fuerim necis ejus, "non me pertranſeat morſellus iſte." Et factum eſt a Domino ut rogavit; ſuffocatus enim guſtata buccella, per pedes abſtrahitur, & in reginæ cameram deportatur. Feria vero quinta ſequente proditor multorum ſed convictus a vita deceſſit, cujus comitatus filio ſuo Haroldo, viz. Weſtſaxonia, a rege donatur, & comitatus Haroldi, viz. Eſtſaxonia, Algaro filio Lefrici comitis eſt donatus.

ANNO MLIV. Siwardus dux Northanhumbrorum juſſu regis Edwardi, Machetum regem Scotorum de regno privavit, & Malcolmum regem Cumbrorum regem Scotorum conſtituit. Rex etiam Edwardus miſit Alredum Wigornienſem epiſcopum ad imperatorem Henricum: ut Edwardum fratruelem ſuum, qui in Hungaria diu exularat, ſibi mittere dignaretur, inſtantiſſime deprecatus eſt; qui, ut Angliam applicuit, apud Lundoniam morbum incurrens mortuus eſt. Edgarus filius ejus cum rege Edwardo manſit: filia vero Margareta Malcolmo regi Scotorum nupſit, cujus filia Mathildis poſtea Henrici primi regis Angliæ uxor fuit.

ANNO MLV. Siwardus dux Northanhumbrorum obiit; & in clauſtro monaſterii Mariæ extra Eboracum ſepultus eſt, qui cum in ultimis ageret, arma ſua juſſit afferri 1 . . . . . ſe indui, dicens, "Militem, niſi in armis, non debere mori." Cujus filius Waldenus, poſtea martyr ſanctus, factus eſt comes Northamptoniæ; comitatus autem Northanhumbrorum datus eſt Toſtio fratri Haroldi. Algarus, Lefrici comitis Leyceſtriæ filius, ſine cauſa, ab Edwardo rege, per Haroldi conſilium, exlegatur; qui Hiberniam petens, & manu valida contracta, cum auxilio etiam Griffini regis Wallenſium, per vim comitatum ſuum recepit, civitate Herford prius combuſta, cum monaſterio ſancti Ethelberti regis & martyris; nonnullis canonicis occiſis, & quadringentis laicis vel eo amplius interfectis. Elſius abbas Burgi obiit: ſucceſſit Arwinus.

ANNO MLVI. Henricus imperator obiit; cui ſucceſſit Henricus VI. filius ejus, qui Romanam eccleſiam pro inveſtitura per annulum & baculum graviter & longo tempore vexavit. Obiit Victor papa, cui per violentiam ſucceſſit epiſcopus Ver-

1 *Supple* lorica.

cellenſis

cellenſis, & dictus eſt Benedictus X. Marianus peregrinus de Scotia Coloniam veniens, ibique in monaſterio Scotorum ſancti Martini, quinta feria kalendis Auguſti, monachus factus eſt. Dunelmenſis epiſcopus Egelricus, epiſcopatu ſponte relicto, ad monaſterium ſuum de Burgo, ubi quondam monachus erat, remeavit; Agelwino fratre ſuo, & monacho ejuſdem monaſterii, in locum ſuum conſecrato.

ANNO MLVII. Edwardus Edmundi regis, Yrenſide dicti, filius, ab Ungaria per patrem vocatus in Angliam, obiit Londoniæ: hunc ſibi hæredem rex Edwardus propoſuerat feciſſe. Leofricus etiam comes, Lefwini ducis filius, obiit. Iſte cum uxore ſua Godina multa monaſteria vel fundavit vel ampliavit; unde inter cætera cœnobium Conventrenſe de ſuo patrimonio conſtruxerunt, ubi & ſepulti ſunt. Succeſſit Algarus filius ejus in comitatum. Arnewinus abbas Burgi demiſit ſe de abbathia; cui ſucceſſit egregius pater Leofricus.

ANNO MLVIII. Algarus comes ſecundo a rege Edwardo exilio pulſus eſt; ſed auxilio Griffini regis Walliæ, & claſſis Hybernicæ & Norwegiæ, per vim ſuum comitatum recepit. Aldredus epiſcopus Wigornienſis mare tranſiens, per Ungariam Jeroſolymam profectus eſt. Obiit Stephanus papa; cui ſucceſſit Benedictus, qui ſeipſum intruſit: iſte, corruptus pecunia, pallium Stigando Cantuarienſi archiepiſcopo tranſmiſit.

ANNO MLIX. Benedictus papa, ab Henrico imperatore, & zelo fidelium procurante, de papatu ejicitur; & epiſcopus Florentinus canonice electus eſt, Nicolaus papa II. efficitur. Eodem anno Wlfketulus abbas Croylondiæ, inſtigante inclyto comite Algaro, ad hoſpitalitatem, more monaſteriali, in cella ſua de Spaldyng, adventantibus Chriſti fidelibus exhibendam, ligneam capellam ſuam ejuſdem villæ, cum certis redditibus in eadem villa ſituatis, dedit monachis ſuis Spaldyngenſibus; & dictus comes portionem eorundem in multis ampliavit.

ANNO MLX. Henricus rex Francorum obiit; cui ſucceſſit Philippus filius ejus. Obiit Kinſius Eboracenſis archiepiſcopus, quondam abbas Burgi, cui ſucceſſit Aldredus Wygornienſis epiſcopus. Herefordenſis præſulatus datus eſt capellano Edithæ reginæ. Kynſius archiepiſcopus apud Burgum obiit, & jacet tumulatus in ſcrinio juxta magnum altare in parte boreali.

ANNO MLXI. Aldredus epiſcopus Eboracenſis Romam cum Toſtio comite profectus, pallium a Nicolao papa ſuſcepit.

Interim

Interim Malcolmus rex Scotorum ſui conjurati fratris Toſtii comitatum, viz. Northanhumbriam, ferociter depopulatur, violata etiam pace ſancti Cuthberti.

ANNO MLXII. Venerabilis vir Wlſtanus Burgi monachus Wicciorum fit epiſcopus. Obiit Nicolaus papa; cui ſucceſſit Alexander II. antea Lucenſis epiſcopus Anſelmus vocatus, epiſcopo Pariſienſi a papatu reprobato.

ANNO MLXIII. Rex Northwalliæ Griffinus impetum Haroldi ducis Weſtſaxonum, & Toſtii fratris ſui comitis Northanhumbrorum, non ferens, fugere conſulit: unde Wallenſes, datis obſidibus, ſeſe ſuaque dederunt, Griffinumque exlegantes abjecerunt.

ANNO MLXIV. Multi ex regno imperatoris Alemanniæ cum Maguntino aliiſque tribus epiſcopis Jeroſolymam peregre adeuntes, adverſa multa, propter pecuniæ multitudinem quam ſecum tulerunt, perpeſſi ſunt; in tantum, ut vix de ſeptem millibus duo millia reverterentur. Haroldus ad Willielmum comitem Normanniam mittitur, uti ei ex parte regis Edwardi de regno poſt regis obitum cautionem daret: dicunt alii eum in Normannia caſu delatum, ibi filiam Willielmi cum jurejurando ſibi copulaſſe; ſed poſtea quaſi vim paſſum a ſponſione reſiliſſe. Caput Griffini Wallenſium regis, cum roſtro navis ejuſdem, ab ipſis Wallenſibus ad Haroldum deportatur: rex vero terram ejus duobus fratribus Griffini Blecgento & Puthewallano, jurata fidelitate & obſidibus datis, confirmavit.

ANNO MLXV. Agelwinus Dunelmenſis epiſcopus oſſa beati Oſwaldi, regis & martyris, apud Tynemutham de tumulo in ſcrinio cum honore levavit. Hiis diebus, in confinio Normanniæ & Britanniæ, mulier quædam erat, quæ duo capita, quatuor manus, & omnia uſque ad umbilicum habebat duplicia, inferius vero ſimplicia; ridebat, comedebat, loquebatur pars una; flebat, eſuriebat, tacebat pars altera: poſtremo una defuncta, altera ſupervixit fere triennio, donec & mole ponderis & fœtore mortui cadaveris & ipſa deficeret.

ANNO ab incarnatione Domini MLXVI. Ultimus Clitonum, ſanctus Edwardus, apud Weſtmonaſterium in vigilia Epiphaniæ obiit: honor, gloria, & finis regum Anglorum, in eccleſia beati Petri Weſtmonaſterii, quam a fundamentis fecerat fieri, deinde dedicari, honore regio ſepultus eſt. Laus Edwardi regis & confeſſoris ab Alredo abbate & Willielmo Mal-

 meſbyrienſi.

meſbyrienſi. Succeſſit in regnum Haroldus dux Weſtſaxonum, filius Godwini, in craſtino obitus regis, id eſt, in die Epiphaniæ apud Weſtmonaſterium coronatus; nec multum poſt rex, coacto in unum exercitu fortiſſimo, verſus Eboracum contra Haroldum Norwegiæ regem, fratrem ſancti Olavi, & Toſtium comitem, dimicaturus feſtinat. Ipſi enim cum trecentis & ſexaginta navibus, terra Tranſhumbrana depopulata, duos germanos, Edwynum & Morcardum, infra Eboracum obſidebant: regi ergo, relicta obſidione, hoſtes occurrunt; pugna ingens commiſſa, utriſque extrema nitentibus, Angli tandem ſuperiores facti, Norwegienſes in fugam egerunt, apud Stanfordbrygge. Haroldus & Toſtius in ipſa fuga interempti. Regis filius cum omnibus navibus domum clementer remiſſus eſt. Haroldus tanto triumpho elatus, nulla parte ſocios dignatus eſt; quapropter exercitu delapſo, nunciatoque adventu Willielmi Normanni, ſolus præter ſtipendiarios paucos & mercenarios ad Haſtingas fatis præproperans, paucos ibi ex provincialibus habens, poſt novem menſes & aliquot dies regni fuſus eſt. Miro Dei judicio, quod nunquam poſtea Angli communi prœlio in libertatem ſpiraverunt. Idibus Octobris die ſabbati hoc bellum peractum eſt apud Haſtyngas, in quo loco poſtea celebre monaſterium pro animis ibi occiſorum, quod adhuc de Bello vocatur, Conqueſtor ad honorem ſancti Martini ædificavit a fundamentis & ditavit. Ipſe ab Aldredo archiepiſcopo Eboracenſi apud Londonias cum maximo honore ſuſceptus, & in natali Domini coronatus eſt; cavens unctionis ſacramentum a Stigando recipere, quod illegitime archiepiſcopatum ingreſſus, potius pollueret quam ſacraret. Corpus Haroldi miſit ad matrem, ſine pretio, multa pro ejus ſepultura offerentem, & apud Waltam ſepultus eſt; quam eccleſiam ipſe conſtruxerat, & clericis ſæcularibus aſſignarat. Laus Haroldi a Polycratico & aliis auctoribus, qui de ipſo ſcripſerunt. Hiis temporibus Turci, Perſis & Ægyptiis ſuperatis, totum fere orientem ſibi ſubjecerunt, unde urbem ſanctam Jeruſalem occupabant.

ANNO MLXVII. Rex Willielmus Normanniam rediit, ducens ſecum Stigandum archiepiſcopum, Clitonem Edgarum, Edwinum, & Morcardum, ac Walterum, comites, alioſque de nobilioribus Anglis; præcavens ne ipſo abſente aliquam commoverent ſeditionem: rediens de Normannia grave tributum Angliæ imponit.

ANNO MLXVIII. Matildis comitiſſa coronatur in reginam. Sancta Margareta, filia Edwardi, filii Edmundi Yrenſide, ad Malcolmum regem Scotiæ conjugio copulatur. Herwardus de partibus tranſmarinis rediens in Angliam ad hæreditatem ſuam, & reperiens regem Normannis eam contuliſſe, occiſis occupantibus, cœpit contra regem dimicare.

ANNO MLXIX. Aldredus Eboracenſis archiepiſcopus obiit: ſucceſſit Thomas. Obiit etiam Brando abbas Burgi, patruus dicti Herewardi le Wake, cui ex regis collatione ſucceſſit Turoldus. Brando abbas dedit pro Fyſkyrton viginti marcas auri, & alias viginti pro ornamentis, & pro Burlee octo marcas auri. Turoldus vero ſexaginta & duo hidas terræ de terris eccleſiæ Burgi dedit ſtipendiariis militibus, qui eum contra Herewardum le Wake tuerentur: nihilominus tandem cum multis aliis magnatibus ab Herewardo captus, quouſque pro ſua redemptione triginta millia marcarum argenti ſolverentur, cum aliis ſuis conductitiis in cuſtodia detentus eſt. Swani regis Danorum filii, cum navibus ducentis & quadraginta in Northanhumbrum reſiduis Anglorum rebellantium ibi ſociantur. Willielmus eo contendens totam Northanhumbriam ferro & flamma vaſtat, ne hoſtes alimenta reperirent, unde & fames magna ſequuta eſt, in tantum ut homines ad carnes illicitas, viz. equorum, & canum, & catorum, fame cogente ſe conferrent. Dani ſine pugna, ſed non ſine pecunia, reverſi ſunt; tribus millibus Normannorum interfectis.

ANNO MLXX. Concilio apud Wintoniam, præſentibus ſanctæ Romanæ eccleſiæ legatis, celebrato, Stigandus deponitur juſtis ex cauſis, cui ſucceſſit magiſter Lanfrancus ex priore Beccenſi abbas Cadomenſis factus epiſcopus Cantuarienſis. Plures eo anno, tam epiſcopi quam abbates, vel nullis vel levibus ſuſpicionibus, deponuntur aut ejiciuntur, procurante rege, ut Angli nullis dignitatibus potirentur. Baldwinus comes Flandriæ obiit. Angli per ſingulos dies aut vi aut ſponte ſe novo regi ſubdunt.

ANNO MLXXI. Comes Friſiæ Robertus, occiſo Arnulpho comite Flandriæ, Flandriam occupat. Herwardus le Wake etiam intra paludes Helienſes, cum multis aliis Anglis exlegatis, regi reſiſtit. Bellum inter Philippum regem Franciæ & Robertum comitem Flandriæ, ubi rex victus eſt; occiſus eſt etiam

a dicto

a dicto Roberto comite Flandriæ Willielmus Oſberni comes Herfordiæ, Willielmi regis potentiſſimus conſiliarius.

ANNO MLXXII. Rex Willielmus cum grandi exercitu intravit Scotiam contra Malcolmum, qui regi ſe humiliter ſubdidit, & in loco qui dicitur Abernythy fidelitatem juravit. Matildis regina Siciliæ patrimonium ſuum obtulit ſuper altare ſancti Petri Romæ Deo. Eodem anno monachi Helienſes, quibuſdam Anglorum magnatibus contra regem Willielmum rebellantibus ſuccurſum præbentes, exlegati ſunt, & multi monachi Anglici per totam Angliam male tractati, & plurimum vexati. Multa monaſteria, tam de propriis pecuniis quam de aliorum apud ipſos depoſitis, ad quadrantem ultimum ſpoliata.

ANNO MLXXIII. Litera dominicalis F. indictione undecima, ſecundum compotum magiſtri 1 Martiniani Scoti, primo Fuldenſis monachi, deinde apud Maguntiam incluſi; 2 etiam ſecundum ſolis curſum & lunæ habentur, ſicut anno decimo quinto Tiberii Cæſaris, duobus magnis cyclis, i. e. mille ſexaginta & quatuor annis interlabentibus. Willielmus rex ſubjugat ſibi Cenomaniam. Eodem anno Edwinus & Morcarius, filii Algari, filii Lefrici comitis Leyceſtriæ, ſæpius capti, ſed ſemper miſeratione regis & gratia ſuæ nobilitatis impune dimiſſi; poſtremo, non vi nec dolo hoſtium, ſed ſuorum perfidia trucidati, regem etiam ad lacrymas coegere; quorum ſororem, nomine Luciam, cum omnibus terris eorum, rex Willielmus Yvoni Taylbois, tunc Andegavenſi comiti maritavit.

ANNO MLXXIV. Obiit Alexander papa, qui petiit quare magis faciendum feſtum de Trinitate quam de Unitate Deitatis: cui ſucceſſit 3 cancellus apoſtolicus, dictus Hillebrandus, & vocatus Gregorius VII. Hic Hildebrandus, dum vices Domini papæ in Francia ageret legatus, & quidam epiſcopus, de Symonia vocatus, præ divitiis & eloquentia convinci non poſſet; legatus tali judicio eum examinavit: "Si, inquit, Spiritum Sanctum defraudaſti, oſtendat ſpiritus oris tui; dic ergo, Gloria Patri, & "Filio, &c." Epiſcopus conſentiens judicio, cœpit dicere, diſtincte proferens, Gloria Patri, & Filio; ſed Spiritum Sanctum nec tunc nec ultra in tota vita ſua dicere potuit. Conju-

1 *l.* Mariani. 2 *f.* omnia. 3 *f.* Cancellarius.

ratio

3

ratio gravis contra regem Willielmum, cui interfuit Waltenus comes Northampton; ſed non conſentit, niſi coactus. Eodem anno Yvo Taylbois, comes Andegavenſis, dominus Spaldyngiæ & totius Holandiæ, monachis ſancti Nicolai Andegaviæ, Natale tunc abbate ibidem, cellam Spaldyngiæ primo dedit. Iſte Yvo, maritus Luciæ comitiſſæ, decimas ac donationes, quas Toraldus avunculus ejuſdem Luciæ, filiæ Algari comitis Leyceſtriæ, monachis Spaldyngiæ dederat, evidenter fecit confirmari: Donavitque eiſdem monachis decimam teolonei & ſalinarum de Spaldyngia, & piſcariam de Weſtlode, cum uno piſcatore, & decimam piſcium, quæ in tota ejus terra caperentur, ac decimam beſtiarum ſuarum ſylveſtrium, ubicunque eſſent. Donavit etiam dictis monachis de Spaldyngia decimas particulares in Totteneye, Alkebarowe, Normanby, Beltysford, & Bolyngbroke, & in qualibet earundem unum ruſticum pro hujuſmodi decimis colligendis. Et ad inſtantiam prædicti Yvonis Taylbois, Willielmus rex, Angliæ conqueſtor, Willielmus & Henricus, reges & filii dicti Willielmi conqueſtoris, confirmarunt monachis de Spaldyngia manerium de Spaldyngia, cum omnibus appendiciis & pertinentiis ſuis quibuſcunque, & omnia quæ in regno Angliæ tunc habebant.

ANNO MLXXV. Comes Northamtoniæ, ſanctus Waltenus, apud Wyntoniam decollatur, aſſerente magiſtro Lanfranco, archiepiſcopo Cantuarienſi, eum factionis & conjurationis eſſe immunem, & pro juſtitia martyrem. Primus conjurator, Radulphus Brito, exlegatus, comes Norwyci, qui mare tranſiens in Britanniam ad ejus caſtella fortiſſima Montfort, & alia, perpetuo ſeceſſit exilio. Rogerus vero, comes Hertfordiæ, in regis carcere conſenuit. Waltenus vero decollatus, & in foſſa communi ſepultus, poſt quindecim dies rogatu Judithæ uxoris ſuæ & neptis regis, impetrata licentia a rege per Wlfketulum, ex Burgenſi monacho in abbatem Croylandiæ promotum, viceſimo anno regiminis ſui ad Croyland deportatur, & in ejuſdem monaſterii capitulo honorifice ſepelitur. Wlfketulus vero abbas, cito poſt tranſlationem comitis Walteni, regis violentia deponitur, ſicut & omnes fere epiſcopi & abbates Angligenæ, introductis in eorum ſedes Normannis. Succedit Ingulphus monachus Fontinellenſis, Anglicus quidem natione, ſed longa apud Normannos converſatione apud regem gratiam mercatus. Iſte pro Wlfketulo prædeceſſore ſuo depo-

ſito & clauſtro Glaſtoniæ commendato, apud Willielmum regem intercedens, licentiam ad eccleſiam ſuam de Burgo revertendi gratanter impetravit; ubi poſt paucos dies morbo correptus in Domino requievit. Terræ motus magnus decimo kalendarum Maii. Philippus rex Franciæ viribus removit obſidionem Willielmi regis a caſtro Dolenſi.

ANNO MLXXVI. Rex Danorum Swanus optime literatus obiit: ſucceſſit Haroldus filius ſuus. Obiit nobilis 1 Eveſhamenſis Alwinus; cui ſucceſſit Walterus monachus Ceraſienſis, quondam Lanfranci capellanus, ex collatione regis.

ANNO MLXXVII. Inter imperatorem Henricum & Gregorium papam, pro inveſtitura per annulum & baculum, gravis diſcordia exoritur, utroque ad alterius depoſitionem laborante. Unde papa imperatorem excommunicat: imperator papam ab urbe Romana fugat, qui Roberti Guiſcardi auxilio reſtitutus, & poſt Roberti receſſum iterum pulſus, ad Beneventum ſe tranſtulit. Robertus filius regis Willielmi guerram contra patrem ſuum movit auxilio Philippi regis Francorum, eo quod Normanniam in præſentia dicti regis promiſſam pater filio non dedit.

ANNO MLXXVIII. Primates Teutonici Radulphum Swevorum regem contra Henricum, quaſi excommunicatum, Magunciæ coronaverunt. Pax facta, potius ficta, eſt, inter papam Henricum. Sepulcrum Walweni inclyti, quondam cognati Arthuri regis, in provincia Walliæ, quæ Ros dicitur, eſt hiis diebus repertum, habens quatuordecim pedes in longitudine.

ANNO MLXXIX. Henricus imperator Sweviam vaſtat. Malcolmus rex Scotorum Northanhumbriam depopulatur uſque Tinam. Willielmus rex, & Willielmus filius ejus, cum Roberto filio ſuo confligentes, fugam iniit, & pater vulneratur.

ANNO MLXXX. Walcherius Dunelmenſis epiſcopus occiditur a compatriotis; in cujus ſceleris ultionem, Odo Bajocenſis epiſcopus, & idem comes Cantiæ, frater regis, miſſus a rege Willielmo, Northanhumbriam vaſtat. Robertus etiam regis filius contra Malcolmum in Scotiam, uſque ad Egleſuret, omnia conterens, & non inveniens, in revertendo Novum Caſtellum ſuper Tynam conſtruxit. Radulphus rex Swevorum in bello occiditur: unde Henricus elatus papam Gregorium, Magontiæ

1 *Supple* Abbas.

concilio convocato, deponere nititur, Wybertum Ravennacenſem archiepiſcopum 1 obſtituens.

ANNO MLXXXI. Henricus imperator hoſtiliter Romam adverſus papam adiens oppugnat, ſed non expugnat.

ANNO MLXXXII. Multis homicidiis & deprædationibus actis inter papam & imperatorem, in nocte palmarum multi cæſi ſunt. Roma ab imperatore obſidetur. Rex Willielmus fratrem ſuum Odonem non, ut dixit, epiſcopum Bajocenſem, ſed Cantiæ comitem, in carcerem mittit.

ANNO MLXXXIII. Henricus, Roma capta, Wibertum in cathedra collocavit. Papa Gregorius Beneventum repetit, ibique uſque ad mortem ſuam moram agit. Bruno ordinem Cartuſienſem inſtituit.

ANNO MLXXXIV. Gregorius papa obiit, poſt quem electus eſt Deſiderius abbas Caſſinenſis, & Victorinus III. eſt dictus; qui, duobus menſibus expletis, dum miſſam celebraret, calice veneno infecto mortuus eſt: cui ſucceſſit epiſcopus Hoſtienſis Odo, quondam archidiaconus Remenſis, deinde prior Clunyacenſis, tandem in Hoſtienſem, inde in epiſcopum Romanum promotus, & dictus Urbanus II. Rex Willielmus capit de unaquaque hida Angliæ ſex ſolidos.

ANNO MLXXXV. Cnutus rex Danorum cum magno exercitu, & navigio mille ratum, Angliam invadere parat: rex vero auxiliis undecunque accitis, ſtipendiariis militibus & ſagittariis regnum multum gravat; ſed prævalente Willielmi regis pecunia in burſis conſiliariorum Cnuti, conatus ejus impediti ſunt.

ANNO MLXXXVI. Tota Anglia juſſu regis deſcribitur; hic dictus rotulus 2 Wirceſtriæ, quantum terræ quantumque pecuniæ quivis haberet. Eodem anno fidelitatem regi Sariſbiriæ omnes jurabant contra omnes homines. Aeris intemperies & animalium peſtis.

ANNO MLXXXVII. Reliquiæ ſancti Nicolai de Mirrea ad Barum per nautas Barenſes & mercatores tranſlatæ ſunt. Rex vero Willielmus expeditionem in Franciam de Normannia movens, Mathuntum oppidum incendit, ac in redeundo morbum incurrit: unde viginti annis & undecim menſibus in regno Angliæ, in comitatu vero Normanniæ quinquaginta annis & un-

1 Ita MS. 2 *Lege* Winceſtriæ.

decim

decim menſibus expletis, mortuus eſt; ante mortem ſuam omnes vinctos abſolvit: Unde fratrem ſuum Odonem, Bajocenſem epiſcopum, & comitem Morcarium, & Rogerum Siward, etiam cognomento Baru, & Wlnotum Haroldi regis germanum, quem a pueritia in vinculis habuerat, cæteroſque omnes, quos in Normannia vel Anglia cuſtodiæ mancipaverat, libere relaxavit; Willielmo filio ſuo regnum Angliæ, Roberto primogenito comitatum Normanniæ, Henrico vero filio quaſdam terras cum theſauro aſſignavit; & in eccleſia ſancti Stephani apud Cadomum, quam a fundamentis extruxerat, prout juſſerat, ſepultus eſt.

SUCCESSIT ergo in regnum Willielmus Rufus filius ejus, qui feſtinato Angliam petens, duxit ſecum Morcarium, & Wlnothum; ſed mox, ut Wyntoniam venit, illos, ut prius, carceri tradidit cuſtodiendos. Ipſe die Dominica, ſexto kalendarum Octobris, apud Weſtmonaſterium a Lanfranco archiepiſcopo conſecratus in regem, multamque pecuniam, ut pater aſſignaverat, per Angliam pauperibus largitus eſt & eccleſiis. Wlſium 1 & Haroldi regis quondam filium, & 2 Cunecanum Malcolmi regis filium, a cuſtodia laxatos, & armis militaribus donatos abire permiſit. Cnutus rex Danorum fugiens ad altaris cornu, a ſuis occiditur.

ANNO MLXXXVIII. Gravis in Anglia exorta eſt ſeditio, tumultuante Odone epiſcopo Bajocenſi: volebant enim omnes, tam Angliæ quam Normanniæ, comites & proceres, Willielmo expulſo, Robertum primogenitum regem conſtituere; ſed non perfecerunt.

ANNO MLXXXIX. Obiit magiſter Lanfrancus archiepiſcopus Cantuarienſis, vacavitque ſedes quatuor annis & paucis menſibus. Ingens terræ motus per totam Angliam tertio idus Auguſti horrendo modo, ut ædificia omnia eminus reſilirent, & mox priſtino modo reſiderent. Secuta eſt inopia omnium fructuum, tarda maturitas frugum, ut vix ad feſtum ſancti Andreæ reconderentur meſſes.

ANNO MXC. Rex Willielmus caſtrum ſancti Walerici, & portum Biccium, & oppidum quod Albamarla vocatur, ſolertia ſua adquiſivit, pecunia cuſtodes corrumpens: nec fuit comiti animus, ut reſiſteret; ſed domino ſuo regi Franciæ conquerens,

---

1 *Lege* etiam. 2 *f.* Dunecanum.

auxilium

auxilium ejus petiit, qui primum plurima ſpondens, ſed accedente regis pecunia, reſiliens, comitem reliquit.

In hoc tempore Ingulphus abbas Croylandiæ corpus ſancti Walteni ſtatuit de capitulo in eccleſiam transferre, & aquam, unde oſſa lavarentur, calefieri; ſed poſtquam tumuli coopertorium revolutum eſt, corpus decimo ſexto anno ſuæ dormitionis integrum, ſicut in die quo ſepeliebatur, & caput corpori conjunctum reperitur; tantummodo quaſi filum circa collum pro ſigno decollationis rubicundum apparuit. Hoc omnibus, tam monachis quam ſecularibus, viſum eſt, qui aderant. Tranſlato ergo corpore in eccleſiam, & juxta altare tumulato, miracula fieri ſæpius inceperunt.

Anno MXCI. Pax facta eſt inter regem Willielmum 1 tali conditione, ut comiti rex Cinomannes adquireret, comes regi caſtella, quæ habebat, & cœnobium Fiſcanum, concederet. Ad hæc explenda rex adiit Normanniam, ut unitis viribus ambo Cinomanniam aggrederentur: unde Henricus frater eorum iratus contra utrumque, quod paternas poſſeſſiones dividentes ipſum parvi penderent, Montem ſancti Michaelis occupat, & crebris excurſibus fratrum exercitus ſuorum contriſtat. A quodam milite Henrici ibi rex de equo dejectus eſt, & fere interfectus; neſciente milite, quouſque diceret ſe eſſe regem, quod rex eſſet. Mons ergo obſidetur, ut tandem aqua deeſſet obſeſſis; miſitque nuncios Henricus comiti, qui eum de ſiti ſua convenirent, quod aquam fratri negaſſent, quæ eſſet communis omnibus mortalibus. Tunc comes miſeratus, laxius ſuos ſe habere juſſit, ne frater ſiti periret: quod cum relatum eſſet regi, dixit ad comitem, "Qualiter pugnas tu, qui paſcis adverſarium?" Et comes ad hoc, "Quem alium fratrem habebimus, ſi iſtum amiſerimus?" Hoc reſponſo rex emollitus, obſidionem diſſolvit, & cum ambobus fratribus in Angliam ad Scotos tumultuantes feſtinavit. Malcolmus enim Northanhumbriam vaſtaverat, cui rex in provincia 2 Londois occurrit, quos comes Robertus tali pacto pacificavit; quod rex Scotiæ regi Angliæ obediret, & rex Willielmus regi Malcolmo duodecim villas, quas ſub patre ſuo habuerat, redderet, & duodecim marcas auri ſingulis annis daret. Gravis diſſenſio

---

1 & comitem Robertum. 2 Loidis, *Flor. Wig.*

inter Urbanum papam & Henricum imperatorem; ſed Matildis marchiſa ſemper Urbanum validiſſime fovit armis. Moniaſterium Croylandiæ totum combuſtum eſt.

ANNO MXCII. Remigius epiſcopus tranſtulit epiſcopatus ſedem de Dorceſtria ad Lincolniam. Rex vero Willielmus Karleolum reſtauravit. Adwinus factus eſt abbas de Rameſey. Idibus Octobris apud Winchelcumbam fulminis ictus turrim eccleſiæ tanta vi confregit, ut debilitata materia in tecto ingens foramen faceret ad modum humanæ groſſitudinis, & ingreſſus trabem maximam frangeret, quam pertranſiens etiam, caput crucifixi cum tibia dextera diſſipavit: odor fœtidiſſimus ſequutus eſt, & aſperſione aquæ benedictæ fugatus eſt.

ANNO MXCIII. Ex abbate Beccenſi Anſelmus factus eſt archiepiſcopus Cantuarienſis, & regis cancellarius. Robertus Bloet factus eſt epiſcopus Lincolnienſis, Remigio defuncto. Res, i. e. Ricardus rex Wallanorum juxta caſtellum, quod Brekenaui nominatur, occiſus eſt in bello, & deſierunt reges regnare in Wallia. Malcolmus rex Scotiæ cum primogenito ſuo Edwardo a militibus Roberti Moubray, Comitis Northanhumbriæ, in bello occiditur. Scoti Dunenaldum Malcolmi fratrem regem faciunt; ſed Dunecanus filius Malcolmi, qui Willielmo militabat, acceptis a rege auxiliis, regnum recepit, expulſo Dunenaldo. Mater ejus, regina Scotiæ, ſancta Margareta, audita morte domini ſui, obiit.

ANNO MXCIV. Herbertus Loſinga, id eſt, adulator, epiſcopatum Tedforth emit, ſicut prius abbathiam Rameſey, unde dicebat quidam poetice,

> Surgit in eccleſia monſtrum, genitore Loſinga.
> Filius eſt præſul, pater abbas; Simon uterque.

Dicitur tamen, quod poſtea pœnitentia ductus, domino papæ baculum ſimoniacum reſignaverit, ita tamen ut nullum ſtatim reciperet. Hic tamen ad Norwychum ſedem epiſcopalem tranſtulit, inſuper ſedem celebris religionis viris inſignivit. Rex Willielmus fratri Normanniam auferre nititur, ſed auxilio Philippi regis Francorum, conatus ejus fruſtratur. Wallenſes ubique regi reſiſtunt, unde rex, illuc ducto exercitu, homines & equos perdidit; aeris intemperie & ſoli inæqualitate impeditus. Scoti, Dunecano occiſo, Dunenaldum regno reſtituerunt. In Anglia, propter

propter graves exactiones, quas rex fecerat, agricultura defecit; fames ſequuta eſt, poſt famem, e veſtigio, mortalitas hominum adeo crebra, ut deeſſet morituris cura & mortuis ſepultura. Wallenſes & Geſtrenſem comitatum & partem Scrobeſbiriæ depopulati, Angleſiam etiam ſuper Normannos optinuerunt.

ANNO MXCV. Petrus Heremita de Jeruſalem veniens, legationem pauperum Chriſti patriarchæ Simeonis, & aliorum ſub eo Chriſtianorum, detulit ad papam Urbanum; qui facto apud Clarum Montem concilio generali, de Jeroſolymitano itinere fecit, ſtatuitque, ut qui voto illic ire diſponeret, veſtem ſuam cruce publice ſignaret. Signati ergo ſunt, epiſcopus Podienſis Aimarus, Godefridus Bolonienſis, filius Euſtachii comitis, dux Lotharingiæ; ſequebantur eum Friſones, Lotharingi, Saxones, & cæteri Germani: Raymundus etiam comes de ſancto Ægidio, ſub quo Gothi, omneſque Hiſpani, ac Waſcones: Boamundus dominus Calabriæ & Apuliæ, ſub quo omnes Italici militabant. Normanniæ comes Robertus iſtud iter arripuit, & cum eo Robertus comes Flandrenſis, Stephanus comes Bleſenſis, pater Stephani regis Angliæ, & Baldwinus junior, frater Godefridi: iſtos ſequebantur Angli, Normanni, Flandrici, & occidentales Franci, Hugo magnus, & alii multi. Diſſeminato enim hoc verbo per regnum Francorum, Teutonum, & Siciliæ, nobiles & potentes, divites & pauperes, mira devotione cruce ſignati ſunt. Sanctus Wlſtanus Wycciorum epiſcopus obiit.

WALTERUS epiſcopus Albanenſis, legatus Romanus, pallium in Anglia, ad petitionem Willielmi regis, quo Anſelmus archiepiſcopus infulatur, attulit. Rex etiam Willielmus ducens exercitum in Northanhumbriam, Robertum comitem, dictum Moubray, & Willielmum de Ow, cum ſuis, capit apud Tenomittam, eo quod ſeditionem movere eos audiſſet meditari; & apud Wyndeſore cuſtodiæ traduntur.

ANNO MXCVI. Willielmus de Ow in duello de conſpiratione convictus, oculis privatur & virilibus; & cæteri conſentanei convicti diverſis pœnis afficiuntur. Robertus comitatum Normanniæ pro mille marcis invadiat regi Willielmo fratri ſuo; pro qua pecunia levanda fracti ſunt calices, & alia ornamenta eccleſiarum infiſcantur, vaſa & aurea & argentea comitum & baronum conferuntur, milites, mercatores, & villani, ſpoliati

ſunt.

ſunt. Motio magna verſus Jeruſalem. Willielmus Dunelmenſis epiſcopus obiit. Willielmus rex Giſorcium conſtruxit in Marchia Normanniæ & Franciæ.

ANNO MXCVII. Chriſtiani Nicæam urbem capiunt decimo quarto kalendarum Junii. Anſelmus, eo quod eccleſiam eccleſiaſtice tractare non licuit, mare tranſit. Willielmus rex aulam regiam Weſtmonaſterii fecit, & murum circa turrim Londoniæ conſtruxit, & Clitonem Edgarum, Malcolmi filium, miſſo exercitu, in regem levavit, Dunenaldo jam ſecundo expulſo. Cometa viſa eſt quindecim diebus, kalendis Octobris, majorem crinem mittens verſus Orientem, & minorem verſus Euro-Auſtrum. Apparuerunt & aliæ ſtellæ, quaſi jacula inter ſe emittentes. Nonnullis ſignum quaſi ardentis crucis eſt viſum. Willielmus exercitum in Walliam movet, ſed fruſtra.

ANNO MXCVIII. Antiochia per Chriſtianos capitur tertio nonarum Junii, feria quarta: & lancea paſſionis Domini per miraculum invenitur. Walcelinus epiſcopus Wyntonienſis obiit. Urbanus papa conſilium celebrat apud Barum, ubi Anſelmus archiepiſcopus quæſtionem de Spiritus Sancti proceſſione contra Græcos elegantiſſime diſſeruit. Rex Norwagiæ Magnus, Olavi regis fratris Haroldi filius, Orcadas inſulas & Menavias adjecit ſuo imperio, jamque Angliam per Angleſiam petebat; ſed occurrerunt ei comites Hugo Ceſtrenſis, & Hugo Scrobeſbirienſis, & antequam terram caperet, armis eum expulerunt. Occiſus eſt in illo conflictu Hugo Scrobeſbirienſis.

OBIIT Turaldus abbas Burgi, qui milites feodavit de terris eccleſiæ, & caſtellum juxta abbathiam conſtruxit, & alia multa mala fecerat: hic erat alienigena. Monachi elegerunt Godricum,ſed eodem anno per Anſelmum de partibus tranſmarinis reverſum depoſitus eſt, cum pluribus aliis, vacavitque eccleſia quinque annis.

ANNO MXCIX. Urbanus papa, Romæ generali ſynodo celebrata, in hebdomada Paſchæ, communi omnium conſenſu, laicos inveſtituras eccleſiarum aut epiſcopatuum dantes, clericos ab illis recipientes, & omnes eccleſiarum dignitates vendentes aut ementes, anathematizavit. Jeruſalem capitur per Chriſtianos ſexto idus Julii, feria ſexta, hora quaſi nona. Decem millia Turcorum in templo Salomonis cæſa ſunt; ergo infinita multitudo in aliis locis. Ordo Ciſtercienſis cœpit Hardingo primum monacho Sciretburnenſi, deinde poſt ſcholarum frequenta-

quentationem Moliſinenſi in Burgundia monacho, qui tunc Stephanus dictus eſt, aſſumptis paris propoſiti ſociis cum abbate ſuo ſancto Roberto Ciſtercium adeunte & fundante. Robertus tot penuriarum, ac alii multi, impatientes, ad Moliſinum cito reverſi ſunt; octo tantum monachi primæ devotionis tenaces remanſerunt, qui ſibi eligentes prælatum, Albericum quendam ſenem præficiunt; ipſo etiam poſt modicum facto de medio, Stephanum priorem in abbatem extollunt. Ipſe conſtituit cartam caritatis, quæ cauſa eſt unitatis illius ordinis. Cumque, omnibus in vicinia tantam auſteritatem ordinis abhorrentibus, deſperaretur de ſucceſſoribus, ſubito probatorium Ciſtercienſe ſanctus Bernardus, poſtea primus abbas Clarevallenſis, cum triginta ſociis ingreſſus eſt: ex illa die crevit ordo ille. Godefridus Bolonienſis, dux Lotharingiæ, factus eſt rex Jeruſalem. Urbanus papa obiit; cui ſucceſſit Paſchalis. Mare litus egreditur, multaque dampna facit, tertio nonarum Novembris. Oſmundus epiſcopus Sariſbirienſis obiit, & vacavit ſedes annis . . . . . . Ranulphus, regis placitator, fit epiſcopus Dunelmenſis: iſte conſcripſit quendam librum, quem titulavit, De legibus Angliæ.

ANNO MC. Wibertus antipapa obiit. Willielmus rex in Nova Foreſta, cum ſagitta, a Waltero Tirello occiditur, quarto nonarum Auguſti; ante cujus mortem in Berkſhire fons dicitur ſanguine fluxiſſe tempore multo tam ubertim, ut vicinum vadum inficeret. Sanctus etiam Anſelmus pulſus exilio, cum ſanctum Hugonem, abbatem Cluniacenſem apud Merciniacum viſitaſſet, & cauſam ſui exilii expoſuiſſet; ſanctus Hugo dixit, "Rex ille proxima nocte ante Deum ductus & adjudicatus, "triſtem dampnationis ſententiam accepit." Ipſo mane diei, cum quidam monachus Roberto filio Haymonis horridum ſompnium, quod ipſa nocte viderat, tanquam principi palatii narraſſet, ut ipſe ad regem vel pro periculo illo die vitando inferret; videlicet, ſomniaret quod rex mordicus crucifixum aggrediens, primo brachia deinde crura corrodens, fere truncaret; unde crucifixus diu patiens, tandem regem pede repulit, ut ſupinus caderet, de oreque proſtrati tantus fumus erupit, ut cœlum & ſidera obtenebraret: Somnium, Robertus intrat ad regem, & narrat; audienſque, in fine rex ait, deridens, "Monachus eſt, & cauſa nummorum monachaliter ſom-"niat: date illi centum ſolidos." Cauſa hujus ſomnii, necnon

& aliorum quæ ipſe eadem nocte viderat territus, ante prandium ipſa die a venatione continuit; poſt vero prandium, ſaltum ad venandum cum præfato Waltero ingreſſus, occiſus eſt. Succeſſit frater ejus Henricus, & nonis Auguſti conſecratur a Mauricio Lundonienſi epiſcopo; ſed poſtea ab archiepiſcopo Eboracenſi Thoma coronatur Lundoniæ. Hic eccleſiam liberam fecit, conſuetudines pravas remiſit, & earundem inventorem, Ranulphum epiſcopum Dunelmenſem, in vincula conjecit; pro ſancto Anſelmo tranſmittens velocem nuncium, ad revocandum. Anſelmus vero reverſus, Matildem, filiam Malcolmi regis Scotorum & ſanctæ Margaretæ neptis Edmundi Yrenſide regis Anglorum, quam duxerat in uxorem, die ſancti Martini epiſcopi coronavit in reginam. Obiit Thomas archiepiſcopus Eboracenſis: ſucceſſit Geraldus Herfordienſis epiſcopus. De laude Willielmi dixit quidam,

"Laus brevis eſt, ſi qua, ſucceſſor poſt tot iniqua.

ANNO MCI. Ranulphus dictus, epiſcopus Dunelmiæ, de cuſtodia lapſus, Normanniamque adiens, Robertum comitem ad invadendum armis Angliam incitavit: erant & alii plurimi, qui ad idem ſtimulabant. Collecto ergo exercitu, Angliam veniens, regnum petiit: rex autem præmunitus, portus omnes occupat, exercituque grandi congregato, aut vincere aut occumbere parat. Tandem pax tali pacto reformatur, quod rex comiti tria millia marcarum ſolveret annuatim: qua conventione facta, uterque ab altero in pace receſſit: hanc ſummam poſteriori anno voluntati reginæ, lætus quod illam peteret, condonavit. Apud Jeroſolymam ſanctus ignis, qui ſolebat in vigilia Paſchæ ultro ſepulchrum Domini illuſtrare, tardavit plus ſolito, ut tandem diluculo multis litaniis repetitis, Chriſtianos deſcendens lætificaret. Quo tempore ſtolus navium Januenſium & Piſanorum ad Joppen applicantes, Azotum poſt trium dierum obſidionem ad deditionem coegerunt; deinde Cæſaream Palæſtinæ, Dei fretus adjutorio & militum labore non modico, cepit, cum urbis ammirato & epiſcopo Archadio.

ANNO MCII. Anſelmus archiepiſcopus, concilio convocato apud Londoniam, rege conſentiente, plures depoſuit abbates, vel propter ſimoniam vel propter aliam vitæ infamiam. Depoſiti ſunt ergo Burgenſis, Perſorenſis, Helienſis, de Sancto Edmundo, Rameſienſis, Cernelenſis, Midiltonenſis, Taveſtokenſis, Michelnienſis. Rex autem Henricus dedit Mariam,

ſororem

ſororem reginæ Matildis, Euſtachio comiti Bononienſi, ſeniori fratri Godefridi & Baldwini, regum Jeruſalem hoc tempore, in uxorem. Robertus etiam de Beleſino, major filiorum Rogeri de Monte Gomerico, ſeditionem movens contra regem, & caſtella ſua, Brigas & Arundellum, ad bellum ſuſtinendum muniens, poſt grandes apparatus levi ſubactus negotio, claves Scrobeſbirienſis, cæterorumque caſtellorum ſuorum, per Radulphum abbatem Sagienſem, poſtea archiepiſcopum Cantuarienſem, tranſmiſit, hac conditione; ut integra omnium membrorum ſuorum ſalute ſineretur Normanniam abire. Rege hoc concedente, Robertus cum fratribus, Arnulfo & Rogero, Angliam perpetuo abjurarunt.

ANNO MCIII. Gravis diſcordia inter regem & archiepiſcopum Anſelmum, eo quod non conſenſit, ut rex inveſtituras eccleſiaſticas conferret, nec eos conſecrare vellet, quibus rex epiſcopatus dederat, neque cum eis communicare. Unde rex Gerardo Eboracenſi archiepiſcopo præcepit eos conſecrare, & quidam conſecrati ſunt; reliqui epiſcopatus reſignare maluerunt, & ſic fecerunt, quam contra eccleſiæ & canonicas ſanctiones conſecrari. Anſelmus ergo archiepiſcopus, poſt multas injurias a rege & miniſtris ejus ſibi factas, Romam adivit. Robertus comes Normanniæ, frater regis, in Angliam veniens, ad primas preces reginæ, tributum trium millium marcarum, anteriori anno promiſſum, & ſemel ſolutum, deinceps condonavit. Morina animalium; fruges aeris intemperie perierunt.

MATTHIAS abbas factus eſt poſt Godericum abbatem, qui uno anno præfuit eccleſiæ Burgenſi; & eodem die, quo receptus eſt, anno revoluto, ex hac vita deceſſit: hic conceſſit fratri ſuo Galfrido manerium de Pytteſlee ad firmam. Imperator Henricus papam valde minatur & inſectatur.

ANNO MCIV. Circuli quatuor circa ſolem viſi ſunt albi coloris, circa horam ſextam, quaſi depicti fuiſſent. Corpus ſancti Cuthberti, quondam Dunelmenſis epiſcopi, incorruptum, & ita flexibile ut vivi hominis, repertum, & in novam eccleſiam eſt tranſlatum, anno depoſitionis ejuſdem trecenteſimo & decimo octavo: Alexander tunc comes, poſtea rex Scotiæ, eo quod huic revelationi interfuit, capſam ejus corpori ex argento & auro fecit fabricari. Sanctus Wlſius anachoreta & incluſus, primo apud Croylandiam, & exinde oculis faſcia ligatis ad Eveſham ductus, & ibi moratus obiit: habitu monachali

chali vixerat annis ſeptuaginta & quinque, obiit, dormivit in Domino. Iſte villam de Badbi primo Croylandiæ dederat: poſtea ad Eveſham veniens, manerium de Neuhamp, cum Badby, ad eccleſiam Eveſhamenſem aſſignavit; ad cujus tumbam multa miracula a Domino facta ſunt, quæ tribus libris ſcripſit magiſter Thomas Norwicus Eveſhamenſis monachus.

ANNO MCV. Robertus de Beleſino, cum ſuis fratribus, ac Willielmus Comes 1 Merotolii, ſeditionibus & incendiis Normanniam depopulantur. Provinciales Roberto comiti, quatenus coherceret ſeditioſos, conqueruntur, precantes; ſed non exaudit eos: unde ad regem Henricum ipſæ quærelæ ſat lacrymabiliter, quatenus patriæ parenti ſuccurrat, delatæ ſunt. Fluctuantem mandatum domini papæ Paſchalis, ad eripiendum natale ſolum de tyrannide tot prædonum, pietaſque comprovincialium id rogantium, regem compellunt. Tandem collecto grandi exercitu, rex Normanniam aggreſſus ab omnibus lætanter receptus eſt; fratrem, quatenus comitem agat non monachum, multa oratione inſtigat: comprovincialium vero animos conſolatus, in ſuum amorem pariter & favorem omnes inclinat, vel alliciente regis pecunia, quoſdam alios tyrannorum injuria ad ejus gratiam fugere compellente. Itaque omni favore impetrato, in Angliam redit. Viſa eſt cometa menſe Februarii.

ANNO MCVI. Obiit Henricus imperator; cui ſucceſſit filius ejus Henricus V. imperator Romanorum nonageſimus ſeptimus. Stella inſolita viſa eſt decimo quarto kalendarum Martii. In cœna Domini duæ plenæ lunæ viſæ ſunt. Eodem tempore rex Henricus mare tranſiit, ſuper ſeditioſos valida manu irruit; cui fere omnes Normanni urbes & caſtella ſua offerentes, comite relicto, ſe & ſua tradiderunt. Interim archiepiſcopus Anſelmus de Roma rediens, regi reconciliatus eſt; prius tamen apud Tenerkbray, cum caſtellum obſediſſet, commiſſo prœlio cum comite Roberto fratre ſuo, qui jam in proprium excidium cum prædictis factioſis fœdus contra fratrem ſuum fecerat, utrinque diutiſſime & diriſſime pro victoria certatum eſt; Domino tandem ſuper miſerias pauperum & provincialium multipliciter oppreſſorum miſerante, manum victri-

1 *Lege* Moretonii.

cem

cem regi conceſſit. Capti ſunt ergo ipſe Robertus comes, frater Regis, Robertus de Scutyvyll, comes Beleſinus, & Willielmus comes 1 Meretoli, cum multis aliis, in vigilia ſancti Michaelis, quos omnes perpetuo carceri tradidit conſervandos. Lætus ergo de tam felici victoria, ac Domino tantæ felicitatis largitori regratians, ob immenſa ejus beneficia, Deo & ſanctæ eccleſiæ inveſtituras eccleſiarum, per annulum & baculum, in manu Anſelmi archiepiſcopi imperpetuum remiſit, retento tantum electionis & regalium privilegio.

ANNO MCVII. Normannia ſtabilita, & in provinciam redacta, rex Angliam redit, adducens ſecum comites ſupradictos, quos ſtatim tutæ cuſtodiæ mancipavit; factoque apud Lundonias concilio, in præſentia comitum, baronum, militum, & aliorum procerum, rex inveſtituras prædictas coram epiſcopis & abbatibus, qui aderant, plene remiſit. Unde Anſelmus Cantuarienſis archiepiſcopus uno die ſex epiſcopos ſacravit, aſſiſtente ſibi Gerardo archiepiſcopo Eboracenſi, aliiſque epiſcopis plurimis; ſcilicet, Willielmus ad Wyntoniam, Rogerus ad Sareſbiriam, Willielmus ad Exoniam, Reginaldus ad Herfordum, Urbanus ad Glamorgam, ſimul & ſemel conſecrati ſunt. Edgarus rex Scotorum obiit; ſucceſſit Alexander frater ejus. Plures Angliæ magnates mortui ſunt.

ARNULFUS prior Cantuariæ factus eſt abbas Burgi; hic dormitorium, capitulum, refectorium, & neceſſarium fecit 2 conſtruere, ac viginti libras dedit conventui, ad capas & alia ornamenta emenda.

ANNO MCVIII. Henricus rex, pacificato regno, legem dedit, quod furto deprehenſus ſuſpenderetur, & monetam etiam correxit, graviter ulciſcendo in corruptores monetæ, ut falſarii ejus abſque miſericordia oculis & genitalibus privarentur. Philippus rex Franciæ obiit; ſucceſſit Ludovicus filius ejus. Gerardus archiepiſcopus Eboracenſis obiit; ſucceſſit Thomas. Gundulfus epiſcopus Roffenſis obiit; ſucceſſit Ricardus. Aldwinus abbas Rameſienſis depoſitus eſt. Eodem anno abbathia Helienſis mutata eſt in epiſcopatum per papam Paſchalem, & regem Angliæ Henricum primum.

---

1 *Lege* Moretoni. 2 Ita MS.

Anno MCIX. Anſelmus Cantuarienſis archiepiſcopus, poſt multos ſudores pro Chriſti eccleſia toleratos, poſt etiam multiplices libros ad laudem Dei deſcriptos, ſanctiſſimus Domini confeſſor, & egregius doctor, migravit ad Dominum ſexto kalendarum Maii, anno pontificatus ſui decimo ſexto: cui ſucceſſit ex abbate Sagienſi epiſcopus Roffenſis, Radulfus factus Cantuarienſis archiepiſcopus; ſed hæc poſtea: nam ſedes vacavit quatuor annis. Thomas electus Eboracenſis a Ricardo Lundonienſi conſecratur, & pallium a legato ſedis apoſtolicæ, Ulſio nomine, ad eum defertur. Rex, abbathia Helienſi in epiſcopatum converſa, primum ei epiſcopum Hervæum Wangorienſem conſtituit, de Norwicenſi; ſed maxime de Lincolnienſi, eo quod ſatis ampla videbatur, diœceſi ei aſſignata: & ne Lincolnienſis ſe injurioſe diceret mutilatum de rebus Helyenſis cœnobii epiſcopo Lincolnienſi aſſignatis, dominus rex ſatisfecit. Obiit Ingulfus abbas Croylondiæ; cui ſucceſſit Goffridus. Obiit ſanctus Hugo, abbas Cluniacenſis.

Anno MCX. Henricus rex Angliæ filiam ſuam, nomine Matildem, Henrico imperatori dedit in uxorem. Plura ſunt in Anglia ſigna oſtenſa: nam fluvius Tamenſis inter turrim & pontem ita deſiccatus eſt, ut a pueris poſſet pertranſiri. Fluvius etiam Trente apud Notyngham a mane uſque ad tertiam ſiccatus eſt per ſpatium milliarii unius, ut ſicco poſſet pertranſiri veſtigio. Cometa per tres ebdomadas apparuit. Fuit etiam hoc anno hyems graviſſima, & mortalitas hominum, animalium & avium maxima morina.

Anno MCXI. Henricus imperator, eccleſiam Romanam propter inveſtituras eccleſiarum graviter affligens, Romam adit; ubi cum, irata facie, non procederet, converſus ad callida machinan . . . . . præteritorum delictorum pœnitentiam finxit, abſolutionem expetiit, & pace reddita eccleſiæ, ſe pro unctione ſua veniſſe, quouſque infra muros & in palatium ſe receptum videret, confidentiſſime aſſeveravit. Ibi cum dominus papa, lætiſſimus quaſi, totum negotium exactum putaſſet, ſubito ab armatis ipſe cum tota curia capitur, & ad unctionis officium perſolvendum, inſuper ad inveſtituras privilegium renovandum & ratificandum imperatori, invitus, omnimodis coarctatur; taliterque pace facta, abinvicem diſceſſum eſt. Henricus rex Angliæ Flandrienſes, qui Tranſhumbriani erant, cum omnibus ſuis, in Ros tranſtulit, ut Wallenſes per eos refrænaret.

ANNO MCXII. Laterani in baſilica Conſtantiniana ſynodo convocata generali, dominus papa Paſchalis omni conſenſu quaſſavit illud privilegium, quod anteriori anno coactus fecerat imperatori; vocans illud pravilegium potius quam privilegium, quod vi & armis, & contra canones, erat ſic extortum; & adhærentes imperpetuum anathematizavit, acclamantibus omnibus, Amen, Amen. Obiit Wigornienſis epiſcopus Sampſon; ſucceſſit Teulphus. Miracula cœperunt fieri ad tumbam ſancti Waldeni comitis & martyris apud Croylondiam; quod cum quidam Normannus, genere monachus, profeſſione de ſancto Albano, nomine vero Awdinus, audiens & detrahens, ab abbate Goffredo correptus etiam non quieſceret, ſubitam infirmitatem in dicti abbatis præſentia incurrit, & ad domum ſuam feſtinans, infra paucos dies mortuus eſt. Sequenti nocte, dum abbas hæc animo revolvens in lecto quieſceret, quaſi ad loculum martyris, videt ſanctum Bartholomæum capud corpori conjunctum tenentem, & dicentem, "Acephalus non eſt." Cui ſanctus Guthlacus, ſtans ad martyris pedes, reſpondit, "Noſter comes eſt." Deinde ſanctus Bartholomæus verſum terminans, ſic adjecit, "Modo rex eſt."

ANNO MCXIII. Monaſterium Clarevallenſe fundatur, duodecim monachis cum ſancto Bernardo abbate illorum illuc de Ciſtercio tranſmiſſis. Rex Henricus Robertum de Beleſino in arcta cuſtodia poſuit apud Warham. Wygornia, cum eccleſia cathedrali & caſtello, multis etiam de monachis & civibus incendio combuſtis, per ignis incuriam conflagravit. Rex etiam Henricus celebre cœnobium Redyngenſe a fundamentis conſtruens inter Kanetam & Tamenſem fluvios, monachis Cluniacenſibus inſignivit, Hugonem abbatem illis præficiens. Lauro prior ſancti Pancratii, ac dominus Serlo abbas Glouceſtriæ, ambo Cluniacenſes, claruerunt.

ANNO MCXIV. Matildis filia regis Henrici, & Henrico imperatori deſponſata, in imperatricem Maguncia conſecratur. Thomas Eboracenſis archiepiſcopus obiit; ſucceſſit Turſtinus. Radulphus epiſcopus ad Cantuarienſem eligitur archiepiſcopatum; Arnulphus abbas Burgi ad Roffenſem. Ipſe fecit conventionem inter monachos & milites eccleſiæ Burgi, viz. quod quilibet miles duas partes decimæ ſuæ dabit annuatim ſecretario Burgi. In fine vero vitæ tertia pars ſubſtantiæ morientis ad ſepulturam defuncti cum militaribus indumentis, tam in equis

quam

quam in armis, cum corpore deferetur, & ad altare Deo & ſancto Petro offeretur. Conventus autem corpus defuncti cum proceſſione recipiet, & ab omnibus ipſo die celebrantibus plenarium ſervitium perſolvetur pro eo: uxor autem ejus & filii de omnibus bonis, quæ in dicta eccleſia in futurum fient, Deo annuente, participes erunt. Nova eccleſia Croylandiæ fundatur.

ANNO MCXV. Imperator Coloniam obſidet. Conanus, ſanctæ Romanæ ſedis legatus, Catalannis concilium celebrat. Anſelmus, ejuſdem ſedis legatus, in Angliam pallium Radulfo archiepiſcopo a Roma defert, a quo ſtatim 1 conſecratur. Dominus Johannes de Sais electus eſt in abbatem Burgi. Regnelmus Herfordenſis epiſcopus obiit: ſucceſſit Galfridus. Hyems erat aſperrima. Civitas Ciceſtriæ, cum principali monaſterio, cum flammis fere tota conſumpta eſt: item monaſterium Samguiacenſe.

ANNO MCXVI. 2 Oſwinus rex occiditur Wallenſis. Comites & Barones totius Angliæ Willielmo filio regis hominium fecerunt, & fidelitatem juraverunt. Turſtinus electus Eboracenſis, poſt longam contra epiſcopum Cantuarienſem decertationem, archiepiſcopatui juxta quoſdam renunciavit; rege cum baronibus decernente, ut, vel obedientiam faceret ac debitam profeſſionem Cantuarienſi archiepiſcopo, vel reſignaret. Secundum alios, nolens profeſſionem facere, mare cum rege tranſiit, & deinceps a ſacris ſe continuit. Anſelmus legatus iterum de Roma rediens, vices apoſtolicas in Anglia ſcripto bullato defert. Monaſterium Burgi, cum magna parte villæ adjacentis, combuſtum eſt ſecundo nonas Auguſti, die Veneris.

ANNO MCXVII. Terræ motus per quadraginta dies durans apud Italiam, ut muri, domus, turreſque corruerent: villa etiam quædam prægrandis de loco ad locum longe remotum tranſpoſita reſiliret. Mediolani etiam, cum patritiæ dignitatis plures de republica ſub turre quadam tractarent, vocatus eſt unus eorum nomine ſuo, ut exiret; quo tardante, venit quidam precibus optinens ut exiret; vix exierat, & ecce turris cadens reliquos oppreſſit in ruina. Luna viſa eſt quaſi in ſanguine. Robertus Steffordenſis obiit. Fundamentum novæ ec-

1 Ita MS. 2 *Lege* Owinus.

clesiæ

cleſiæ Burgi ponitur quarto idus Martii. Ciſtercienſis ordinis abbathia fundatur, Pruliacus nomine.

Anno MCXVIII. Piæ memoriæ Paſchal papa obiit: iſte conceſſit magnam indulgentiam ſancti Bartholomæi Colceſtriæ: ſucceſſit Gelaſius. Iſte in via patrum ſuorum incedens, cum inveſtientes & inveſtitos pariter dampnaret, & prædeceſſorum ſententias ratificaret: Henricus imperator Romam adit, & Bracarenſem archiepiſcopum, nomine Mauricium, cognomento Burdinum, virum hoc excepto ſchiſmate ſatis in cæteris inſignem & prædicabilem, antipapam fecit, & Gregorium nominavit; expulſoque Gelaſio, in ſedem papalem iſtum intruſit. Gelaſius vero per naves ad Burgundiam vectus, Francorum eccleſiam de ſui injuria informat. Matildis regina Anglorum obiit. Diſſenſio inter Ludovicum regem Franciæ & Henricum regem Anglorum. Baldewinus rex Jeruſalem obiit; cui ſucceſſit Baldwinus cognatus ejus.

Anno MCXIX. Obiit papa Gelaſius apud Cluniacum, & ibidem tumulatur. Succeſſit Gwydo archiepiſcopus Viennenſis, & dictus eſt Calixtus. Hic Remis concilium celebrat, ad quod plures epiſcopi de Anglia a rege tranſmiſſi interfuerant. Turſtinus etiam electus Eboracenſis regis licentia illuc venit, fide data, quod ab apoſtolico non conſecraretur; ſed ille fidei immemor, Romanis per munera victis, conſecratus eſt. Unde rex furore commotus, eum cum omnibus ſuis ab Anglia arcet. Pace inter reges facta, ſcilicet, Angliæ & Franciæ, Willielmus filius regis Angliæ Normanniam de rege Franciæ tenendam accipit dono patris ſui, & prædicto regi Franciæ pro ea hominium ſuum facit. Terræ motus per Angliam. Monaſterium ordinis Ciſtercienſis, Eleemoſyna nomine, fundatur.

Anno MCXX. Bis venit lumen ad ſepulchrum Domini. Henrico rege, ad libitum patratis omnibus propter quæ ierat in Normanniam, jam in Angliam redeunte, ac proſpero curſu ipſo in Angliam applicante, Willielmus filius ejus, cum uxore ſua filia Fulconis comitis Andegavenſis, & frater ſuus nothus, cum Ricardo comite Ceſtriæ, & multi alii nobiles, tam viri quam fœminæ, apud Barbeflet ſubmerſi ſunt, cum quibus centum & ſexaginta milites, & quinquaginta nautæ, cum tribus gubernatoribus præter nobiles, perierunt. Dictum eſt, & ſcriptum reperi, quod merito tam regius adoleſcens perierit, quippe qui, contra ſuam generoſitatem & hominis naturam,

vitio Sodomitico inceſſanter laborabat, ac collactaneos ſuos omnes, poſtpoſito naturali uſu fœminæ, petulantiſſime polluerat: periit ergo in ſcelere ſuo. Northbertus ordinem Præmonſtratenſem inſtituit. Eodem anno Hoſpitalarii & Templarii facti ſunt.

ANNO MCXXI. Conſilio omnium procerum de Anglia, rex Henricus duxit in uxorem Hadelizam, filiam Godefridi, ducis Lotharingiæ; puellam virginem vultu pulcherrimam, & corpore decentiſſimam, quam Radulphus archiepiſcopus coronat. In ejus decorem dixit quidam verſificus ſic:

Anglorum regina, tuos, Hadeliza, decores
  Ipſa referre parans muſa ſtupore riget.
Quid diadema tibi pulcherrima? quid tibi gemma?
  Pallet gemma tibi, nec diadema nitet.
Deme tibi cultus, cultum natura miniſtrat,
  Nec meliorari forma beata poteſt.
Ornamenta cave, nec quicquam luminis inde
  Accipis; illa micant lumine 1 namque tuo.

Radulphus archiepiſcopus Robertum Ceſtrenſem, Ricardum Herefordenſem, Gregorium Dublinenſem, epiſcopos conſecrat. Rex Angliæ Henricus Wallenſes ſibi ſubjicit.

ANNO MCXXII. Obiit Radulphus Cantuarienſis archiepiſcopus, cui ſucceſſit Willielmus 2 . . . . . . . Johannes Batonienſis epiſcopus obiit. Iſte totam urbem Batonienſem a rege Henrico pro quingentis libris argenti emerat. Civitas Glavornia, cum principali monaſterio, conflagratur incendio; & non multum poſt iterato cremata eſt. Eleemoſyna abbathia Ciſtercienſis ordinis fundata eſt in Francia. Sedes epiſcopalis Wellenſis transfertur Batoniam.

ANNO MCXXIII. Obiit Robertus Bloeth epiſcopus Lincolnienſis; cui ſucceſſit Alexander. Willielmus archiepiſcopus Cantuarienſis Romam pro pallio cum Turſtino Eboracenſi adivit. Godefridus fit epiſcopus Batonienſis. Alexander rex Scotorum obiit: ſucceſſit David frater ejus. Tiulphus Wygornienſis epiſcopus obiit. Goffridus abbas Croylandiæ obiit: ſucceſſit Waldenus monachus ejuſdem loci. Baldewinus ſecundus

1 *Aliis*, clara tuo. 2 *Suppl*, de Corboyl.

rex

rex Jeruſalem, non longe ab Jeroſolyma equitans & inermis, ſubito a Turchis inſidiantibus captus eſt.

ANNO MCXXIV. Arnulphus epiſcopus Roffenſis, quondam abbas Burgi, obiit. Ranulphus, regis cancellarius, & & epiſcopus Dunelmenſis, miſerabili obitu vita deceſſit. Baldewinus rex Jeruſalem, per milites audaciſſimos ſpeciem negotiatorum mentitos, armis ſub veſtibus occultatis, oppidum ubi cuſtodiebatur ingredientes, a carcere eripitur & liberatur. Tyrus per Chriſtianos capitur. Calixtus papa obiit: hic Burdinum antipapam, captum Sutrii, ignominioſe ſatis, in monaſterio quod Canea dicitur, recluſit. Tandem Henricus imperator amicus ejus factus, eo quod proximus ejus erat ſanguinis linea, Deo & ſancto Petro inveſtituras per annulum & baculum remiſit, retentis ſibi tantum regalibus. Confirmatum eſt hoc utrumque, tam privilegio imperiali quam apoſtolico. Hic etiam oblationes fidelium, antea potentium libitu direptas, ad uſum eccleſiaſticum revocavit; & Anglis ac Scotis, pro viarum periculo, pro una peregrinatione Romana bis ſanctum Davidem petere conceſſit. Succeſſit Honorius, ab omnibus fere cardinalibus repulſus, eo quod minus canonice per contentionem fuerit immantatus; ſed duodecimo die coram univerſis, cum inſignia papalia ſumma humilitate depoſuiſſet, cardinales vero unanimi aſſenſu quod deerat officii addiderunt, eum in papatum promoventes.

ANNO MCXXV. Juſtitia de monetariis fit per Angliam; quibuſdam ſuſpenſis, quibuſdam dextris manibus amputatis, & aliis teſticulis mutilatis. Mutatio monetæ ſequitur. Cariſtia magna victualium, mortalitas hominum. Obiit Henricus imperator: ſucceſſit Lotharius Romanorum nonageſimus octavus. Conſecrantur epiſcopi, Sigefridus Ciceſtrenſis, Simon Wygornienſis, Johannes Roffenſis, a Willielmo Cantuarienſi archiepiſcopo. Celebrata eſt ſynodus generalis a Johanne de Crema, apoſtolicæ ſedis legato, apud Weſtmonaſterium; in quo concilio cum rigidiſſime contra preſbyterorum incontinentiam & ſacerdotiſſas procedens, & quaſi cenſuram importabilem aliis impoſuiſſet, ipſe proxima nocte deprehenſus eſt cum pupplica meretrice in lecto ſuo, nudus cum nuda: unde ſummo mane inſalutato concilio, turpiſſime confuſus mare petiit, & tranſiit non rediturus. Unde archiepiſcopus Willielmus Romam adiit, & legationem per Angliam & Scotiam ipſe ſortitus

 eſt.

eſt. Fundata eſt abbathia . . . . . . . . . . . Johannes de Sais, abbas Burgi, obiit. Ipſe dedit quadraginta marcas pro Pitiſlee.

ANNO MCXXVI. Robertus Pethee, epiſcopus Conventrenſis, obiit. Hic theſauris & ornamentis eccleſiæ Coñventrenſis inhians, quæ a prima fundatione ſua, dono Lefrici comitis, aliorumque fidelium oblationibus, congeſta in magna copia erant, illuc ſedem epiſcopalem Ceſtrenſem, quæ quondam erat apud Lichefeld, transferre molitus eſt; unde ſe Conventrenſem & vocari vivum fecit, & ibi ſepeliri ſe mortuum juſſit. Rege Henrico apud Wyndeſhoram natale Domini tenente, cum Eboracenſis ex æquo cum Cantuarienſi archiepiſcopo coronare vellet, repulſam paſſus eſt: Crux etiam, quam ante ſe ferri fecerat, proſtrata eſt; aſſerentibus cunctis, non licere metropolitano in aliena diœceſi crucem ſibi præferre.

ANNO MCXXVII. Ricardus Herfordenſis epiſcopus obiit. Willielmus Cantuarienſis archiepiſcopus, apoſtolicæ ſedis legatus, Concilium Londoniæ celebrat, plura ibi proponens capitula. Rex vero, convocatis omnibus regni primatibus, ad præceptum ejus Willielmus archiepiſcopus, cæterique Anglici epiſcopi omnes, cum abbatibus, principibus, ac magnatibus univerſis, filiæ ſuæ imperatrici Matildi hominium facere; & fidelitatem jurare juſſi, ſi ſuperviveret; & niſi de legali conjugio prolem maſculinam poſſideret, & quod contra omnes homines eam defenſarent; quam eodem anno comiti Andegavenſi, Galfrido Plantagenet, filio Fulconis, dedit in uxorem.

ANNO MCXXVIII. Ricardus Londonienſis epiſcopus obiit; ſucceſſit Gilbertus. Iſte ſequentibus annis fortiſſimus erat adverſarius contra ſanctum Thomam archiepiſcopum Cantuarienſem. Willielmus comes Flandrenſis obiit. Henricus abbas Andegavenſis precibus obtinuit a rege Henrico abbathiam Burgenſem. Ordo Ciſtercienſis primo venit in Angliam. Abbathia de Waverlee fundata eſt, filia domus de Eleemoſyna; hoc eſt, tramiſſis illuc de Eleemoſyna duodecim monachis cum abbate; ei ſubjectionem & obedientiam, ſicut filia matri, debet.

ANNO MCXXIX. Willielmus Wyntonienſis epiſcopus obiit: ſucceſſit Henricus Henrici regis nepos, frater regis Stephani ſecundum quoſdam. Rogerus epiſcopus Ciſtrenſis, una cum Henrico Wyntonienſi, conſecratur. Honorius papa obiit: ſucceſſit Innocentius. Schiſma Petri Leonis antipapæ. Iſte

 Petrus

Petrus, Petri Leonis filius, cardinalis, a multum paucioribus & per ambitionem electus, & dictus Anecletus, cum armis eccleſiam beati Petri invaſit, & aureum crucifixum, pendenteſque coronas regum, cum toto theſauro auri & argenti, & lapidibus pretioſis, deprædatus eſt; hoc idem faciens apud ſanctam Mariam Majorem, & alias urbis eccleſias, ubi theſauri erant, ſpoliavit; unde, conductis Romanis, Innocentium petere Franciam coegit. Iſto tempore ſanctus Bernardus, abbas Clarevalliæ, clarus doctrina & miraculis, magnus apud omnes habebatur. Boamundus junior, princeps Antiochenus, in bello occiditur. Ordo Ciſtercienſis in Angliam venit; fundata abbathia de Waverlee, filia Eleemoſynæ.

ANNO MCXXX. Eccleſia Chriſti Cantuariæ magno apparatu dedicatur a Willielmo archiepiſcopo, epiſcopis plurimis ciſmarinis & tranſmarinis cooperantibus. Hugo abbas Redingenſis ad archiepiſcopatum Rotomagenſem eligitur. Obiit Mauricius abbas Eveſhamenſis: cui ſucceſſit Reginaldus monachus Glavorniæ, & comitis Herfordiæ Milonis nepos. Concilium Stampis celebratur per regem Ludovicum & regni Franciæ clerum univerſum; ubi, perorante ſancto Bernardo electionem Innocentii, & merita electi ac vitia adverſarii, omnes Innocentium recipere, & rejicere Petrum Leonis, unanimiter conſenſerunt. Fecit ergo Innocentius virum religioſum, & a toto concilio approbatum, Galfridum, Carnotenſem epiſcopum, legatum apoſtolicæ ſedis in Francia. Geraldus vero Engoliſmenſis epiſcopus, antea functus hoc officio, ſuper hoc indignatus, a Petro Leonis illud officium impetravit, & ſtatim aggreſſus pecuniis & mendaciis, Willielmum comitem Pictavenſem ſolum de magnatibus Francorum in partem ejus traxit. Comes Murranenſis, cum ſuis, a Scotis occiſus eſt. Abbathia Furnenſis facta eſt.

ANNO MCXXXI. Baldewinus II. rex Jeruſalem tertius, obiit: cui ſucceſſit Fulco comes Andegavenſis, filiam regis ducens in uxorem. 1 Hervæus epiſcopus Elyenſis obiit. Ricardus epiſcopus Herefordienſis obiit: cui ſucceſſit Robertus, prior de Lanton. Innocentius apud Leodium Lothario imperatori occurrit, qui cum reſtitutionem inveſtiturarum, jam quaſi nactus opportunitatem, ab Innocentio pete-

1 MS. Henricus, *ſed perperam.*

ret, per ſancti Bernardi induſtriam placatus, & petita dimiſit. Inſuper omne ſuum auxilium contra Petrum Leonis chriſtianiſſime promiſit. Redit ergo papa per Clarevallem in Franciam, & Remis celebrato concilio, ac parte Petri Leonis penitus dampnata, ad Italiam aſcendit. Cui Lotharius imperator, juxta conductum, cum grandi exercitu de Alemannia collecto occurrens, papam Innocentium in papali cathedra collocat, & deinde Lateranis ab eodem Innocentio in imperatorem coronatur.

ANNO MCXXXII. Willielmus epiſcopus Pictavenſis per comitem Willielmum, & Geraldum Engoliſmenſem epiſcopum, ejectus erat. Unde Galfridus epiſcopus Carnotenſis, legatus domini papæ in Francia, aſſumpto ſecum ſancto Bernardo, ſtatuerat & comitem ſchiſmaticum revocare, & epiſcopum ejectum reſtituere. Diu per internuncios elaboratum eſt, & nihil effectum: acriora ergo arma aſſumit ſanctus Bernardus, intrat eccleſiam & miſſam percelebrat; tandem poſt Agnus Dei dictum ſuper patenam, corpus Domini tollit, & ad comitem exiit vultu flammeo, quem aggreſſus, ita locutus eſt: "Supplicavit tibi ſervorum Dei multitudo, & ſpreviſti; ecce venit ad te Jeſus Chriſtus, qui eſt caput eccleſiæ quam tu perſequeris; adeſt judex tuus, in cujus nomine omne genu flectatur, cœleſtium, & terreſtrium, & infernorum; adeſt judex tuus, in cujus manu illa tua anima deveniet; numquid & ipſum ſpernes?" Hæc & hiis ſimilia ſancto viro dicente, omnibus lacrymantibus qui aderant, comes diriguit & corruit, quem quaſi epilepticum & jacentem abbas pede pulſans, Dei jubet audire ſententiam, & ſurgere. "Præſens eſt, inquit epiſcopus Pictavenſis, quem de eccleſia ſua expuliſti: vade & reconciliare ei, reſtituas etiam ſuæ ſedi, ſubdere Innocentio papæ, cui tota ſancta obedit eccleſia." Comes accurrens, omnia ſibi injuncta complevit. Gerardus epiſcopus Engoliſmenſis, ſanctæ eccleſiæ fortiſſimus pugil, in ſchiſmate quondam Burdini, tantæque auctoritatis, ut in concilio Lateranenſi quando Teutonicum privilegium caſſabatur, ipſe miſſus pro toto concilio ſurgeret, & jubente domino papa, ſententiam legeret; jam vero in ſenio maximus adverſarius ſchiſmaticus moritur, & per Galfridum Carnotenſem corpus ejus defoſſum extra eccleſiam projicitur. Henricus, abbas Burgi de Burgo, quam dimiſit, ad Andegavenſem rediit. Abbathia Ryevalle

fundatur, filia Clarevalliæ. Item abbathia de Fontibus.

ANNO MCXXXIII. Robertus, comes quondam Normannorum, & frater regis Henrici, obiit in cuſtodia. Terræ motus per Angliam. Eclipſis ſolis quarto nonarum Auguſti, feria quarta. De principibus tranſalpinis ſolus Rogerus Siculus ſe contra Innocentium extollebat: unde Lotharius cum Innocentio Siciliam intrantes, prædictum Rogerum fugabant, & comiti Ranulpho regnum commiſerant. Huic victoriæ Piſani navigio ſuo 1 . . . . . aſtiterunt: unde attendens eorum pro ipſo & pro eccleſia labores, Piſanum archiepiſcopum & primatem totius Sardiniæ fecit, & Januenſem epiſcopum in archiepiſcopum commutavit: ipſeque Rogerus, 2 imperator cum papa Romam reverſus, in Ranulphum comitem vires ſuas exerebat. Ad bellum tandem ventum eſt, affuit ſanctus Bernardus inter diſcordes, ſatagens componere pacem, catholicis promittens victoriam, & ſchiſmaticis diſſuadens bellum; quia, ſi bellarent, prædixit ſtragem & fugam; nec minus accidit. Cum rex in militum multitudine confideret, & comes catholicus pauciſſimos haberet, abbate tandem orante juxta locum certaminis, cum clamor cadentium ſe extolleret, unus de monachis abbatis exiens, & a quodam milite fugante præcurrentes, nova belli petiit; qui reſpondit, "Vidi impium ſuperexaltatum & elevatum, & tranſivi, & ecce non erat." Mox ipſe comes adveniens, & monachum videns, equo deſiliit, & adorato Deo in monacho, equum repetens, fugientes inſequutus eſt; ſed periit ipſorum memoria cum ſonitu. Abbathia de Fontibus fundata eſt, filia Clarevalliæ; & abbathia de Geredon fundata eſt, filia de Waverlee. Et Martinus de Becco in abbatem Burgi eſt electus, & in die ſancti Petri eſt receptus.

ANNO MCXXXIV. Combuſta eſt eccleſia ſancti Pauli Londoniæ. Per idem tempus in Francia tanta ſiccitas fuit, ut flumina, lacus, fontes, & putei ſiccarentur. Ignis quoque, qui per rimas terrarum ſubintraverat, nec imbribus, nec frigore, nec alia arte, biennio extingui poterat. Romani contra voluntatem Innocentii papæ ſenatum renovare conati ſunt. Moritur tandem Petrus Leonis in ſcelere ſuo, cujus fautores alium ſibi ſuccedentem papam conſtituunt; qui in nocte ad ſanctum

1 *Supple ex Martino Polono*, ſummo pontifici quamplurimum. 2 *Lege*, imperatore——reverſo.

Bernardum

Bernardum tunc Romæ poſitum veniens, reconciliationem petit, renunciationem promittit. Adductus ergo per virum Dei, ſed inſignibus pontificalibus projectis, veniam, quam pœnitentiſſime petiit, meretur. Lætatur ergo tota civitas, tam fœlici fine tanti ſchiſmatis gratulabunda. Ipſe papa monaſterium Ciſtercienſis ordinis ad aquas Salinas, in honore ſancti Anaſtaſii martyris, fundavit: conventuſque duodecim monachorum adductus eſt, quibus Bernardus, olim eccleſiæ Piſanæ vicedominus, abbas a ſancto Bernardo præfertur. Iſte poſtea cardinalis diaconus, tandem promotus eſt in papam, dictus Eugenius: ſed hæc poſtea. Swyneſheued fundatur, filius Furneſii.

ANNO MCXXXV. Henricus rex Angliæ obiit in Normannia, anno regni ſui trigeſimo quinto. Cum enim de venatu veniſſet apud ſanctum Dionyſium in ſylva Leonum, muræna recens, eo quod libenter veſcebatur, appoſita eſt; & quamvis eam prohiberet medicus, vicit concupiſcentia, & mortem intulerunt vetita cibaria: obiit ergo, cui pro laude ſufficiat epitaphium, quod Henricus Huntyngdon apponit.

Rex Henricus obiit, decus olim, nunc dolor orbis:
  Numina flent, numen deperiiſſe ſuum.
Mercurius minor eloquio, vi mentis Apollo,
  Jupiter imperio, Marſque vigore gemunt.
Janus cautela, minor Alcides probitate,
  Conflictu Pallas, arte Minerva gemunt.
Anglia quæ cunis, quæ ſceptro numinis hujus
  Ardua ſplenduerat, jam tenebroſa ruit.
Hoc cum rege ſuo, Normannia cum duce marcet:
  Nutriit hæc puerum, perdidit illa virum.

Sepultus eſt apud Redynges: cui ſucceſſit Stephanus, Teobaldi comitis Bleſenſis frater junior, comes Bononiæ & Moretonii, non multum poſt, contra ſuum, & omnium, qui cum coronaverunt, ſacramentum. Hic in coronatione ſua omnia, quæ vel eccleſiæ vel regno privilegiare expoſcebantur, benigniſſime contulit. Abbathia de Bildewaſch, item de Forda, item de Stanford, fundantur.

ANNO MCXXXVI. Secundo kalendarum Januarii coronatus eſt rex Stephanus, & in miſſa coronationis ſuæ per negligentiam pax non datur in populum, nec pacem habuit omnibus diebus

diebus vitæ ſuæ. Monaſterium de Melros reſtauratur, & Ciſtercienſibus monachis confertur, a deſtructione ſua anno . . . . . . . . ſanctuſque Waltenus fit eorum [1] primus abbas ex ſacriſta Ryevall. David rex Scotorum pacem facit cum rege Stephano, filiuſque ejus regi Stephano homagium facit. Willielmus archiepiſcopus Cantuarienſis obiit. Tranſlatio ſancti Guthlaci ab Alexandro Lincolnienſi epiſcopo ſolemniter celebrata. Erat enim iſte Alexander munificans valde, potentiſſimus erat & in Anglia, & in Romana curia: unde inter cætera magnifica opera ſua, ordinem Sempynghamenſem ardentiſſime promovit. De Ciſtercienſibus tria monaſteria fundavit, ac etiam tria caſtella a fundamentis fecit, i. e. Banbyn, Newerk, & [2] Lafford: & abbathia de Wardon fundatur.

ANNO MCXXXVII. Stephanus Normanniam adiit, qua pacificata, pacem cum rege Francorum componit, omnibuſque proſpere pactis, Angliam redit. Turſtinus archiepiſcopus Eboracenſis ad Rokyſburgh pergit, impetrans a rege ne Northumbria vaſtaretur, datæque ſunt induciæ treugarum; quibus finitis, David cum grandi exercitu inundans totam Northumbriam, depopulatur, & revertitur. Rex Stephanus hoc audiens, vicem reddit, & auſtrales partes regni David cædibus & flammis dedit, ipſo vidente, & congredi non audente. Johannes imperator Conſtantinopolitanus ſeipſum ſagitta toxicata vulnerans, obiit; cui ſucceſſit filius ejus Emanuel optimus. Abbathia de Thama & de Cocoſale fundantur.

ANNO MCXXXVIII. Teobaldus ab Alberico, ſedis Romanæ legato, in Cantuarienſem archiepiſcopum conſecratur. Rex Stephanus infringere cœperat quæ in coronatione ſua Deo & regno promiſerat; unde ultione divina inſurrexerunt in eum per totam Angliam non ſolum magni, ſed etiam mediocres, caſtella contra eum firmantes: Scoti etiam cum multitudine maxima aquilonares partes iterum depopulari aggrediuntur; quibus archiepiſcopus Eboracenſis Turſtinus cum magnatibus illius provinciæ occurrit, & eos uſque ad internecionem apud Standard cecidit. Rogerus epiſcopus Sarum incarceratur. Concilium apud Weſtmonaſterium tentum eſt: unde Alexander epiſcopus Lincolnienſis ad regem pacifice accitus, in cuſtodia

1 Ricardus fuit primus abbas Melros. *Chron. de Mailros ſub anno* 1136. Ricardo ſucceſſit Walthevus, anno 1148. 2 *Lege* Sleford.

detinetur, & irregulariter jejunio affligitur, donec caſtella ſua regi redduntur.

ANNO MCXXXIX. Matildis imperatrix, filia regis Henrici, cui Anglici fidelitatem juraverant, per Robertum comitem Glovorniæ, fratrem ſuum, accerſita, venit in Angliam. Ubique ergo in terra cædes & incendia, & "plurima mortis imago; nuſ-"quam tuta quies." Generale Concilium Lundoniis, ubi Waldevus, abbas Croylandiæ, deponitur ab Alberico legato; cui ſucceſſit Godefridus, prior ſancti Albani. Obiit Rogerus epiſcopus Sarum. Abbathiæ vero iſtæ, ſcilicet, Kyrkeſtede, Parchus Lude, & Kyngeſwold de Ciſtercienſibus, Thorneton ſuper Humbram de nigris canonicis, & Sempyngham de ſanctimonialibus incluſis, fundantur.

ANNO MCXL. Bellum inter regem Stephanum & Robertum comitem Gloverniæ, apud Lincolniam, die purificationis beatæ Mariæ, ubi rex Stephanus victus eſt & captus. Imperatrix ergo omnes Anglos ſubjectos, hiis exceptis Kentenſibus, quos regina uxor regis Stephani adhuc retentabat, in elationem erecta, multorum animos, & maxime Londonenſium, a ſe avertit, unde proximo bello inter alios captus eſt Robertus comes Gloverniæ, & ſic rex pro eo dimittitur, eo quod ſub ejus cuſtodia apud Briſtolliam rex teneretur. Rex vero David & imperatrix ab illo prœlio evaſerunt ſine periculo. Abbathia de Pypwell fundatur.

ANNO MCXLI. Rex Stephanus imperatricem obſidet apud Oxonias; ſed illa, grandi nive de cœlo nocte cadente, & fluvio Tamenſi congelato, in veſte candida regis manus evaſit, & Wallingford contendit. Caſtellum vero Oxoniæ poſt ejus fugam mox captum eſt. Albericus de Ver occiditur Londoniis, ſeditione civium. Combuſta eſt eccleſia Lincolnienſis in feſto ſancti Albani. Fulco rex Jeruſalem, dum, præſente regina, leporem inſectaretur, equo cadente in terram corruens, cerebrum per oculos, aures & nares effudit. Succeſſit filius ejus Baldewinus III.

ANNO MCXLII. Obiit Innocentius papa, cui ſucceſſit Celeſtinus ſecundus: ſub iſto fundata eſt abbathia de ſancto Laurentio de Revyſby, filia Reivalle, ſancto Alredo primo ejus abbate. Celeſtino mortuo, ſucceſſit Lucius II. Henricus, Wyntonienſis epiſcopus, apoſtolicæ ſedis legatus, concilium magnum Londoniæ celebrat. Galfridus de Mandavilla, expulſis monachis,

chis, Rameſcienſe cœnobium cepit, & in caſtrum convertit; unde pro vindicta, ut creditur, ſanguis de clauſtri parietibus ebullivit.

ANNO MCXLIII. Obiit Celeſtinus papa; cui ſucceſſit Lucius II. ut prædicitur. Sanctus Bernardus, abbas Clarevalliæ, clarus habetur. Godefridus abbas Croylondiæ obiit; cui ſucceſſit Edwardus prior de Rameſey. Ordo Præmonſtratenſium venit in Angliam, & Neuſom de illis fundatur. Rex Stephanus obſedit Lincolniam; a qua obſidione, timore Ranulphi comitis Ceſtrenſis, rex confuſus receſſit. Conventus Burgi hoc anno intravit in novam eccleſiam. Hildegardis in Alemannia prophetavit.

ANNO MCXLIV. Robertus comes Gloverniæ, & cæteri regis adverſarii, caſtellum apud Farendon conſtruxerunt, quos cum grandi exercitu de Londonia congregato rex adveniens fugere compulit, & caſtrum funditus evertit. Tandem pax inter regem & comitem Ceſtrenſem facta eſt, ſed ficta: nam cum ad concilium apud Northampton pacifice a rege citaretur, & ipſe ſibi nihil metuens adveniſſet: ſubito capitur, & quouſque caſtrum Lincolniæ redditum eſt, cuſtodiæ commendatur. Abbathia de Wouburne hoc tempore fundatur.

ANNO MCXLV. Obiit Lucius papa; cui ſucceſſit Eugenius papa II. Iſte fuit albus monachus, & ſancti Bernardi ex vicedomino Piſano alumpnus; deinde abbas ſancti Anaſtaſii, ac cardinalis factus, tandem papa creatus. Cum ſimplex ante fuiſſet, mirabiliter a Deo eloquentia inſignitur, & poſt mortem ſanctus Dei creditur, & miraculis coruſcare perhibetur. Cometes hoc tempore apparuit. Saffredus epiſcopus Ceſtrenſis deponitur. Comes Ranulphus Lincolniam aggrediens, percuſſo duce ſui exercitus in boreali porta viro fortiſſimo, fugere cum reliquis eſt compulſus.

ANNO MCXLVI. Rex Stephanus Lincolniæ coronatur. Eugenius papa ad iter Jeroſolymitanum in Franciam deſcendit. Signatur Ludovicus rex Franciæ; Theodorus comes Flandriæ, & comes de ſancto Ægidio, cum multis aliis, ſignum crucis accipiunt. Concilium Remis celebratur, & Sammenſes monachi Ciſtercienſibus incorporantur. Conradus cum multis in Alemannia cruce ſignatur. Hilarius factus eſt epiſcopus Ciceſtrenſis. Eccleſia Croylandiæ, cum multis officinis, concrematur.

ANNO

ANNO MCXLVII. Imperator Conradus cum magno apparatu Jeroſolymam petit; ſed inſidias in itinere, ut dicitur, dolo Græcorum perpeſſus, vix cum paucis de tanta multitudine evaſit. Rex etiam Franciæ Ludovicus cum uxore proficiſcens, caſum conſimilem expertus eſt. Damaſcus ſine effectu obſidetur, factione Templariorum cauſante; peregrinatione ergo facta, Conradus & Ludovicus ad ſua redeunt. Alexander epiſcopus Lincolnienſis obiit; cui ſucceſſit Robertus de Cheyneto. Brueria & Bicleſden fundantur. Abbathia de Salteria fundatur.

ANNO MCXLVIII. Robertus epiſcopus Herford obiit: ſucceſſit Geraldus. Drugo vicecomes Lincolniæ, miles fortiſſimus, & dominus de Holm juxta Grymeſby, repetundarum reus exlegatur; qui, non contemptibili manu collecta, Norwagiam petiit & ſubjugavit; filia regis, & ejuſdem hærede, ſibi aſſumpta in uxorem, ſuperſtite in Anglia legitima uxore ſua, ſed oblivioni tradita. Hujus Drugonis mira geſta leguntur, quomodo ad regnum viribus & induſtria aſcenderit, & quomodo tandem maleficiis Bellæ de Wathe Angliam redierit; ſed hæc poſtmodum. Sanctus Gilbertus inſtituit ordinem Sempynghamenſem.

ANNO MCXLIX. Henricus filius imperatricis, filiæ Henrici primi regis Anglorum, de comite Andegaviæ genitus, David regem Scotorum adiit, a quo honorifice receptus, etiam militaria arma ſuſcepit: unde quaſi tirocinium ſuum dedicaturus cum proceribus occidentalibus, & David cum Scotis, quaſi irruptionem in regales facturi congregantur. Euſtachius filius regis Stephani, juvenis alacer, terras procerum, qui cum Henrico erant, deprædatur & comburit, civitatem Wyntoniæ incendit, nec tamen caſtellum capit.

ANNO MCL. Theobaldus archiepiſcopus Cantuarienſis Londoniæ concilium celebrat, cui rex interfuit; iterumque caſtellum Wyntoniæ obſidet, ſed fruſtra. Galfridus comes Andegaviæ obiit; Henricus filius ejus in comitatum ſucceſſit Normanniæ & Andegaviæ: factoque divortio inter Ludovicum regem Franciæ, & Alienoram, filiam & hæredem comitis Pictavenſis & Aquitaniæ, uxorem ſuam, quia proximi erant ſanguine; Henricus eam ducit in uxorem, cum Pictavia & Aquitania illam conſequentibus. Ludovicus dedit ſororem ſuam Euſtachio, filio regis Stephani, in uxorem, & Henricum debellat. Cumba fundatur.

ANNO

ANNO MCLI. Obiit Conradus imperator; cui ſucceſſit Fredericus primus. Obiit Saffredus, quondam 1 epiſcopus, in inſula Mer, ubi privatus vixit. Rex Stephanus filium ſuum Euſtachium ſatagit omnimodis coronare; ſed mandato apoſtolico id prohibente, epiſcopi & prælati reſiſtunt univerſi. Gratianus monachus, de Cluſa civitate Tuſciæ natus, decreta compilavit. Floruit Ricardus de Sancto Victore, & magiſter Hugo de Sancto Victore; ſed & Petrus Lumbardus, qui compilavit libros ſententiarum. Hic finit Chronica Henrici Huntyngdon. Abbathia de Holm juxta Scotiam fundatur.

ANNO MCLII. Obiit Matildis uxor regis Stephani. Obiit Henricus filius regis Davit. Obiit 2 Willielmus epiſcopus Londonienſis; cui ſucceſſit Hugo. Turci Jeruſalem veniunt obſidere; ſed Chriſtiani erumpentes, eos uſque ad Jordanem proſequuntur, cæſis quinque millibus, & ſpoliis eorum direptis. Matildis vero imperatrix in caſtello de Briſtollio per annum & dimidium præſidium tenuit. Interim inter regem & ducem Henricum multæ congreſſiones factæ ſunt; tandem pax, mediantibus epiſcopis & prælatis, reformatur.

ANNO MCLIII. Pax inter regem & ducem facta eſt. Obiit Euſtachius filius regis, & Simon comes Northamtoniæ, diſcordiæ maximi incentores. Obiit rex David Scotiæ: ſucceſſit Malcolmus cognatus ejus. Obiit Eugenius papa: ſucceſſit Anaſtaſius IV. Obiit ſanctus Bernardus abbas Clarevalliæ, qui in quadraginta annis, quibus monaſterio ſuo præfuit, fecit centum & quadraginta monaſteria, & de ſuis monachis unum papam, duos cardinales, ſexdecim epiſcopos & archiepiſcopos, viz. ante mortem ſuam. Hic finit Chronica Alredi.

ANNO MCLIV. Obiit rex Stephanus: ſucceſſit Henricus filius imperatricis. Obiit ſanctus Willielmus archiepiſcopus Eboracenſis: ſucceſſit Rogerus Cantuarienſis archidiaconus, & [in] archidiaconatus officium ſucceſſit ſanctus Thomas. Obiit Anaſtaſius papa: ſucceſſit Adrianus, Anglicus genere. Ludovicus rex Franciæ filiam Alfonſi, regis Hiſpaniarum, duxit in uxorem. Thomas regis Angliæ factus eſt cancellarius. Aſkalon a Chriſtianis capitur, & aliquanto tempore poſſidetur. Barlynge fundatur de Præmonſtratenſibus.

---

1 *Lege* Ceſtrenſis. 2 *De hac re quære.*

ANNO MCLV. Rex Henricus, filius ſecundus imperatricis, coronatur apud Lincolniam in Wygford. Henricus filius regis naſcitur. Willielmus Peverelle exhæredatur. Robertus Exonienſis epiſcopus obiit: ſucceſſit Robertus. Obiit Martinus abbas Burgi: ſucceſſit Willielmus de Watervyle. Adrianus papa urbem Warmaciam in Alemannia, ob vulnerationem cardinalis, uſque ad condignam ſatisfactionem, poſuit ſub interdicto ſuo. Stanleya fundatur de Ciſtercienſibus.

ANNO MCLVI. Elienora regina peperit filiam, nomine Matildem, matrem poſtea Henrici ducis Saxoniæ & Othonis imperatoris. Obiit Willielmus regis Henrici primogenitus. Signum crucis in luna apparuit. Johannes Saliſbirienſis ſcripſit Polycraticum ſuum. Sanctus Alredus abbas Rievallenſis ex abbate Reveſbyenſi epitaphium regum Scotorum ſcripſit; Arnulphus epiſcopus Luxovienſis claruit; 1 putatores eloquentiſſimi.

ANNO MCLVII. Ricardus filius regis menſe ſeptimo naſcitur: pater ejus duxit exercitum in Walliam. Eccleſia de Freſton, cum omnibus officinis, combuſta eſt. Roulandus in Wallia capitur. Rex Scotorum Malcolmus veniens Karleolum ad regem Henricum, apud Ceſtriam regem proſequutus, fecit homagium ſuum; ſcilicet, qualem avus ſuus fecerat avo ſuo Henrico primo, ſalvis ſibi dignitatibus ſuis & honoribus univerſis.

ANNO MCLVIII. Rex Angliæ Henricus & rex Scotiæ Malcolmus apud Karleolum occurrentes, diſcordes ab invicem receſſerunt. Rex Henricus primo ad Lincolniam in Wykford, ſecundo apud Wyntoniam coronatur; exinde mare tranſiens, honorifice a rege Francorum Pariſius ſuſcipitur. Galfridus frater regis obiit. Galfridus comes Britanniæ naſcitur. Monetarii per Angliam mutilantur; ditiores pecunia multantur.

ANNO MCLIX. Adrianus papa obiit: ſucceſſit Alexander III. Hic vicit quatuor ſchiſmaticos: 2 Octavianum, Guidonem, Johannem Strumenſem, & Laudonem. Primus ſe fecit vocari Victorem, ſecundus Paſchalem, tertius Kalixtum, quartus Innocentium, quorum tres fuerunt preſbyteri cardinales, qui per papam excommunicati, mala morte perierunt: Fredericum

1 *Forſan* diſputatores. 2 MS. Octovianum.

Roma-

3

Romanorum, & Emanuel Græcorum imperatores, Willielmum Siculum, & Lumbardos, ad unitatem eccleſiæ revocavit. Willielmus comes Boloniæ, Stephani regis filius, obiit.

ANNO MCLX. Rex Henricus cum grandi exercitu Tholoſam obſidet, contra comitem ſancti Ægidii efferatus, manſitque in obſidione a nativitate ſancti Johannis uſque ad feſtum omnium ſanctorum, mortuique ſunt multi in exercitu, peſtilentia ſæviente. Queſtor exercitus erat ſanctus Thomas, cancellarius Angliæ, cui Johannes Sarum Polycraticum ſuum obtulit. In illa obſidione comes ſancti Ægidii regi Henrico tandem ſe ſubmiſit. Ludovicus rex Franciæ filiam Theobaldi comitis Campaniæ Alam duxit in uxorem.

ANNO MCLXI. Theobaldus Cantuarienſis archiepiſcopus obiit. Diſſenſio inter reges Franciæ & Angliæ; ſed, mediantibus epiſcopis & proceribus, pacificati ſunt; Henricuſque, filius Henrici regis, filiam regis Franciæ duxit in uxorem, cui territorium Vilcaſſinum datur in dotem, Giſorciumque regi Angliæ redditur. Adam prior de Bermundſeye factus eſt abbas Eveſhamiæ: iſte multa bona opera operatus eſt domui ſuæ, & locum ædificando & ornando.

ANNO MCLXII. Sanctus Thomas archidiaconus Cantuarienſis, & præpoſitus Beverlacenſis, factus eſt archiepiſcopus Cantuarienſis. Regina Elienora filiam peperit, quam Elienoram appellavit. Baldewinus rex Jeruſalem obiit; cui ſucceſſit Amalricus frater ejus. Rex Henricus honorifice recepit papam Alexandrum verſus Gallias venientem, inductus ad ejus obedientiam per literas Arnulphi epiſcopi Luxovienſis, & maxime viva voce ſancti Alredi abbatis Ryevalliæ.

ANNO MCLXIII. Concilium Turonenſe per papam Alexandrum celebratum eſt: acta ejus contra ſchiſmaticos in Almannia, & contra hæreticos in Aragonia & Navarria, prout plurimum verſabantur. Tranſlatio ſancti Edwardi regis & confeſſoris, procurata per Laurentium, ex priore Dunelmenſi, Weſtmonaſterii abbatem, celebrata eſt per ſanctum Thomam archiepiſcopum Cantuarienſem. Sanctus Alredus abbas huic tranſlationi interfuit, offerens vitam regis & Omeliam ſuper *Nemo accendit lucernam*, &c. ad laudem ejuſdem ſancti mirifice dictatam. Concilium Northamptoniæ contra archiepiſcopum.

ANNO MCLXIV. Sanctus Thomas Cantuarienſis archiepiſcopus, ob intolerabiles injurias per regem & ſuos conſentaneos

taneos ſanctæ eccleſiæ factas receſſit in exilium, & in Flandriam applicuit. Tres circa ſolem circuli videntur, quibus evaneſcentibus, quaſi duo ſoles creantur, unus ad dextram, & alius ad ſolis ſiniſtram. Rex Henricus omnes milites ſuos jurare fecit, ut quot militum feoda quiſque teneret palam diceret, volens pro numero feodorum cuilibet ſervitia imponere.

ANNO MCLXV. Rex Henricus duxit tertio exercitum in Walliam, fretus ingenti manu Flandrenſium, Andegavenſium, Pictavenſium, & Scotorum; cepitque famoſum caſtellum de Karadigan, filioſque regis Ris duos, & filios ac filias nobilium ejus captos exoculavit, nares ac aures præcidit crudeliſſime. Tempeſtas maxima fulguris & tonitrui, apud Skarburghe maxima, ſed in aliis locis, præcipue in locis juxta mare hæc tempeſtas invaluit.

ANNO MCLXVI. Obiit Robertus epiſcopus Lincolnienſis; cui ſucceſſit [1] Galfridus . . . . . . . . . Item ſanctus Alredus abbas Ryevalliæ migravit ad Dominum, qui terras, & tenementa, opes & ornamenta eccleſiæ ſuæ ſaltem duplicata in tempore ſuo, mores & alia ſpiritualia monumenta multiplicata in obitu ſuo dereliquit. Obiit dominus Philippus primus poſt ſanctum Alredum abbas de ſancto Laurentio; cui ſucceſſit Galo. Johannes filius regis, poſtea rex Angliæ, naſcitur.

ANNO MCLXVII. Matildis imperatrix quondam, & Henrici regis Angliæ filia, & Henrici II. mater, obiit. Amalricus rex Jeruſalem cepit Babyloniam, & plures civitates Ægypti, ac inter cæteras Alexandriam; ſed non ſibi. Civitas Mediolanenſis ab imperatore Frederico circa hæc tempora obſeſſa eſt; tandem muri ejus altiſſimi funditus ſuffoſſi ſunt; cætera in cinerem redacta. Radulphus vero archiepiſcopus Colonienſis trium magorum corpora de Mediolano tranſtulit Coloniam.

ANNO MCLXVIII. Fredericus imperator ſchiſmaticus cum grandi exercitu Romam petit; ſed ultione divina Radulphus Colonienſis archiepiſcopus & Maguntinus intruſus, Leodicenſis & Ratiſpontenſis epiſcopi, cum magna parte exercitus, qui conſiliarii imperatoris extiterant, percutiuntur, & ipſe confuſus recedit. Henricus rex Angliæ dedit Matildem filiam ſuam

---

[1] *Alibi* Gualterus de Conſtanciis.

 Henrico

Henrico duci Saxoniæ in uxorem, matrem Henrici poſtea ducis & Othonis imperatoris. Obiit Willielmus archidiaconus Northamptoniæ.

ANNO MCLXIX. Ricardus comes de Strigul, per regem Henricum paternæ hæreditatis extorris, grandi juvenum manu collecta, invadit Hiberniam, capitque Waterford & Dubliniam, ac multa caſtella alia maritima. Ducit etiam in uxorem filiam cujuſdam reguli illius terræ, cujus connubio multum proſperatus eſt: Genuit de illa filiam, quam Mareſcallus Willielmus comes de Penbrok poſtea duxit in uxorem, de qua in ſequentibus dicetur.

ANNO MCLXX. Rex Henricus de Normannia tranſiens in Angliam, in mari fere periclitatus eſt: unde fecit coronari filium ſuum Henricum a Rogero archiepiſcopo Eboracenſi, contra privilegia eccleſiæ Cantuarienſis, ejus archiepiſcopo exulante: dedit etiam ducatum Aquitaniæ, cum pertinentiis, Ricardo filio ſuo tenendum de rege Franciæ: comitatum vero Britanniæ conceſſit Galfrido filio ſuo, qui hæredem duxerat in uxorem filiam Coitani comitis, ex ſorore Willielmi regis Scotorum. Alexander papa ſuſpendit Robertum archiepiſcopum Eboracenſem, Sarum & Londonienſem epiſcopos.

ANNO MCLXXI. Rex Henricus apud Burum in Normannia, in die natalis Domini, conſtitutus, multum confuſus eſt, eo quod archiepiſcopus Cantuarienſis noluit abſolvere epiſcopos cauſa ſua ab officio ſuſpenſos; unde quatuor milites de regis familia, ipſo hoc ignorante, in archiepiſcopum efferati, latenter & citiſſime in Angliam transfretabant; venienteſque Cantuariam quinto natalis die, neque tempori neque loco neque perſonæ deferentes, in eccleſia cathedrali ſanctum Thomam archiepiſcopum cruentiſſime occiderunt.

ANNO MCLXXII. Coronatio Philippi regis Franciæ, vivente adhuc Ludovico patre ſuo. Rex Henricus, accitus a comite Ricardo, in Hiberniam cum quadringentis navibus & valido exercitu applicuit decimo ſexto kalendarum Novembris; cui dictus Ricardus totam terram, quam ceperat, ab ejus gratia impetranda tradidit; cæterique reguli fere omnes ſuis viribus diffidentes, gratiam ejus quam guerram experiri malentes, tributa promiſerunt: confirmatumque eſt regnum Hiberniæ ab Alexandro papa regi Henrico, & hæredibus ſuis. Obiit ſanctus Godrekus.

ANNO MCLXXIII. Orta eſt gravis diſſenſio inter regem Henricum patrem, & Henricum regem filium: partem filii contra patrem adjuvabant omnes fratres ſui; fovebant eos Ludovicus & Philippus reges Franciæ, Willielmus rex Scotiæ, Philippus comes Flandriæ; quorum fretus auxilio fecit irruptiones multas in Normannia, parumque proſperatus eſt: nam in illa controverſia comes Boloniæ eſt occiſus, comes Flandriæ, frater ejus, vulneratus eſt, comes Ceſtriæ captus, aliique barones Britonum. Sed & reginam Elianoram, ſeditionem moventem in Pictavia, rex cepit blanditiis circumventam, & turre quadam incluſit. Flandrenſes cum tribus ſtolis navium Angliam deprædantes victi & cæſi ſunt. Canonizatio ſancti Thomæ archiepiſcopi per Alexandrum papam. Ricardus prior de Dowre electus eſt in archiepiſcopum Cantuarienſem. Mediolanum evertitur.

ANNO MCLXXIV. Flandrenſes quatuor applicantes Norwicum, diripiunt. David, frater regis Scotiæ, comes Huntyngdoniæ, Leyceſtriam adiens, aſſociatis ſibi oppidanis, patriam depopulatur. Willielmus rex Scotiæ ſimili furore in Northumbria prædas agit. Rex autem Henricus audiens Angliam ſic turbari, illuc feſtinat; ſtatimque Cantuariam devotus & diſcinctus pœnitens vadit, ubi precibus & lacrymis Deo ſanctiſque ejus placatis, contra hoſtes aciem movens, miraculoſe triumphavit. Eodem enim die captus eſt Willielmus rex Scotiæ apud Appilby, omnibuſque adverſariis conterritis, pax tandem per epiſcopos reformata eſt. Canonizatio ſancti Bernardi abbatis Clarevalliæ. Ricardus Romæ in archiepiſcopum Cantuarienſem conſecratur, deditque domino papæ decies mille marcas. Combuſta eſt eccleſia Chriſti Cantuariæ, cujus reſtaurationi dedit quadraginta marcas. Obiit ſanctus Petrus archiepiſcopus Tarentaſienſis.

ANNO MCLXXV. Concilium apud Londoniam. Willielmus rex Scotiæ, & David frater ejus, comes Huntyngdoniæ; epiſcopi, comites, & barones, de novo fidelitatem Henrico regi Angliæ patri juraverunt; & ſic ad ſua redire permiſſi ſunt. Conacces vero rex potentiſſimus in Hibernia fidelitatem fecit Henrico regi, conceſſitque regi ſingulis annis, de ſingulis decem animalibus, unum corium placabile mercatoribus, tam de terra ſua quam de alia, ballivis domini regis perſolvendum. Ricardus archiepiſcopus Cantuarienſis depoſuit Willielmum de Watervyle,

Watervyle, abbatem Burgi. Rex Siciliæ accepit in uxorem Johannam filiam regis Henrici. Amalricus rex Jeruſalem obiit; cui ſucceſſit Baldewinus filius ejus, ſed paralyticus.

Anno MCLXXVI. Henricus rex Angliæ, propter necem ſancti Thomæ martyris, miſerat ſolempnes nuncios ad papam Alexandrum, qui jurantes pro ipſo in animam ſuam, ut ipſum excuſarent de prædicto facto; ſed dominus papa, auditis nunciis, miſit duos cardinales ad regem, innocentiam ejus inveſtigare, ſcilicet, Albertum & Theodinum, coram quibus rex juravit, quod nunquam de conſilio ſuo vel juſſu fuerit interfectus; ſed quod occaſione turbationis, quam erga ipſum habuerat, occiſus erat. Optulit ducentos milites ultra mare per annum in Terra Sancta exhibere; ipſe vero crucem ſuſcipiens, infra triennium promiſerat transfretare. De iſto voto reſiliens, procuravit poſtea abſolutionem, eo quod de corde non emanaverat: unde venit Hugo cardinalis tituli ſancti Michaelis, Romanæ ſedis legatus, qui cum rege de prædicto voto diſpenſavit, & in ejus præſentia Johannem filium ſuum regem Hiberniæ fecit.

Anno MCLXXVII. Salomon prior Helienſis factus eſt abbas Thorneyenſis, & Benedictus prior Cantuarienſis factus eſt abbas Burgi, qui fecit conſtruere totam navem eccleſiæ Burgi ex lapide & ligno, a turre uſque ad frontem; & capellam in honorem ſancti Thomæ martyris, ad portam monaſterii. Concilium Romæ celebratum eſt, præſidente papa Alexandro III. in quo concilio imperator Fredericus, cum omni gente ſua, ſufflato ſchiſmate, ad catholicam rediit unitatem. Acta ſynodi de papæ electione, & de hæreticis Tholoſanis & Albegenſibus, verſabantur. Waltham pro ſecularibus regularibus canonicis confertur.

Anno MCLXXVIII. Eclipſis ſolis, idus Novembris. Submerſio Holandiæ, inundatione maris ſolitum curſum diffuſius excedente; unde infinita hominum & animalium multitudo aquis intercepta eſt. Iſto tempore Andronicus, imperator Conſtantinopolitanus, pro tyrannide ſua & ſuperbia intolerabili, a Græcis comprehenſus, & de palatio, procerum ſuorum judicio, per equos indomitos tractus, tandem patibulo ſuſpenſus eſt: Occiderat enim doloſe conſanguineum ſuum, filium Emanuelis imperatoris, tutelæ ſuæ commendatum, & multa alia commiſerat.

Anno

ANNO MCLXXIX. Peregrinatio Ludovici regis Franciæ, & aliorum magnatum ejuſdem regni, ad ſanctum Thomam Cantuarienſem archiepiſcopum & martyrem, qui optulit aureum calicem appendentem . . . libras, & centum modios vini, perpetuo, ad natalitium diem celebrandum in lætitia, ſingulis annis; in hoc, ſive in vita ſive in morte, pro ſe & regno ſuo, beato martyri quaſi annuum tributum ſtatuens perſolvendum. Civitas Eborum combuſta eſt per incuriam cocorum.

ANNO MCLXXX. Tranſlatio ſanctæ Frideſwidæ virginis Oxonia. Obiit Alexander papa; cui ſucceſſit Lucius III. natione Tuſcus, qui ſedit annis quatuor, diebus octodecim. Ad ejus preces, & inſtantiam Henrici regis Angliæ, imperator Fredericus cum Henrico duce Saxoniæ, qui huc uſque rebellaverat, reconciliatur. Obiit Ludovicus rex Franciæ poſt annos quadraginta & quinque in regno exactos; omni tempore ſancti Thomæ, tam vivo quam defuncto, conſtans amicus & devotus; cui ſucceſſit Philippus filius ejus. Obiit Rogerus Eboracenſis archiepiſcopus, præfato martyri ſemper adverſarius.

ANNO MCLXXXI. Henricus rex Angliæ per omnes terras ſuas tranſmarinas edidit ſtatutum de armis habendis; poſtea vero etiam Anglos eidem ſtatuto ſubjecit, i. e. quicunque haberet feodum militis unius, haberet loricam, caſſidem, clypeum & lanceam; & quot feoda militum quis haberet, tot militaria arma haberet. Et poſt multa, quilibet liber laicus, qui haberet in catallis valorem decem marcarum, haberet habergellum, capellum ferreum, & lanceam; & unuſquiſque juraret non vendere, nec alienare arma ſua.

ANNO MCLXXXII. Rex Henricus reconciliavit Philippum comitem Flandriæ cum Philippo rege Francorum. Galfriduſque filius regis Henrici electus ad epiſcopum Lincolnienſem, maluit epiſcopatui renunciare, quam onus ſibi importabile ſuſcipere. Juri ergo ſuo in manibus Ricardi archiepiſcopi Cantuarienſis renunciavit, & Walterus de Conſtantia electus in epiſcopum ſucceſſit. Obiit Henricus rex junior, & Rotomago ſepultus eſt. Margareta uxor ejus Belo regi Hungariorum poſtea nupſit. Floruit Petrus Comeſtor.

ANNO MCLXXXIII. Obiit Ricardus archiepiſcopus Cantuarienſis; cui ſucceſſit magiſter Baldewinus, quondam archidiaconus Wellenſis, deinde monachus abbaſque Fordenſis, deinde epiſcopus Wygornenſis, tandem archiepiſcopus Cantuarienſis.

rienſis. Saladinus rex Babylonis vaſtavit Terram Sanctam, nec erat qui reſiſteret, quia Baldewinus rex Jeruſalem infirmus & paralyticus jacebat; qui, inito conſilio cum Templariis & Hoſpitalariis, miſit per legatos ad regem Angliæ vexillum regium, cum clavibus ſepulcri Domini, & turris David, & civitatis Jeruſalem, tanquam ad hæredem terræ illius.

ANNO MCLXXXIV. Baldewinus rex Jeruſalem depoſuit ſe a regimine regni, & conſtituit Baldewinum, filium Willielmi Marchiſii & Sibyllæ ſororis ſuæ, regem in loco ſuo, & paulo poſt obiit. Et Baldewinus puer regnavit fere per duos annos. Combuſta eſt abbathia de Glaſcunbyry. Et in Scotia quidam fons fluentis aquæ, non longe a caſtello de Yrewyn, manavit ſanguine per octo dies & totidem noctes, ſine intermiſſione. Rex Henricus fecit homagium Philippo regi Franciæ pro terris ſuis tranſmarinis. Jocelinus epiſcopus Sarum factus eſt monachus Ciſtercienſis apud Fordam.

ANNO MCLXXXV. Heraclius patriarcha Jeroſolymitanus, & prior hoſpitalis de Jeruſalem, cum magno mœrore & labore venerunt ad regem Henricum in Anglia, auxilium & conſilium ab eo contra Saracenos humillime poſtulantes, quos neque ut debuit, neque ut decuit, recepit. Obiit Lucius papa; cui ſucceſſit Urbanus III. natione Lumbardus, quondam clericus, & comes in exilio individuus ſancti Thomæ quondam Cantuarienſis archiepiſcopi & martyris. Obiit Adam optimus abbas de Eveſham: ſucceſſit Rogerus nullius monaſterii monachus, abbas peſſimus.

ANNO MCLXXXVI. Obiit Walterus epiſcopus Lincolnienſis; cui ſucceſſit ſanctus Hugo prior Wythamiæ, ordinis Ciſtercienſis, ex collatione regis, & totius capituli Lincolnienſis electione. Galfridus filius Henrici regis, & comes Britanniæ, in conflictu militari apud Compendium Pariſius pedibus equorum contritus obiit, & in cathedrali eccleſia eſt ſepultus. Baldewinus rex Jeruſalem puer obiit, cujus regnum cepit Sibylla mater ejus, ut hæres, quæ, defuncto Willielmo le Marchis viro ſuo, nupſit Guidoni de Lizinant.

ANNO MCLXXXVII. Comes Tripolitanus videns, quia prædictus Guido duxerat hæredem Jeruſalem in uxorem, anxius quia putabat eam habuiſſe, & per illam in regem elevari, conſpiravit cum Saladino rege Babyloniæ, & inito fœdere, quomodo Terram Sanctam perderent, machinabantur. Unde Saladinus

cum ingenti exercitu Chriſtianos aggreditur, comeſque Tripolitanus conſerto prœlio fugit; fugerunt mox cæteri, patriarcha multiſque aliis cæſis. Rex Guido, cum cruce Domini, captus eſt. Jeruſalem, omneſque cæteræ Chriſtianorum civitates & caſtella, per Saracenos occupantur, præter Tyrum, Tripolim, & Antiochiam. Hoc audito, Urbanus papa obiit; cui ſucceſſit Gregorius VIII.

ANNO MCLXXXVIII. Obiit ſanctus Ricardus epiſcopus Ciceſtrenſis. Obiit Gregorius papa, cui ſucceſſit Clemens III. ad cujus hortatum Philippus rex Franciæ, & Henricus Rex Angliæ, Ricardus comes Pictavenſis, Philippus comes Flandriæ, Theobaldus comes Bleſenſis, Henricus comes Trecenſis, dux Burgundiæ, cum multis aliis Franciæ; Willielmus comes de Mandavilla, Ranulphus de Glanvilla, Robertus comes de Leyceſtria, & comes de Ferrariis, & multi alii comites & barones; ſed & viri eccleſiaſtici, archiepiſcopi Remenſis, Rothomagenſis & Cantuarienſis; epiſcopi Belluacenſis, Saliſbirienſis, & Norwicenſis, & inferiorum gradus multi, cruce ſignati ſunt. Imperator etiam Fredericus, cum centum & quinquaginta millibus, iter iſtud accepit. Obiit ſanctus Gilbertus Sempyngham.

# Ricardus rex.

ANNO MCLXXXIX. Obiit Henricus rex Angliæ apud Chinonem caſtellum ſuum, ſecundo nonarum Julii, ſepultuſque eſt apud moniales Fontis Ebrardi; cui ſucceſſit Ricardus comes Pictavenſis, filius ejus. Mores Henrici regis ſcripſit Radulphus Niger, hujus temporis verus hiſtoriographus. Rex Ricardus coronatur Londoniæ a Baldewino archiepiſcopo, cujus coronationi Judæi ſe ingerentes, ejecti & male tractati ſunt, ut circiter triginta Londoniæ occiderentur. Apud Eboracum ad caſtellum regis quadringenti fugientes, ſeſe mutuo peremerunt. Ponderato theſauro patris ſui, invenit rex Ricardus novies centum millia librarum in auro & argento, poſt debita ſoluta, & ſatisfacto ejus teſtamento. Imperator Fridericus in quodam fluvio verſus Terram Sanctam demerſus eſt.

ANNO MCXC. Philippus rex Franciæ & Ricardus rex Angliæ, & Philippus comes Flandriæ, archiepiſcopus Baldewinus, cum multis aliis, verſus Terram Sanctam iter arripuerunt.

Reges

3

Reges vero prædicti in Sicilia apud Meſſanam hyemabant. Baldewinus archiepiſcopus Cantuariæ, Radulphus Fulgers comes de Perche, comes Bleſenſis, Stephanus comes frater ejus, Conradus filius Frederici imperatoris, comes de Ferrariis, comes de Leyceſtria, cum multis aliis, Achon applicantes, ex peſtilentia obierunt.

ANNO MCXCI. Obiit Clemens papa; cui ſucceſſit Celeſtinus III. qui primo die pontificatus ſui Henricum filium Frederici coronavit imperatorem, & infra primum annum ſuum canonizavit ſanctum Petrum archiepiſcopum Tarentaſienſem, & & ſanctum Alredum abbatem Ryevallenſem, ambos Ciſtercienſes. Inventa ſunt oſſa regis Arthuri apud Glaſtoniam. Philippus rex Franciæ ad Achon transfretavit: Rex vero Ricardus pro victualibus quærendis in Cyprum appulſus, eam ſibi ſubjecit. Ibi duxit in uxorem Berengariam, filiam regis Navarienſis, per matrem ſuam illuc adductam: tandem in omnibus proſpere agens, ad Achon in Pentecoſta venit; captaque Achon, rex Franciæ, morbo ſimulato, repatriavit.

ANNO MCXCII. Marchiſius de Monteferrato incautius per Tyrum equitans, a duobus Saracenis, i. e. haſſaſinis, occiſus eſt; cujus uxorem rex Ricardus dedit Henrico comiti Trecenſi, cum regno Jeroſolymitano, Guidone rege conſentiente, cui rex Ricardus dedit Cyprum inſulam. Multa bella proſpere geſſit rex Ricardus in Terra Sancta hoc anno.

ANNO MCXCIII. Cum rex Ricardus totam Terram Sanctam, præter ſolam Jeroſolymam, quæ merces erat laborum, ſubjugaſſet, ac ipſam obſidere, & bello finem imponere decreviſſet, ſubito a duce Burgundiæ & exercitu Franciæ deceptus & deſertus eſt. Interim audiens fratrem ſuum Johannem regnum Angliæ affectare, & Philippum regem Franciæ Normanniam bello invaſiſſe, treugis a Saladino ſæpius poſtulatis in triennium conſenſit; & commendata Terra Sancta Henrico comiti Trecenſi, cum per Alemanniam redire diſponeret, non in coquina ducis 1 Iſtriæ, ut refertur, ſed in lecto ſuo dormiens meridie, per pueri, qui dux erat itineris, imprudentiam capitur; & duci Limpoldo, deinde imperatori Henrico oblatus, primo Treveris, deinde Warmaciæ, ſtrictius obſervatur, uſque-

1 *Lege* Auſtriæ.

quo

quo centum & quinquaginta millia marcarum imperatori & duci perſolveret. Hubertus Walteri factus eſt archiepiſcopus Cantuarienſis. Obiit Benedictus abbas Burgi; cui ſucceſſit Andreas. Saladinus apud Nazareth inter epulas ſubito obiit.

ANNO MCXCIV. Rex Ricardus liberatus a carcere, venit in Angliam, adoratiſque ſanctis Cantuariæ & Londoniæ, contra conſpiratores & complices Johannis, qui ſe Nothyngham incluſerant, ſe movit; viſaque perſona regis, ultra reſiſtere non auſi ſunt. Iterum ab Huberto archiepiſcopo Londoniis coronatur, & ſtatim in Normanniam ſe tranſtulit; ubi applicanti frater ſuus Johannes ſupplex occurrit, & cum lacrymis veniam commiſſorum petens, gratioſe optinuit. Henricus imperator regnum Apuliæ ſibi ſubjecit, ibique rebelles & epiſcopos variis pœnis excrucians, Tancredum filium Tancredi, cum Margareta matre ſua, & rege Epiri, captivos ſecum in Alemanniam duxit.

ANNO MCXCV. Terra ducis Iſtriæ pro captione regis Ricardi a Celeſtino papa interdicitur, ipſeque dux, divina ultione, cum in die ſancti Stephani ſpatiatum equitaret, equus nivibus conglobatus cecidit ſuper ejus femur, & ita contrivit, ut igne infernali percuſſum, conſilio medicorum a corpore detruncaret; & nec ſic ſanatus, agnoſcens manum Domini, & pœnitens ſe de hiis, quæ in regem Ricardum commiſerat, abſolutiſque pecuniæ reſiduæ Anglicis obſidibus, obiit. Miramolinus rex Maurorum, cum triginta regulis ex Africa, Libya, & Ægypto, in Hiſpaniam venit; fueruntque in exercitu ſuo, ut proceres Hiſpaniæ ſcripſerunt Ciſtercienſi capitulo generali, ſex decies centum millia hominum; qui paucis annis moratus, tandem confuſus rediit.

ANNO MCXCVI. Comes de ſancto Ægidio duxit ſororem regis Ricardi Johannam, quondam reginam Siciliæ, in uxorem. Rex Ricardus contra regem Francorum ubique fœliciſſime dimicaverat. Orta eſt gravis diſcordia inter Ricardum regem & archiepiſcopum Rothomagenſem pro conſtructione caſtelli de Andely, qui locus erat juris archiepiſcopi; ſed rex loci decentiam ad caſtellum conſtruendum contemplatus, in ſui juris dictionem ab archiepiſcopo abſtulit, & caſtellum conſtruxit. Inter vero Ricardum & Philippum, reges Angliæ & Franciæ, mediantibus multis, pax facta eſt, ſed ficta; pœnaque ſtatuitur quindecim millium marcarum a pacis violatore perſolvenda;

fidejuſ-

fidejuſſores obligantur. Pax per Philippum Franciæ frangitur, a fidejuſſoribus pœna regi Ricardo ſolvitur.

ANNO MCXCVII. Johanna comitiſſa de ſancto Ægidio peperit Reymundum. Rex Ricardus cepit villam ſancti Walerici; &, deſtructa villa cum monaſterio, corpus ſancti Walerici ſecum in Normanniam tulit. Henricus imperator miſit exercitum magnum in Syriam, qui, violatis treugis quas rex Ricardus compoſuerat, bellum iniit cum Saracenis; at illi pro pace violata efferati, Joppen armis capiunt, & viginti millia Chriſtianorum occiduntur: prœlium tandem committitur, Saphadinus, frater Saladini, vulneratur letaliter; duo filii Saladini capiuntur, & ſexaginta admiralli, cum multis civitatibus & caſtellis. Hoc tempore obiit Henricus imperator in ſententia pro Ricardo rege; & ideo non eſt permiſſum ſepeliri corpus ejus. Sicilia, Calabria, Apulia, & magna pars Tuſciæ, quas imperator Henricus abſtulerat domino papæ, reducitur; obituque imperatoris ventilato, exercitus rediit de Terra Sancta, & iterum a Saracenis urbes relictæ occupantur.

ANNO MCXCVIII. Obiit Celeſtinus papa; cui ſucceſſit Innocentius III. juvenis triginta annorum, dictus Lotharius: qui factus papa, ſtatim decrevit, quod capella, quam Baldewinus archiepiſcopus Cantuarienſis primo extra Cantuariam, deinde apud Habyngdon, tandem apud Lamethye contra Weſtmonaſterium conſtruxerat, & in ea canonicos ſeculares inſtituerat, eos de poſſeſſionibus, eccleſiis & redditibus monachorum Cantuarienſium præbendans, eo quod ante promotionem ſuam in cauſa illa monachorum procurator extiterit, deſtrueretur: Inſuper ſucceſſor Baldwini, Hubertus archiepiſcopus, multum promoverat, funditus everſa eſt. Ricardus rex, in multis congreſſionibus cum rege Franciæ ſemper victor, firmavit caſtellum in Sequana, quod Butanant appellavit. Fulco, ſanctus ſacerdos de Noily, cœpit prædicare in Francia, & miracula operari. Sanctus Dominicus inſtituit fratrum prædicatorum ordinem. Corpus beati Edmundi, archiepiſcopi Cantuarienſis, repertum eſt integrum.

ANNO MCXCIX. Captis treugis inter regem Ricardum & Philippum regem Franciæ, Ricardus rex movit exercitum contra vicecomitem Lemovicenſem: cauſæ variæ relatæ ſunt; cumque terras vicecomitis ferro flammaque vaſtaret, veniens ad quoddam parvum caſtellum Chalychapel, expugnata turre

per triduum, quarto die cum jam eſſet capienda, & fere inermis, cum ad murum accederet, per quarellam arcubaliſtæ in ſiniſtro humero percuſſus, nono die de vulnere mortuus eſt, & juxta patrem ſepultus. Ejus acta ſcripſerunt dominus Milo abbas de Pynn, eleemoſynarius regis, & Anſelmus capellanus regis comes ubique intus & foris: cui propria factione ſucceſſit Johannes frater ejus in regnum. Otho vero cognatus ejus, ſua procuratione imperator, Aquiſgrani eſt coronatus, Innocentio ei favente.

## Rex Johannes.

ANNO MCC. Conſtantinopolis capitur a Francis & Venetis verſus Jeruſalem, ad prædicationem Fulconis Noily, proficiſcentibus; & Baldewinus comes Flandriæ factus eſt imperator per Latinos. Obiit ſanctus Hugo, epiſcopus Lincolnienſis; cui ſucceſſit magiſter Willielmus Bleſenſis, Lincolnienſis eccleſiæ præcentor, conſecratus a Willielmo epiſcopo Londonienſi. Johannes rex Angliæ devenit homo regis Franciæ pro terris tranſmarinis; & ſtatim dedit Ludovico, cum cognata ſua domina Blanchia, filia Potiti regis Hiſpaniæ, omnes terras, urbes & caſtella, quas rex Philippus habuit in Normannia in morte regis Ricardi; qui Ludovicus mox deſponſavit eam. Arthurus etiam, filius Galfridi ducis Britanniæ, devenit homo regis Johannis de Britannia, & aliis terris ſuis, de conſenſu regis Franciæ. Divortium fit inter Johannem regem & Hawyſiam uxorem ſuam, quia conſanguinea erat. Obiit Andreas abbas Burgi; cui ſucceſſit Acharius ſancti Albani 1. Clyna fundatur, filia Reveſby.

ANNO MCCI. Euſtachius abbas Flainatenſis per Angliam diem Dominicum feriandum prædicat, & a mercaturis eodem die abſtinere hortatur; & omnes fere ad hoc voto conſtringit. Mirabilia magna per Angliam acciderunt: Sanguine vel de veſtibus, vel ex aliis rebus, ſtillante. Aeris intemperies maxima, fulgura inviſa, tonitrua crebra, & inundationes exceſſivæ. Circa hæc tempora Tartarorum dominium initium habuit.

---

1 Prior.

Pontifi-

Pontificante ergo Innocentio papa in urbe Romana, regnantibuſque in Francia Philippo, & in Anglia Johanne, regibus; apud Alemannos Othone, & apud Græcos Baldewino, imperantibus; in civitate vero ſancta Jeruſalem dominante Safadino; in urbibus Chriſtianorum Almarico de Lizinant, rege Cypri; Leone in Armenia, Cnuto in Dacia, Suero in Norweia, Willielmo in Scotia, Guthredo in Man, Johanne Curcy in Ulneſtria. Doctores noſtri prædicaverunt diabolum eſſe ſolutum, juxta Apocalypſin Johannis c. xii. Hic finit chronica Rogeri de Hoveden.

ANNO MCCII. Fulco Preſbyter de Noily, qui plures ad iter Jeroſolymitanum ſollicitaverat, obiit. Iterum orta eſt diſcordia inter Philippum regem Franciæ & Johannem regem Angliæ, ſemper ipſo Philippo terris Johannis tranſmarinis inhiante; unde Gurnatum, cum aliis multis urbibus & caſtellis capit; Arthurum etiam faciens militem cum Pictavienſibus contra regem Johannem mittit, quem ipſe apud Mirabel cum ducentis & quinquaginta militibus, & aliis ſervientibus, capit: qui Arthurus in cuſtodia patrui ſui Johannis regis Angliæ, dubium quo caſu, obiit; nec eſt inventum ſepulchrum ejus uſque ad diem hanc. Vulgatiſſimum eſt, quod in mari peremptus piſcibus eſt projectus. Tranſlatio ſancti Gilberti magiſtri Sempynghamiæ.

ANNO MCCIII. Canonizatio ſancti Wlſtani epiſcopi Wygornienſis, catalogo ſanctorum per Innocentium inſcripta, & per Malgerum epiſcopum Wygornenſem procurata. Alienora primo regina Franciæ, poſtea Angliæ, mater vero trium regum, Henrici, Ricardi, & Johannis, obiit. Philippus rex Franciæ, judicio curiæ ſuæ, pro morte Arthuri cognati ſui, de terris ſuis tranſmarinis regem Johannem privat. Robertus comes Leyceſtriæ obiit, cujus comitatum Simon de Monteforti & Saerus Quency inter ſe dividunt; eo quod Saerus, & pater Simonis, ſorores prædicti comitis duxiſſent in uxores. Obiit Hubertus Cantuarienſis archiepiſcopus; cui, contra regis voluntatem, ſucceſſit magiſter Stephanus de Langeton, apud Romam a monachis Cantuarienſibus electus, & a papa confirmatus. Monachi Cantuarienſes exulant, bona eorum confiſcantur.

ANNO MCCIV. Rex Angliæ Johannes fecit, ex omnibus portibus Angliæ, claſſem maximam, & in victualibus ac armis apparatum copioſum apud Porceſtriam congregari; fortiſſimorumque

rumque militum exercitu grandi collecto, ad transfretandum, & revocandum patrias amiſſas in partibus tranſmarinis; ſubitoque exercitus redire jubetur, & naves ſuis portibus reſtituuntur, cum maxima omnium indignatione. Rex Philippus lætus effectus, Normanniam, Andegaviam, ſine ſanguine fere capit: Rothomagi muros & caſtella, poſt inducias conceſſas, nemine defenſante, ſolo tenus evertit, cives ſupplices ſine miſericordia cædit. Dancaſtria integre combuſta eſt. Abbathia de Bello Loco Regis fundata eſt.

ANNO MCCV. Magiſter Willielmus de Bramfeld, ſubdecanus Lincolniæ, ſeptimo kalendarum Octobris, die dominica, in majori eccleſia occiſus eſt. Willielmus Bleſenſis, epiſcopus Lincolnienſis, obiit; cui ſucceſſit Hugo II. Viſæ ſunt duæ lunæ in cœlo ejuſdem quantitatis, quarum cornua ſibi cohærebant ex una parte, ex alia ſeparatim fluctuabant; ſed tandem conveniebant, ſcilicet, eclipſis particularis. Stephanus Preſbyter cardinalis ad titulum ſancti 1 Griſogoni, natione Anglicus, qui in curia Romana theologiam legebat, a domino papa in archiepiſcopum conſecratur. Baldewinus imperator Conſtantinopolitanus, cum multa prœlia in Græcia ſtrenue geſſiſſet, in obſidione Adrianopolis a fratre ſuo occiſus eſt latenter, & imperavit pro eo.

ANNO MCCVI. Johannes [Ferentinus] apoſtolicæ ſedis legatus venit in Angliam, & apud Redynges concilium celebrat; ubi Joſelinus conſecratus eſt in epiſcopum Bathonienſem a prædicto legato, Johanne Ferentino. Robertus abbas de Rameſey renunciavit abbathiæ: Graviſque querela monachorum Eveſhamenſium propoſita eſt coram legato, de abbate loci illius; ſed legatus argento ligatus, negotium reliquit infectum. Johannes rex expeditionem movet, & captis paucis munitionibus, ſtatim redit. Circa vero purificationem ſanctæ Mariæ facta eſt taxatio tertiæ decimæ partis omnium catallorum, tam religioſorum quam cæterorum, exceptis Ciſtercienſibus, pro adquirendis terris tranſmarinis. Sanctus Franciſcus fecit ordinem fratrum minorum.

ANNO MCCVII. Diu expectato, & ſacris epiſtolis crebro regis aſſenſu ad electionem Stephani requiſito, dominus papa,

1 *Alias* Chryſogoni.

data

data benedictione, eum ad eccleſiam ſuam mittit. Rex vero pro viribus obſiſtens, hoſtem publicum proclamat, qui eum vel nomine archiepiſcopi honoraret. Monachi a Cantuaria expulſi, pedites in Franciam recedunt, ubi non deſeruit in ſe ſperantes Deus. Regina Angliæ peperit filium nomine Henricum, poſtea regem Angliæ. Otho rex Romanorum venit in Angliam, accitus a rege Johanne cognato ſuo; ſed cito redit in Alemanniam. Brachium ſancti Oſwaldi regis & martyris oſtenſum eſt regi Johanni apud Burgum.

ANNO MCCVIII. 1 kalendarum Aprilis generale interdictum, ab adventu ſancti Auguſtini in Angliam omnino incognitum, per Angliam & Walliam, propter expulſionem archiepiſcopi, & monachorum Cantuarienſium ejectionem, extitit promulgatum. Exulabat Galfridus archiepiſcopus Eboracenſis, eo quod regi contradiceret, ab eccleſiaſticis ſicut a laicis tertiam decimam extorquenti. Ciſtercienſes ſuis privilegiis innitentes, interdicto non obediunt. Epiſcopi & omnes perſonæ eccleſiaſticæ diſſeiſantur. Rex Franciæ capit barones Flandriæ. Regina Angliæ peperit filium, nomine Ricardum, poſtea regem Alemanniæ.

ANNO MCCIX. Ciſtercienſes mandato domini papæ interdictum obſervant. Johannes rex, poſt plures ammonitiones, tandem anathemati ſubjicitur; unde epiſcopis omnibus fere exulantibus, præter Wyntonienſem, qui negotia regis inſtantiſſime procurabat, viri eccleſiaſtici ſupra modum vexantur. Monachorum nigrorum poſſeſſiones confiſcantur. Clerici, laicorum more, crucibus ac gladiis condempnantur. Eccleſiis tandem 2 proventualibus per Angliam indultum eſt, ſemel in ebdomada celebrandi divina, excluſis tamen ſecularibus, voceque ſubmiſſa. Otho Romæ a papa Innocentio in imperatorem ſolempniter ſublimatur.

ANNO MCCX. Johannes rex, congregato exercitu magno, Hiberniam petit, captiſque caſtellis, & Hugone de Laſcy, qui magna parte Hiberniæ occupata rebellaturus putabatur, fugato, pacata terra redit. Wallenſibus etiam tumultuantibus, Willielmi Branſe uxore & filiis fame necatis, ſiluit terra in conſpectu ejus. In reditu iſto Ciſtercienſes in multis locis uſque ad

1 *Supple* Nono. 2 Ita MS.

nates denudantur. Imperium Conſtantinopolitanum, occiſo comite ſancti Pauli ſecundo imperatore Latinorum, propter crebras mutationes fere exterminatum eſt. Gravis diſcordia inter papam & imperatorem Othonem. Acharius, abbas Burgi obiit; cui ſucceſſit Robertus de Lyndeſey.

ANNO MCCXI. Johannes rex Angliæ contra Leulinum in Wallia exercitum ducens, citiſſime rediit; eo quod Wallenſes, adventum ejus metuentes, omnia exterminio tradidiſſent: ſed rex, in magna copia victualibus comparatis, ad Walliam reverſus eſt, hoſtibuſque ad deditionem compulſis, cum gloria remeavit. Jam in Hibernia, Wallia, & Scotia, non erat, qui regi contramutiret; quod nulli patrum ſuorum contigiſſe notum eſt: fœlix ergo, niſi terræ tranſmarinæ receſſiſſent.

ANNO MCCXII. Londoniæ tria millia hominum igne & aqua perierunt. Reguli Wallenſium, papa eos provocante, & a fœdere anno præcedente cum Johanne rege inito recedere, nec non a ligancia & juramento ei præſtitis abſolvente, inſuper interdictum per Walliam ea conditione relaxante, eundem regem infeſtant: unde vehementer commotus, ſuſpenſis obſidibus, exercitum magnum contra eos parat; ſed vulgato quoſdam magnatum Angliæ, literis domini papæ annuentibus, contra eum conſpiraſſe, omnes in ſua tabernacula revertuntur. Capti ſunt nonnulli ejus familiariſſimi ſola ſuſpicione. Caſtellum Banguardi evertit: Mittit etiam nuncios, qui dominum papam placarent; ipſe nuſquam, niſi manu armata, procedens. Petrus de Wakefeld, pſeudopropheta, carceri mancipantur.

ANNO MCCXIII. Epiſcopi Angliæ trans mare exulantes papam adeunt, de injuriis ſibi multipliciter illatis conquerentes; unde papa Philippo regi Franciæ & cæteris principibus tranſmarinis ſcribit, quod niſi rex Johannes reſipiſceret, ipſi in remiſſionem peccatorum terram de tyranno liberarent. Ipſi rem votis mille petitam audientes, claſſem & victualia parant. E contra, Johannes rex de omnibus portibus Angliæ, ad partes auſtrales in anchoris naves cum exercitu coadunat. Tandem cum nunciis regis nuncius etiam domini papæ, Pandulphus nomine, venit; deferens in mandatis, quod ſi judicio eccleſiæ obedire vellet, quatuor de primis regni in animam regis jurarent, formam ſatisfactionis, quæ aſſignanda eſſet, ſe adimpleturum. Juraverunt ergo, comes Boloniæ, Willielmus comes de

de Warenna, Willielmus comes de Ferreris, Willielmus comes Sarum, frater regis. Conditio talis erat: quod regnum Angliæ de domino papa, per redditum mille marcarum annuatim perſolvendum, teneret: & rex conſentit, & cartam confirmavit, abſolutuſque eſt a ſententia. Præfata vero claſſis Anglica, cum Franci ad alia intenderent, claſſem Francorum invadit, captis trecentis navibus, pluribus etiam combuſtis, cum gloria redierunt: reſiduum indignatus rex Francorum gratis combuſſit; reverſique ſunt de exilio, archiepiſcopus Stephanus, Willielmus epiſcopus Londonienſis, Euſtachius Helienſis, Ægidius Herefordienſis, Jocelinus Bathonienſis, Hugo Lincolnienſis, monachi Cantuarienſes, omneſque clerici & laici hac cauſa exulantes. Petrus de Wakefeld cum filio pſeudopropheta ſuſpenduntur.

ANNO MCCXIV. Vacabant ſedes cathedrales, Eboracenſis, Dunelmenſis, & abbathia de Wytheby: in Cantuariæ vero provincia, epiſcopatus Ceſtrenſis, Wygornenſis, Exonienſis, Ciceſtrenſis; abbathiæ ſancti Edmundi, ſancti Auguſtini Cantiæ, Redyng, ſancti Benedicti de Holmo, ſancti Martini de Bello, Rameſey, Burgi, Cirenceſtriæ, & Eveſham, quæ in manu regis erant univerſæ. Rex libenter conceſſit, ut iſtis eccleſiis vacantibus paſtores providerentur, dummodo ſecundum formam & conſuetudinem regni fieret; ſed contra nitentibus epiſcopis, & querentibus, ut juxta canonum ſcita talia fierent, remanſerunt viduatæ omnes eccleſiæ cathedrales. Abbathiæ nonnullæ ad electionem proceſſerunt, ut rex nullum intruderet, neminem nominaret, ſed tantummodo regalia in ſignum conſenſionis conferret: Interdictumque ſic, quod ſex annis, tribus menſibus, ſexdecim diebus duraverat, relaxatum eſt ſexto nonas Julii, viris religioſis non facta reſtitutione bonorum; Pandulphus regis nutui tam favebat.

ANNO MCCXV. Dominus papa, pro Terræ ſanctæ ſubventione, & univerſæ eccleſiæ Dei proviſione, decrevit generale concilium Romæ agendum: quare in omnem terram Chriſtianorum ſtatuit viros virtutis a latere ſuo tranſmittendos; unde in Angliam miſſus eſt Nicolaus Tuſculani epiſcopus, legatus domini papæ, ut in ejus præſentia rex promiſſum, quod ſanctæ eccleſiæ fecerat, adimpleret; quod & fecit: nam ei vice domini papæ hominium fecit & ligantiam, dans cartam ſuam auro bullatam, & mille marcas argenti, in ſubjectionis ſignum, & annuum cenſum, quem ei annuatim promiſerat, perſolvendum.

vendum. Depoſuit iſte legatus abbatem Weſtmonaſterii, & præfecit Willielmum priorem Frontoniæ. Depoſuit etiam Rogerum, nullius monaſterii monachum, abbatem peſſimum de Eveſham, & præfecit loco ejus Ranulphum priorem Wygorniæ; Rogerum de priore de Chirebure præfecit Burtoniæ, & Ricardum abbatem de Selby præfecit Rameſey: abbatem vero de Bardeney ſe gratis dimittentem depoſuit, & Petrum priorem, hominem peſſimum, de Lentone, loco viri optimi collocavit. Hoc tempore rex Arragoniæ vocatus ab hæreticis contra Simonem de Monfort, qui erat dux exercitus Domini contra hæreticos, a cruce ſignatis, in bello cum multis occiſus eſt. Romæ concilium Lateranenſe ſecundum celebratum eſt, ubi epiſcopi quadringenti, abbates & priores octingenti & ultra, procuratorum non erat numerus. Iterum diſcordia orta eſt inter regem Johannem & proceres regni, pro ſcutagio a quibuſdam negato.

ANNO MCCXVI. Contra regem ſtabant viriliter Galfridus de Mandavilla comes Eſſexiæ, Saerus Quincy comes Wyntoniæ, Rogerus comes Clarenſis, Henricus comes Herfordenſis, Rogerus Bygot comes Norfolciæ, David comes Huntyngdoniæ, & Robertus comes de Ver, & Ægidius epiſcopus Herefordenſis, ex proceribus; Robertus filius Walteri, Euſtachius de Veſci, & multi alii. Iſti fugientes ad Philippum regem Franciæ, Ludovicum primogenitum ſuum in regem & dominum elegerunt. Interim rex Roffenſe caſtrum captum ſubvertit: præſidium etiam Colceſtriæ capit; cumque quaſi ſola Londonia reſtaret, venit Ludovicus cum manu valida Francorum; primo Cantuariæ, deinde Londoniæ, cum magno gaudio exceptus, fidelitates capit, caſtra multa & urbes capit, quas ſuis diſtribuit. Rex autem Johannes, & Gualo legatus, cum gladio materiali & ſpirituali contra pugnantes modicum profecerunt. Receſſerunt etiam a rege proximi ejus, & amici ejus, timore magis quam amore; viz. comes de Warenna, cognatus regis, & comes Sarum, frater regis, comes de Arundel, comes de Albamarle, & Robertus comes de Ver. Rex vero cædibus & incendiis vacans, de Northfolk verſus Lyndeſey per abbathiam Swyneſhevede venit; ubi, ſecundum quoſdam, potionatus tranſiit Slafford, ubi ſupra modum diſſenteria vexatus, in lectica ad caſtellum de Newerk portatus obiit; cujus viſcera apud Crokeſton condita ſunt, corpus vero Wygorniæ delatum, ac in eccleſia cathedrali ſepultum eſt. Succeſſit ei in regnum filius ejus

Henricus,

3

Henricus, novem annorum puer, quem Willielmus Mariſcallus, comes de Pembrok, & Ranulphus comes Ceſtriæ, cum cæteris, qui patrem ſequebantur, vivaciſſime fovebant, & prælati univerſi, cum legato: Wallici Ludovicum ſequebantur. Rex Henricus Gloverniæ coronatur in feſto apoſtolorum Simonis & Judæ. Obiit Innocentius papa; cui ſucceſſit Honorius.

# Rex Henricus tertius.

Anno MCCXVII. Prævaluerunt regales contra Ludovicum, eo quod Franci, qui cum illo erant, terram radicitus devorabant; unde corda populi contra illos maxime provocaverant. Apud Lincolniam cominus pugnatum eſt, ubi comes Perticenſis cæſus eſt, cum multis aliis. Comes Wyntoniæ, comes Herefordiæ, comes Northfolk, & Robertus filius Walteri, totius exercitus capitanei, capiuntur; cæteri nudi Londoniam fugerunt. Poſtea navale bellum regales cum novo exercitu Ludovici committentes, victores exiſtunt. Euſtachius le Moyne, pirata cruentus, cum multis aliis, occiduntur. Tandem inter partes pax facta eſt, procurante archiepiſcopo Stringonenſi, & abbatibus Ciſtercii & Clarevalliæ, qui mediatores venerant, ut pacem formarent. Pacata pecunia Ludovico, nomine expenſarum, quas veniendo fecerat, abſolutus eſt: redditis omnibus munitionibus, & ſuis captivis receptis, tandem cum pace receſſit. Rex Londoniæ hominia & fidelitates recepit. Obiit Otho imperator; cui ſucceſſit Fredericus II. Honorius papa ordinem fratrum prædicatorum confirmat: ſanctum etiam Hugonem Lincolnienſem canonizavit, Petrumque Altiſiodorum comitem in Conſtantinopolitanum imperatorem coronavit, & imperatorem Alemanniæ Fredericum Siculum fecit, & poſtea rebellem excommunicavit.

Anno MCCXVIII. Stephanus archiepiſcopus, regno pacato, reverſus eſt in Angliam, quia tempore concilii generalis Romæ moratus eſt, deferens ſecum literas commendatitias regi & regni tutoribus, a quibus, & a toto regno honorifice & amantiſſime receptus eſt. Sylveſter epiſcopus Wygornienſis eccleſiam Wygorniæ cathedralem dedicavit ſeptimo idus Junii; & ipſo die corpus ſancti Wlſtani epiſcopi tranſtulit, præſentibus quinque epiſcopis, abbatibus & aliis prælatis multis; qui poſt

paululum ægrotans, apud Rameſey obiit: corpus vero ad propriam ſedem eſt relatum, & honorifice tumulatum. Simon etiam de Monteforti in obſidione Toloſæ dimicans contra hæreticos, lapide percuſſus obiit. Galo legatus diligentem fecit inquiſitionem de obſervatione interdicti per eum tempore guerræ promulgati; pro qua tranſgreſſione tam clericis quam religioſis varias & graves pœnas inflixit, & maxime pecuniarias. Obiit David comes Huntyngdoniæ.

ANNO MCCXIX. Galo legatus a domino papa vocatus Romam, cum infinita pecunia eſt reverſus, Pandulpho Norwicenſi electo loco ipſius ſubrogato. Obiit inclytus comes de Penbrok, Willielmus Mariſcallus, tutor regis, cujus tutela commendata eſt per legatum Ranulpho comiti Ceſtriæ, & Hugoni de Burgh, ſummo Juſticiario regni. Caſſata autem electione magiſtri Roberti Eboracenſis, & Galfridi archidiaconi Norwycenſis, ad epiſcopatum Elienſem electorum; ſcripſit dominus papa ſcilicet, archiepiſcopo Cantuarienſi, & Pandulpho legato, ac epiſcopo Sarum, quatenus eccleſiæ Helienſi virum ydoneum providerent: qui mandatum exſequentes, poſt varias altercationes Johannem abbatem de Fontibus elegerunt. Ranulphus vero comes Ceſtriæ, & Ranulphus comes de Ferreris, & Willielmus Mariſcallus junior, & Johannes Conſtabularius Ceſtriæ, cum multis aliis cruce ſignatis, iter Jeroſolymitanum adorſi ſunt; poſt quorum adventum Damieta capta eſt, magis miraculo divino quam opere humano. Occiduntur Saraceni abſque numero, Chriſtianorum ſanguine nullo effuſo; Domino pro eis contra incredulos dimicante, & mirabilia operante.

ANNO MCCXX. Circa mediam Quadrageſimam Pandulphus legatus convocavit concilium tam procerum quam prælatorum, propter quædam negotia regis & regni; ubi Johannes abbas de Fontibus in Helienſem epiſcopum eſt conſecratus, & in annunciatione dominica in ſede ſua honorifice receptus. Poſt octabas Paſchæ iterum Londoniæ proceres & prælati convocantur; ubi Robertus quondam abbas de Thorney, propter quoſdam exceſſus depoſitus, de Roma veniens, literas domini papæ ſecum detulit; in quibus idem papa mandavit Pandulpho legato & Stephano Cantuarienſi archiepiſcopo, quatenus rex Henricus, regis Johannis filius, in regem ſublimaretur, iterum coronandus, eo quod prima ejus coronatio, propter regni turbationem, minus ſolempniter quam decuit facta fuerit. Quapropter quia Stephanus

Stephanus archiepiſcopus regem, propter ejus innocentiam, tenerrime diligebat, ex hoc mandato plurimum exhilaratus, convocatis eccleſiæ prælatis & regni primoribus, legati conſilio, Londoniæ die Pentecoſtes ab eodem ſolempniter eſt inunctus, & in regem ſancti Edwardi regali diademate ſullimatus, anno tertio decimo ætatis ſuæ nondum expleto: ſedatoque quodam tumultu Willielmi comitis de Albamarle; poſtquam Ranulphus comes Ceſtriæ & ſui redierant, celebrata eſt tranſlatio ſancti Thomæ archiepiſcopi Cantuarienſis, præſentibus ipſo rege Henrico, & Pandulpho legato, cum tribus archiepiſcopis, i. e. Remenſi, Cantuarienſi, & Stringonenſi de Hungaria, ſeptendecim epiſcopis, prælatis, & magnatibus plurimis, de tota Chriſtianitate congregatis, & plebe innumerabili, a venerabili archiepiſcopo Cantuarienſi, ſcilicet, nonas Julii, anno paſſionis ſuæ quinquageſimo, venientibus ad tranſlationem, vel infra quindecim dies accedentibus, mille quingenti & quadraginta dies, ab archiepiſcopis & epiſcopis qui aderant, indulgentiæ computantur. Saierus Quency & Robertus filius Walteri apud Damietam obierunt.

ANNO MCCXXI. Poſt natale Domini, Willielmus comes de Albamarle pacem regiam fregit; non contentus de malis, quæ ſui in caſtello de Byam perpetrabant, etiam caſtellum de Foderynghey furtim invadebat, & poſitis cuſtodibus protervis, guerram contra regem motam prædicabat, ipſumque ducem belli: inſuper ſcribens civitatibus, ſe conductum omnibus mercatoribus præſtaturum cum mercimoniis offerebat. Excommunicatur a legato Pandulpho & ſeptem epiſcopis, in concilio quodam Londoniæ poſt octabas epiphaniæ celebrato, nominatim, cum omnibus fautoribus præſentibus & futuris. Ranulphus comes Ceſtriæ ſe ducem belli contra rebellem pollicetur: cumque omnes prædictum comitem nimis exoſum propter ſuorum violentias unanimiter perſequerentur, terga vertens ad ſuas munitiones in borealibus deſertis ſe ſubtraxit. Willielmus Londonienſis epiſcopus præ ſenio epiſcopatui ceſſit, & Euſtachius de Faucunberg, regis theſaurarius, ſucceſſit. Alexander rex Scotiæ apud Eboracum duxit in uxorem Johannam, regis Henrici ſororem, Waltero de Gray, archiepiſcopo Eboracenſi, ſolempnitatem celebrante. Walterus legatus ſigna legationis depoſuit, & cito poſt ab Anglia receſſit: Stephanus vero archiepiſcopus Cantuarienſis de Roma reverſus eſt, & pro rege contra pacis viola-

tores

tores potenter laborat. Damieta redditur Saracenis pro cruce Chriſti, & pro captivis Chriſtianis quotquot in vinculis habebant.

ANNO MCCXXII. Stephanus archiepiſcopus Cantuarienſis celebravit concilium generale Oxoniis, in eccleſia de Oſeney, epiſcopis ſuffraganeis & aliis prælatis totius provinciæ generaliter comparentibus; ubi quædam inſtituta concilii generalis ſub Innocentio papa celebrati, cum quibuſdam adjectionibus, pro emendatione cleri & populi, ſolempniter ſunt recitata: quorum duo nobilia hic inſinuanda ſunt; unum ad prælatos, viz. quod omnes prælati, tam epiſcopi quam abbates, ad annum ſuos camerarios mutare teneantur, ut plures habeant teſtes ſuæ ſanctimoniæ & caſtitatis. Aliud ad ſubditos; quod omnes tam monachi quam moniales, quamcunque regulam profeſſi, ſemel in anno profeſſionem ſuam in capitulis ſuis palam omnibus recitabunt, ut ſemper illius memores fiant ad Deum devotiores. In concilio illo ſacerdos quidam & diaconus ſunt degradati a domino Cantuarienſi archiepiſcopo; ſacerdos pro homicidio, diaconus pro ſacrilegio & furto. Diaconus alius, qui ad Judaiſmum a fide apoſtataverat, & ſe fecerat circumcidi, extra eccleſiam degradatus fuit a domino Cantuarienſi coram populo, & poſt degradationem traditus judicio laicalis curiæ, igne comburitur. In degradando, cum archiepiſcopus caſulam, vel ſtolam, vel aliud quid baculi paſtoralis extremitate ſullevando ammoveret, hiis terminis uſus eſt: *Exautoramus te.* Ductus eſt etiam in concilio laicus quidam, qui ſe promiſerat crucifigi, in quo omnia cicatricum vulnera Chriſti in manibus, & pedibus, & latere perforatis, apparuerunt. Adducta eſt etiam quædam mulier, quæ ſe Mariam nominabat, & dixerat, quod miſſam poterat celebrare, ad quod calicem & patenam habebat: hii duo in muris lapideis incluſi, vitam terminarunt, non cum Domino reſurgentes. Obiit Robertus de Lindeſey, abbas Burgi; cui ſucceſſit Alexander abbas. Pandulphus conſecratur in epiſcopum Norwycenſem.

ANNO MCCXXIII. Obiit Philippus rex Franciæ; cui ſucceſſit Ludovicus primogenitus ejus. Dominus Johannes de Brethnes, rex Jeruſalem, venit in Angliam, Terræ Sanctæ ſubſidia procurans; promiſſumque eſt & conceſſum communi conſilio regni ad Terræ Sanctæ ſubſidium, quod a ſingulis comitibus tres marcæ darentur, a ſingulis baronibus una marca, a ſingulis

3

gulis militibus duodecim denarii, a ſingulis domos habentibus unus denarius. Henricus rex Angliæ, cum ad annos diſcretionis perveniſſet, conſilio fretus ſubtiliori, caſtella multa, ab alienigenis & indigenis detenta, ad ſuum dominium revocavit: Unde Falchaſius de Brutena [*vulgo* de Breant] Normannus, quem, pro ſtrenuitate ſua in ſuo ſervicio, Johannes rex Angliæ a ſatellite paupere etiam comitibus parificaverat, donando ei in conjugium comitiſſam de With, cum vidiſſet ſe ſuper cedros exaltatum, etiam in Libano, dedignabatur habere parem: tam ſuperbus ad magnates, tam injurioſus ad cives & pauperes, quod tam majores quam minores mala illi imprecantur, maledicentes; ut dicebatur, ſuggeſſit Ludovico regi Franciæ, ut Pictaviam invaderet; promiſitque ut regem ita in medio terræ ſuæ occuparet, ut ad alia negotia tractanda extra regnum non ſufficeret. Interim Willielmus de Brente, frater ipſius Falchaſii, qui cuſtos erat ex parte Falchaſii caſtelli ſui de Bedford, quod inexpugnabile credebatur, & de jure ſpectabat ad Willielmum de Bellocampo, aſſumptis ſecum ſatellitibus, juſticiarium domini regis itinerantem, Henricum de Baybrok, captum, in dicto caſtro in vinculis conſervat: unde regis ira, & totius regni indignatio, vehementer in Falchaſium exarſerunt.

ANNO MCCXXIV. Rex, communicato cum proceribus regni conſilio apud Northampton, ad caſtellum de Bedeford expugnandum, cum omni bellico apparatu, profectus eſt. Confeſtim caſtris in gyro circumpoſitis, locum obſidendo vallavit; machinis ergo petrariis delonge, deprope vero ſuibus aquas foſſarum emungentibus, deinde arietibus muros quatientibus, non tamen ſine cæde ſuorum & magnatum ſanguine multo, ad extremum perventum eſt; obſeſſi, quamvis inviti, tandem ſe dederunt: rex vero omnes in caſtro repertos vita privavit; octoginta enim in patibulo ſunt ſuſpenſi. Uxor dicti Falchaſii cuſtodiæ committitur comiti Warennæ; caſtrum dirutum ſolo coæquatur. Ipſe Falchaſius abjurat terram, nunquam rediturus in illam; qui, cum apud Feſcamp applicaret, ibi captus, & ad regem Ludovicum adductus, incarceratur apud Compendium, nec abſolutus niſi per mandatum apoſtolicum regi Franciæ Ludovico pro eo directum. In illa obſidione conceſſum fuit ab omni clero & populo, domino regi, viz. de ſingulis carucis epiſcoporum & abbatum in baronia, ſimiliter & hominum ſuorum, dimidium marcæ, & a ſingulis carucis omnium non

tenentium in Baronia, & hominum ſuorum, duo ſolidi darentur. Eodem anno, O dolor & pluſquam dolor! O peſtis truculenta, fratres minores venerunt in Angliam.

ANNO MCCXXV. In concilio apud Londoniam rex Henricus conceſſit libertates, tam eccleſiæ quam regni, a foreſtis, ſicut cartæ ſuæ inde confectæ teſtantur. Item in eodem concilio, pro prædictarum libertatum conceſſione, quinta decima domino regi omnium mobilium, de communi aſſenſu, per totam Angliam conceſſa eſt; exceptis de equitaturis, & carectariis, armis, granariis, vaſis, utenſilibus, lapidibus, jocalibus, & libris clericorum, & ornamentis eccleſiarum: Et ad hanc quindecimam fideliter perſolvendam obligati ſunt, per ſententiam excommunicationis, totius regni uterque ſexus, præterquam de ordine Ciſtercienſium, Præmonſtratenſium, Templariorum & Hoſpitalariorum. Obiit Honorius papa; cui ſucceſſit Hugolinus, Hoſtienſis epiſcopus, in papatum electus, & vocatus Gregorius IX. Iſte ſanctam Elizabetham, filiam regis Hungariæ, & relictam Langravii ducis Turyngiæ, canonizavit. Compilavit etiam iſte, per fratrem Raymundum ordinis prædicatorum pœnitentiarium, & capellanum ſuum, ex pluribus voluminibus unum librum decretalium; mandans ubique doctoribus illo uti: Sententiam etiam, quam Honorius in Fredericum, eccleſiæ Dei oppreſſorem fulminaverat, roboravit. Galfridus epiſcopus Helienſis conſecratus eſt.

ANNO MCCXXVI. Obiit Alexander abbas Burgi; cui ſucceſſit Martinus. Obiit ſanctus Franciſcus, adinventor ordinis fratrum minorum. Ricardus etiam comes Cornubiæ, frater regis, cum magno exercitu adivit Pictaviam. Hoc tempore Falchaſius curiam Romanam adiens, gravem querelam de juſtitiariis regis Angliæ, & totius terræ epiſcopis, in audientia domini papæ propoſuit, dicens: "Piiſſime pater, cum ex injuſta "archiepiſcopi Cantuarienſis & omnium epiſcoporum ſententia, multa mihi dampna provenerunt, ſicut amiſſio caſtri mei, "& rerum interius contentarum; interfectio fratris mei, & aliorum conſanguineorum meorum, nec non & aliorum, qui "[ad] me jure familiæ pertinebant; & infamia gravis, qua inter "vicinos meos, apud quos clarueram, per deteſtationem ipſorum prælatorum aſperſus ſum; ſpoliatio uxoris meæ, filii mei, "& aliorum conſanguineorum meorum; detentio bonorum "meorum, ac demum exilium, quod abſque culpa mea ſuſtineo:

"cum

" cum nulla ratio patiatu, ut terra defenſa per me carere de-
" beam; ſupplico ſanctitati veſtræ, quatenus mihi famulo ve-
" ſtro, in honorem crucifixi, & in memoriam devotionis,
" quam ſemper habui ad eccleſiam Romanam, & habiturus
" ſum, talem mihi procuretis juſtitiam reddi, quod manifeſte
" pateat prodeſſe, ſub veſtra vixiſſe fiducia; & periculoſum eſſe
" injuſtis & calumpnioſis prælatis, abjecta ſedis apoſtolicæ re-
" verentia, legem facere pro ſuæ voluntatis arbitrio, qua bo-
" num & malum & e converſo cenſeant, ponentes lucem tene-
" bras, &c. In omnibus autem prædictis imploramus officium
" benignitatis veſtræ, ut ſtatus meus, qui generaliter concuſſus
" eſt & læſus, per veſtræ pietatis auxilium reformetur."

ANNO MCCXXVII. Orta eſt gravis diſcordia inter Henricum regem, & Ricardum Mariſcallum, & Gilbertum Baſſet, & Hubertum de Burgo; eo quod, alienigenæ in terra dominantes, indigenas ad pulverem humiliabant: iſti enim pro indigenis æmulabantur. Ricardus etiam ſpeciali cauſa iratus, eo quod avitam hæreditatem Mariſcallorum, jam ad ipſum devolutam, rex in manu ſua teneret, & illi non redderet; quare ad arma proceſſum eſt. Hugo de Burgo, comes Canciæ, capitur, & in caſtro de Diviſis cuſtodiæ mancipatur; unde cuſtodum incuria evadens, ad eccleſiam confugit: caſtellani vero, eccleſiæ libertatem parvi pendentes, eum de eccleſia extrahunt, & in carcerem retrudunt; ſed per epiſcopum Sariſbirienſem de vinculis ereptus, eccleſiæ reſtituitur. Ricardus Mariſcallus in Hiberniam ſeceſſit. Martinus abbas Burgi ſolvit ad ſcaccarium regis, pro disforeſtatione Naſſa de Burgo, quinquaginta marcas argenti. Obiit Brianus de la Mare; & dominus rex tranſiens per illas partes, fecit ſeiſire in manu ſua terram dicti Briani, quia fuit foreſtarius de Keſteven & de Hoyland: Et abbas Martinus quæſivit breve regis ad Hugonem Nevyle, tunc Juſtitiarium foreſtæ, de inquiſitione facienda, utrum prius fuerunt prædeceſſores dicti Briani feoffati de domo Burgi, an de foreſta: Et capta inquiſitione apud Bernak per duodecim legales homines, & regi tranſmiſſa, adjudicata eſt warda dicti Briani abbati de Burgo, & ſuis ſucceſſoribus imperpetuum. Et idem abbas ſtatim conceſſit eandem wardam domino Radulpho Nevyle, epiſcopo Ciceſtriæ, tunc regis cancellario 1.

1 Hæc de warda Briani narratio deſumpta eſt ex Rob. Swaphamo, in vita Martini abbatis Burgi.

ANNO

ANNO MCCXXVIII. Obiit magiſter Stephanus archiepiſcopus Cantuarienſis ſexto idus Julii. Cum dominus papa celebraret concilium Romæ, viæ per mare & per terram ad concilium venientium præcluduntur: unde duo cardinales, & multi prælati, epiſcopi, & abbates, & alii clerici, maxime per mare venientes, per imperatoris fautores capiuntur. Dominus papa imperatorem excommunicavit, & omnes barones Alemanniæ a ſua fidelitate abſolvit. Franci cruce ſignati ſunt in pectore contra Albigenſes. Obiit epiſcopus Londonienſis Euſtachius; cui ſucceſſit Rogerus. Obiit Galfridus de Burgo, epiſcopus Helienſis. Miracula creberrime facta ſunt ad feretrum ſancti Thomæ, archiepiſcopi Cantuarienſis.

ANNO MCCXXIX. Ricardus Magnus in archiepiſcopum Cantuarienſem conſecratur quarto nonas Auguſti. Willielmus Mariſcallus junior obiit. Dominus papa literas ſuas ſupplicatorias & comminatorias domino regi Angliæ, pro ſupradicto Falchaſio, cum magiſtro Othone, ſubdiacono & capellano ſuo, deſtinavit; & poſt nonnullas prædicationes, ſupplicationes, & exhortationes pro prædicto Falchaſio domino regi factas, ſupplicat papa & rogat, ut omnia quæ amiſerat, tam in rebus mobilibus quam immobilibus, exceptis mortuis, ſibi reſtituantur: Et dicit papa pro prædicto Falchaſio, ex quo quod in aliquo exceſſit, & quod imprudenter offendit; ſed grandia merita, quæ præceſſerant, ſibi etiam gravis culpæ debuerunt veniam impetrare, & a pœna ejus commotionem tuam vel omnino retrahere, vel ſaltem digno moderamine mitigare. Scholares Paryſienſes ceſſabant legere per annum pro infeſtatione civium. Inſuper hoc anno erat Simon prior primo præfixus in priorem prioratus Spaldyng.

ANNO MCCXXX. Rex Henricus cum magno exercitu transfretavit in Britanniam, in ſpe hæreditatis ſuæ recuperandæ; unde infecto negotio, & amiſſis pro peſtilentia multis de magnatibus ſuis, ſine laude & gloria cito reverſus eſt. Reymundus de Burgo, Gilbertus de Clare, & alii multi, ibidem obierunt. Gregorius papa, cum ab imperatore, qui tunc ex magna parte patrimonium eccleſiæ occupaverat, in urbe obſideretur, videns etiam pene omnes Romanos per pecuniam corruptos eſſe, excipiens capita apoſtolorum, & proceſſionem a Laterano uſque ad ſanctum Petrum faciens, animos Romanorum ſic revocavit, ut pene omnes Romanos contra imperatorem

cruce

cruce ſignaret; quod imperator, qui jam credebat ſe urbem intraturum, audiens, ab urbe longius timens receſſit.

ANNO MCCXXXI. Obiit Ricardus Magnus, archiepiſcopus Cantuarienſis; cui ſucceſſit magiſter Edmundus de Abyngdonia, theſaurarius Saliſbirienſis. Obiit ſanctus Antonius de ordine fratrum minorum. Factus eſt magnus terræ motus parumper ante mediam noctem, ſexto kalendarum Februarii. 1 Hoc tempore, in regno Ferandi regis Tholetani, in Hiſpania, quidam Judæus comminuendo unam rupem pro vinea amplianda, in medio lapidis invenit concavitatem unam, nullam penitus diviſionem vel ſciſſuram habentem, & in concavitate illa reperit librum, quaſi folia lignea habentem; qui liber tribus linguis ſcriptus, viz. Hebraice, Græce, & Latine, tantum literarum continebat quantum unum Pſalterium; & loquebatur de triplici mundo ab Adam uſque ad Antichriſtum, proprietates hominum cujuſcunque mundi exprimendo. Principium vero tertii poſuit in Chriſto, ſcilicet, "In tertio mundo Filius "Dei naſcetur ex virgine Maria, & pro ſalute hominum patietur." Quod legens Judæus, cum domo ſua baptizatus eſt. Scriptum etiam erat, quod tempore Ferandi, regis Caſtellæ, liber deberet inveniri.

ANNO MCCXXXII. Compoſitio prima facta erat inter Conſtantium abbatem Andegavenſem, & prædictum Symonem priorem Spaldyngiæ. Inſuper eodem anno, ſive anno proximo ſequenti juxta quoſdam, obiit Ranulphus, comes Ceſtriæ & dominus de Bolyngbrok, apud caſtrum ſuum de Walyngford, in vigilia Simonis & Judæ. Iſte fuit inclytus & glorioſus valde in toto regno: cujus hæreditas, quia non habuit prolem, diviſa eſt inter quatuor ſorores; ſcilicet, Matildem, uxorem David comitis; Mabiliam, uxorem comitis de Arundel; & Agnetem, uxorem Willielmi comitis de Ferrariis; & Hawyſiam, quæ nupſit Roberto Quyncy, comiti Wyntoniæ. De terris ejus, ſenior ſoror ſortita eſt comitatum Ceſtriæ; i. e. Matildis, quæ peperit Johannem de Scotia, poſtea comitem Ceſtriæ. Iſte Johannes habuit quatuor ſorores; ſcilicet, Margaretam, quæ nupſit Alano de Galwey, & habuit filiam nomine Deynagelam, quæ nupſit Johanni de Balyolf. Secunda ſoror Johannis,

1 Futilem hanc hiſtoriolam ipſiſſimis verbis narrat Martinus Polonus, ſub anno 1249. unde noſter tranſtulit.

dicta Iſabella, nupſit Roberto Breus, quæ peperit Robertum regem. Tertia ſoror, Matildis, obiit innupta. Quarta ſoror, Ada, nupſit Henrico Haſtyng, quæ peperit Henricum Haſtyng juniorem. Iſti tres cognati poſtea poſuerunt clameum in regno Scotiæ: Johannes filius Johannis Balyolf, Robertus filius Roberti Breus, & Henricus filius Henrici Haſtyng. Hawyſia vero Quyncy, quarta ſoror Ranulphi, ſortita eſt comitatum Lincolniæ, quæ peperit Margaretam, 1 . . . . Mariſcalli comitis de Penbrok, 2 quo mortuo, nupſit Johanni de Lacy, conſtabulario Ceſtriæ, cujus filius fuit Edmundus Lacy, cujus filius Henricus Lacy, cujus filia & hæres erat Aleſia de Lacy, quæ obiit anno Domini MCCCXLIX.

ANNO MCCXXXIII. Gregorius papa Reate beatum Dominicum, inventorem & magiſtrum ordinis fratrum prædicatorum, Bononyæ ſepultum, & miraculis multis coruſcantem, canonizavit, a confirmatione ejuſdem ordinis anno decimo octavo, & a morte ejus anno undecimo. Frater etiam Jordanus, totius ordinis prædicatorum magiſter, vita & ſcientia laudabilis, & doctrina admirabilis, ultra mare, ubi ad prædicandum Saracenis ierat, in portu maris obiit. Martinus etiam abbas Burgi obiit; cui ſucceſſit abbas Walterus. Super Angligenas invaleſcentibus alienigenis, indigenæ graviſſime moleſtantur. Sanctus Edmundus archiepiſcopus Cantuarienſis, qui compatriotarum oppreſſionibus condolebat, & poſtpoſito Dei timore, ſanctam eccleſiam ſuis maleficiis ancillari cotidie anxius conſiderabat, tandem pro domo Domini ſe offerens defenſorem, exilio pellitur. Ricardus Mariſcallus, cum omnibus ſuis abaregiis & alienigenis, exlegatur. Obiit Gregorius papa; ſucceſſit Celeſtinus IV. Iſte fuit epiſcopus Sabinenſis, vita & ſcientia laudabilis: ſenex & infirmus, cito moritur.

ANNO MCCXXXIV. Celeſtino papa mortuo, ſucceſſit Innocentius IV. Hic ſedes cardinalium a multo tempore vacuas, electis perſonis de diverſis mundi partibus, reſtauravit. Sanctus Edmundus ad Romanam curiam ſe transferens, ut dominum papam de negotiis ſuis conſuleret, vel forte quia in Domino confidens, munera non præmiſit: dum in feſto ſancti Benedicti dominus papa omnes prælatos, qui aderant, ad poculum

1 *Forte* uxorem Walteri. 2 *Forte* quæ primo nupſit.

caritatis

caritatis invitavit, ibant ſinguli: ipſe ſanctus, vel forte quia non rogatus ſolus, cum cæteris non advenit. Accidit autem, quendam juvenem coram omnibus occidi; quod ipſe audiens, Deo gratias agit, quod eum morti funeſtæ noluit intereſſe. Omnes Edmundum mirantur, quod fuit abſens. Ricardus etiam Mariſcallus, cum Hiberniam adiſſet, & ſua defenſare armis decreviſſet, ſubito cum contra regales aciem diſpoſuiſſet, a ſuis deſertus, ad mortem cæſus eſt; cui ſucceſſit in comitatum, ſed poſt multam difficultatem, frater ejus Gilbertus. Innocentius IV. confirmat ordinem fratrum heremitarum ſancti Auguſtini, dans eis regulam nigrorum canonicorum.

ANNO MCCXXXV. Henricus rex dedit ſororem ſuam Iſabellam Frederico Romanorum imperatori in uxorem: ipſe vero filiam comitis Provinciæ, Alianoram, ſibi aſſumpſit in uxorem, ſororem reginæ Franciæ; tertiamque ſororem duxit Karolus, poſtea rex Siciliæ, frater Ludovici regis, & proavus Roberti regis, qui ultimo regnavit. Iſte comes Provinciæ carens maſculo hærede, diviſit terras ſuas iſtis tribus filiabus ſuis; i. e. ſeniori filiæ ſuæ, reginæ Franciæ, terras ſuas cis imperium; Avinionemque, cum adjacente provincia, ſecundæ filiæ, reginæ Angliæ; tertiæ vero filiæ dedit terras ſuperiores, uxori Karoli prædicti. Hugo Wellenſis, epiſcopus Lincolnienſis, obiit; cui ſucceſſit magiſter Robertus de Groſſeteht.

ANNO MCCXXXVI. Prædictus magiſter Robertus Groſſeteht in epiſcopum Lincolnienſem conſecratur. Iſte erat in omnibus ſeptem artibus liberalibus eruditiſſimus.

ANNO MCCXXXVII. Otho, cardinalis legatus, venit in Angliam, & celebravit concilium Londoniæ in cathedrali eccleſia ſancti Pauli. Ruina eccleſiæ Lincolnienſis, propter artificii inſolentiam. Item quarto nonarum Octobris dedicata eſt eccleſia de Burgo ſancti Petri a duobus epiſcopis, viz. a ſancto Roberto Lincolnienſi, & 1 . . . . . . Exonienſi. Obiit dominus Henricus de Longo Campo, abbas Croylandiæ, ad cujus petitionem magiſter Petrus Bleſenſis, archidiaconus Bathonienſis tunc eloquentiſſimus, vitam ſancti Guthlaci heroico ſtylo, & magiſter Henricus metrico ſtylo, venuſtiſſime dictaverunt. Obiit 2 . . . . . . cui ſucceſſit Ricardus, cellerarius de Bardeney.

1 Willelmo de la Bruere. 2 *Forte* iſte Henricus abbas.

ANNO

ANNO MCCXXXVIII. Orta eſt diſcordia inter clerum Oxonienſem & familiares legati domini papæ, apud Oſeney, die ſancti Georgii martyris; & ibidem interfectus eſt cocus legati; pro cujus interfectione plures de clericis præcepto domini regis incarcerati ſunt. In craſtino Epiphaniæ rex Angliæ Henricus Alienoram ſororem ſuam, relictam Willielmi Mariſcalli junioris, comitiſſam de Penbrok, non obſtante quod cœlibatum voverat, dedit in uxorem Simoni de Montfort, comiti Leyceſtriæ; unde comes Ricardus, frater eorum, plurimum indignatur; & ſanctus Edmundus Cantuarienſis connubium illud dampnat; unde iterum exilio pellitur. Genuit de illa comes Simon quinque filios, & unam filiam, ſcilicet, Henricum, Simonem, Almaricum, Guidonem, Ricardum, & Alienoram. Quidam clericus infatuatum ſe ſimulans, donec ſecretum regis exploraſſet, nocte quadam apud Wodeſtoke clam ingreſſus per feneſtram, regem interficere diſpoſuerat; qui poſtmodum apud Coventriam tractus in quatuor partes, membratim diviſus eſt. Eodem anno Otho cardinalis, ad reformationem ordinis ſancti Benedicti, omnes abbates nigri ordinis Londoniæ convocavit.

ANNO MCCXXXIX. Natus eſt Edwardus primogenitus, filius Henrici regis, apud Weſtmonaſterium, decimo quarto kalendarum Julii. Obiit Pandulphus legatus; cui ſucceſſit in epiſcopatum Norwycenſem Willielmus de Raulyngham. Sanctus Edmundus cernens cotidie injurioſorum malitiam prævalere, & privatas ammonitiones ac obſecrationes nihil omnino efficere, cum ſuffraganeis concilio habito, injuſtos occupatores libertatum, juriſque Cantuarienſis eccleſiæ perturbatores, aperte excommunicat: cumque nec tali modo errantes corrigi conſpiceret, ſcienſque domini papæ legatum nummos ac munera quærere, recedere de medio Babylonis gratis elegit, Pontiniacumque adivit.

ANNO MCCXL. Sanctus Edmundus, Cantuarienſis archiepiſcopus, apud Francos migravit ad Dominum, & Pontiniaci ſepelitur; cui ſucceſſit Bonefacius Burgundus. Rex Henricus fecit jurari fidelitatem filio ſuo Edwardo a civibus Londoniæ, & aliis regni magnatibus. Eodem anno regina peperit filiam, Margaretam nominatam; Ricarduſque comes Cornubiæ, & frater regis, transfretavit verſus Terram Sanctam. Abbathia de Haylis ab eodem circa hæc tempora fundata eſt, filia de Bello Loco Regis.

ANNO MCCXLI. Rex Henricus aureum feretrum, ad reponendum reliquias ſancti Edwardi regis & confeſſoris apud Weſtmonaſterium, fecit ex ſumptibus propriis fabricari. Natus eſt Edmundus, filius regis, proavus domini Henrici, ducis Lancaſtriæ, qui obiit anno Domini MCCCXL. Eclipſis lunæ quarto kalendarum Maii, & eclipſis ſolis erat ſecundo idus Octobris. Innocentius papa IV. ab imperatore in Roma obſeſſus, in forma pauperis de manibus hoſtis evaſit, & cum Januenſium auxilio in Gallias devenit. Otho legatus in Anglia, & Jacobus Præneſtinus in Francia, per Piſanos capiuntur, & imperatori cum multis aliis prælatis commendantur. Obiit domina Hawiſia Quyncy, comitiſſa Lincolniæ.

ANNO MCCXLII. Rex Henricus, ut adquireret ſibi terras ſuas tranſmarinas, transfretavit in Gaſconiam ſecundo nonas Maii, quem conſequuta eſt domina regina, quæ apud Burdegalam peperit filiam, nomine Beatricem. Ricardus etiam comes Cornubiæ, rediens per Alemanniam de Terra Sancta, ab imperatore Frederico multum honoratur. Crebra miracula fiunt ad tumbam ſancti Edmundi archiepiſcopi Cantuarienſis apud Pontiniacum. Tonitrua magna audita ſunt decimo ſexto kalendarum Januarii: Inſuper eodem anno ſecunda compoſitio facta eſt inter Jacobum, abbatem monaſterii beati Nicolai Andegaviæ, & prædictum Symonem, priorem prioratus Spaldyngiæ.

ANNO MCCXLIII. Rediit rex Angliæ de Gaſconia, ſine gloria vel honore. Templarii apud Acon Hoſpitalarios hoſtiliter obſiderunt, & in eorum contumeliam & contemptum, treugas per comitem Ricardum cum Soldano Babylonis per conſilium Hoſpitalariorum prudenter initas, imprudentiſſime violarunt. Petrus de Rochys epiſcopus Wyntonienſis obiit.

ANNO MCCXLIV. Miſit dominus papa in Angliam quendam pecuniæ extortorem, dictum magiſtrum Martinum, non legatum, ſed legati poteſtatem in omnibus prætendentem. Nefandiſſimus proditor, Walterus Byſet, cum complicibus, non deſtitit aures regias incantare, quouſque grandi exercitu coadunato, contra Alexandrum regem Scotiæ partes petiit boreales: cui cum innumerabili multitudine occurrit rex Scotiæ uſque Peſtelant; ſed ad inſtantiam maxime archiepiſcopi Eboracenſis, & aliorum magnatum, concordati ſunt.

ANNO MCCXLV. Innocentius papa IV. celebravit concilium Lugdunenſe, in quo concilio imperator Fredericus eſt

depoſitus, tanquam hoſtis eccleſiæ condempnatus: ubi etiam dominus papa canonizavit ſanctum Edmundum, Cantuarienſem archiepiſcopum, creberrimis & manifeſtis miraculis coruſcantem; & ſanctum Petrum Mediolanenſem, de ordine fratrum prædicatorum ab hæreticis interfectum; & ſanctum Scavillanum, epiſcopum, ab iniquo principe cæſum. Obiit Walterus, abbas Burgi; cui ſucceſſit Willielmus de Hotoft.

ANNO MCCXLVI. Willielmus præpoſitus Beverlacenſis factus eſt epiſcopus Sariſbirienſis. Obiit Ricardus, abbas Croylandiæ, quondam cellerarius de Bardeney; cui ſucceſſit Thomas de Welle, in abbatem electus. Facta eſt etiam mutatio monetæ per Angliam. Principes Alemanniæ elegerunt Langravium ducem Turringiæ in imperatorem.

ANNO MCCXLVII. Contigit terræ motus per diverſa loca Angliæ, & Franciæ. Similiter decimo nono kalendarum Januarii contigit eclipſis lunæ in nocte ſequente, ipſo crepuſculo incipiente.

ANNO MCCXLVIII. Ludovicus rex Franciæ movet expeditionem in Terram Sanctam, ubi poſt lætum principium, triſtem exitum eſt ſortitus: intrando enim capit Damietam, & per ſuperbiam Roberti comitis Atrebatenſis poſt modicum tempus cæſus eſt Chriſtianorum exercitus, & ipſe captus eſt Ludovicus: ſed hæc poſtea. Henricus rex petiit ſubſidium a prælatis, unde Willielmus abbas Burgi dedit ei centum libras argenti, cui cedenti ſucceſſit Johannes de Kaleto.

ANNO MCCXLIX. Ludovicus rex cepit Damietam, & rex Angliæ cepit crucem pridie nonarum Martii apud Weſtmonaſterium; quod iter filius ejus dominus Edwardus poſtea pro eo fecit.

ANNO MCCL. Obiit Fredericus imperator, ab Auguſto, qui primus fuit, nonageſimus quintus. Ludovicus rex Franciæ in Terra Sancta per Saracenos eſt captus, & Willielmus Longeſpee, comes Sariſbirienſis, ibidem cum multis aliis eſt occiſus; Ludovicuſque redditur Chriſtianis in eſcambium pro Damieta, quæ data eſt Saracenis. In Dacia, Henricus rex Danorum ab Abel fratre ſuo in mari eſt demerſus.

ANNO MCCLI. Conradus filius Frederici, ut, mortuo patre, regnum Siciliæ ſumeret, per mare in Apuliam venit, & capta Neapoli, muros illius funditus evertit, qui ſequenti anno cum infirmaretur, pro medicina veneno ſumpto, mortuus eſt. Rex

etiam

etiam Danorum Abel, cum Friſones ſubjugare vellet, occiditur ab eiſdem.

ANNO MCCLII. Alexander, filius & hæres Alexandri regis Scotiæ, duxit in uxorem Margaretam, filiam regis Angliæ, apud Eboracum, die natalis Domini. Magna ſiccitas, calorque maximus erat. Obiit Symon, prior Spaldyngiæ, qui licet a principio erat dativus, ad inſtantiam tamen & executionem ſolicitam, ac tractatum diligentem, bonæ memoriæ, Hugonis Lincolnienſis, epiſcopi ſecundi, & nobilis viri Ranulphi, comitis Ceſtriæ & Lincolniæ, ejuſdem loci patroni, cum Conſtantio abbate Andegavenſi, mandatum ſufficiens a conventu Andegavenſi componendi tunc habente, ſuper nonnullis oppreſſionibus & gravaminibus dicti prioratus, ad amicabilem compoſitionem erat ductus. Qui quidem abbas Conſtantius & Symon prior, de conſenſu dictorum diœceſani, & patroni, ſic compoſuerunt apud Brampton juxta Huntyngdone, ut ex tunc priores Spaldyngiæ per diœceſanum inſtituerentur, ac immobiles permanentes, plenam adminiſtrationem in ſpiritualibus & temporalibus obtinerent. Per quam quidem compoſitionem, idem prior Symon confirmatus primo erat per dictum epiſcopum, & pro ſuo perpetuo inſtitutus. Mortuo quoque memorato abbate Conſtantio, ſucceſſit eidem quidam Jacobus; volens hujuſmodi compoſitionem totaliter infirmare, ac etiam penitus ex toto caſſare, venit ad prioratum Spaldyngiæ, prædictumque Symonem priorem ſic perpetuum, & alios dictæ domus miniſtros, contra eandem compoſitionem, voluit finaliter depoſuiſſe. Super quo idem prior Symon, & ſuus conventus, prædictum Jacobum abbatem, & ſuum conventum, ad curiam papalem procurarunt evocari; ubi dicti Jacobus abbas, & conventus Andegavenſis, coram domino papa Innocentio IV. propoſuerunt, ſe & monaſterium ſuum, per eoſdem Symonem priorem, & conventum Spaldyngiæ, a ſubjectione prioratus ſui in ſpiritualibus & temporalibus ſpoliatos, petentes a domino papa ad hujuſmodi ſubjectionem ſe plene reſtitui. Qua lite in dicta curia per quindecim annos ſic pendente, ac ipſis abbate & conventu extra omnimodam poſſeſſionem ſpiritualium & temporalium prioratus Spaldyngiæ, juxta eorum propriam aſſertionem judicialiter factam, exiſtentibus; ſecundo compoſitum extiterat inter partes; per quam compoſitionem eiſdem abbati & conventui nihil attribuitur temporale, niſi quædam annua præſtatio quadra-

quadraginta librarum, & mora quatuor monachorum: Quæ quidem compoſitio, per dominum papam facta, Lugduni confirmatur, de verbo in verbum totaliter recitata. Omnes vero priores Spaldyngiæ, ante tempus iſtius Symonis, primo electi & perpetui miſſi fuerant ab abbate Andegavenſi, & ad ejus libitum, quando ſibi placeret, amovebantur: omnes etiam decanos eccleſiæ inſtituit & amovit; qui cum ſic amoti fuiſſent, quicquid de officiis ſuis colligere poterant, verſus partes tranſmarinas aſportabant, & in ſuos proprios uſus expendebant. Erat autem iſte prior Symon ex genere militari ſatis clarus, eccleſiamque ſuam a ſervitute graviſſima liberavit, & jura quamplurima amiſſa recuperavit. Superborum ruſticorum ſuorum adverſus eum erigentium colla ita propria virtute calcavit, ut ex hoc liberi homines terrerentur. In omnibus hiis curiam prioratus ampliavit, domos ædificavit, eccleſiam veterem in novam conſtruxit, & clauſtrum novum, dormitorium, infirmariam, cameram ſuam, domos hoſpitum; & magna vaſa ænea in bracina de novo emit: & in omnibus hiis ſemper fructuoſe abundavit, & gratia Dei cum illo erat. Erat autem inter omnes prælatos munificus. Ipſe autem ad ſuum convivium in civitate Londonienſi regem invitavit, cum comitibus & baronibus; &, ut hoc obtineret, munera larga diverſis magnatibus dedit: quapropter epiſcopus Lincolniæ multum ſibi erat infeſtus, & eum depoſuiſſe voluit a ſede ſua. Multa quidem alia bona tempore ſuo fecit, quæ hic non ſunt ſcripta: rexitque eccleſiam ſuam, vivens in mandatis Domini, annis viginti tribus; & obiit in ſenectute bona, pridie idus Martii: ſepultuſque eſt in eccleſia, quam ipſe conſtruxit, in dextera parte ipſius aulæ; cui ſucceſſit Johannes, domus ejuſdem tunc eleemoſynarius, & in eadem villa natus & nutritus.

ANNO MCCLIII. Henricus rex Angliæ transfretavit, ut pacaret terras ſuas tranſmarinas, quem ſecutus eſt Alanus, hoſtiarius Scotiæ, & hoſtes regis Angliæ fortiſſime debellavit. Obiit ſanctus Robertus Groſſeteth, epiſcopus Lincolnienſis, octavo idus Octobris; & tertia die ſequenti contigit inundatio maris maxima, faciens multa dampna. Hoc anno Johannes electus eſt in priorem Spaldyngiæ, & a Roberto Groſſeteth, tunc epiſcopo Lincolnienſi, confirmatus.

ANNO MCCLIV. Dominus Henricus de Lexington conſecratus eſt epiſcopus Lincolnienſis Londoniæ, ab archiepiſcopo Cantua-

Cantuarienſi Bonefacio. Rediit etiam rex Angliæ de Gaſconia, facto milite filio ſuo Edwardo, & uxore ſibi aſſumpta filia regis Caſtellæ. Item de mandato domini papæ Innocentii IV. dederunt clerici & religioſi decimas regi, de terris & redditibus ſuis: & eodem anno obiit Innocentius papa IV. cui ſucceſſit Alexander IV. Thomas de Welle, abbas Croylandiæ, David abbas de Thorney, & Willielmus abbas de Rameſey, obierunt.

ANNO MCCLV. Crucifixus eſt quidam puer Chriſtianus, nomine Hugo, ætate novem annorum, apud Lincolniam: quapropter multi ſunt ſuſpenſi, & duo tracti Londoniæ. Obiit Walterus Eboracenſis archiepiſcopus; cui ſucceſſit Sewaldus.

ANNO MCCLVI. Conſecratus eſt magiſter Sewaldus in archiepiſcopum Eboracenſem, & ſuſpenſus eſt ſtatim ab officio ſuo per clericum domini papæ uſque ad obitum ſuum; & hoc papa ignoravit. Principes Alemanniæ imperii electores in duo ſe dividentes, quidam regem Caſtellæ, quidam Ricardum comitem Cornubiæ ad imperium elegerunt. Ricardus coronatus eſt a ſuis Mediolano die ſancti Hilarii.

ANNO MCCLVII. Henricus rex Angliæ Wallenſes debellavit, a quibus devictus ad propria rediit.

ANNO MCCLVIII. Obiit magiſter Sewaldus archiepiſcopus Eboracenſis; cui ſucceſſit magiſter Goffridus de Ludham. Obiit Henricus epiſcopus Lincolnienſis; cui ſucceſſit magiſter Ricardus de Graveſhend, apud Cantuariam conſecratus. Eodem anno proviſi duodecim conſiliarii, qui una cum rege ordinarent de regno Angliæ, qui multa ordinaverunt, & ad ea tenenda omnes de regno tam ſervi quam liberi juraverunt. Per hos ejecti ſunt fratres regis pariter cum multis alienigenis de terra. Magna fames erat in terra.

ANNO MCCLIX. Omnes ad proviſiones Oxonienſes juraverunt. Dominus Edmundus Laſcy, Comes Lincolniæ, obiit; cui ſucceſſit filius ejus Henricus Laſcy. Transfretavit rex Henricus in Franciam, & cum rege Franciæ concordatur. Conſtantinopolis, quæ olim per Francos & Venetos capta fuerat, per 1 Palilogum Græcorum imperatorem grandi prœlio recuperatur.

---

1 *Lege* Palæologum.

ANNO MCCLX. Interdicta eſt civitas Eboracenſis per archiepiſcopum loci propter quaſdam injurias, quas cives archiepiſcopo & capitulo intulerunt; & duravit interdictum a capite Quadrageſimæ uſque in ebdomadam Paſchæ. Rex Hungariæ procerus, habens in exercitu ſuo, tam Chriſtianorum quam paganorum, ducenta & quadraginta millia, a rege Boemiæ cum centum millibus equitum occurrente vincitur: ex colliſione vero equorum & armorum tantum pulveris movebatur, quod clara die vix homo hominem cognoſcebat: tandem Hungari, rege eorum vulnerato, terga vertentes, in quodam flumine quatuordecim mille ſubmerſi ſunt.

ANNO MCCLXI. Miſit dominus papa literas univerſis principibus Chriſtianis, & archiepiſcopis ſingulis, ut quilibet in ſua ditione omnes prælatos adunaret, cujuſcunque eſſent dignitatis ſeu ordinis, nulluſque ſe excuſaret, quin, non obſtante aliquo privilegio, ad diem ſtatutum conveniret; & omnes ſic adunati, habito invicem diligenti colloquio, reſcriberent domino papæ, quid conſultius eſſet agendum Chriſtianis contra Tartarinos, qui in multitudine infinita limites Chriſtianorum fuerant tunc ingreſſi: quo momento temporis victi ſunt Tartari a paganis. Obiit Alexander papa; cui ſucceſſit ex patriarcha Jeruſalem Urbanus IV.

ANNO MCCLXII. Commiſſa eſt prædicatio crucis prædicatoribus, & minoribus. Canonizatus eſt ſanctus Ricardus, epiſcopus Ciceſtrenſis. Guerra etiam incepit, propter proviſiones Oxonienſes non obſervatas, inter alienigenas & indigenas: partem alienigenarum fovebat rex & regina, Edwardus filius eorum, Ricardus frater regis, & Johannes Maunſel, & alii; indigenas vero fovebant Symon de Monteforti, & plures comites, & barones, principes Walliæ, cives Londonienſes, & tota fere communitas totius terræ.

ANNO MCCLXIII. Urbanus papa regnum Siciliæ, quod Manfredus violenter obtinuerat, Karolo comiti Provinciæ, fratri regis Francorum, ut ab illo eriperet, dedit. Prævaluit pars domini Symonis de Monteforti, & ejecit de terra omnes alienigenas, præter illos, quorum moram fideles regis acceptabant. Rex vero mare tranſivit, ut conſuleret regem Franciæ ſuper proviſionibus Oxoniæ, qui arbiter eſt electus: ipſe vero prima vice eas approbavit, voluit tamen ut deprædata injuſte reſtituerentur; ſecunda vice dampnavit, & quod rex ad nullam earum tene-

teneretur, decrevit. Altera pars ſententiæ contradixit, & acrius inſtabat, ut conſervarentur. Regina in receſſu ſuo de Londonia vix evaſit manus improperantium ſibi.

ANNO MCCLXIV. Creſcente diſcordia inter regem & barones, commiſſum eſt bellum de Lewes die ſancti Bonefacii, & ceciderunt regales, captique ſunt rex Henricus per Gilbertum de Clare, & rex Alemanniæ Ricardus per Johannem Giffard; captique etiam comes Herefordiæ, Philippus Baſſet, Henricus Perſy, Robertus Brus, Johannes Comyn, Robertus Taterſale, Willielmus Bardolf, cum filiis & aliis viris potentibus & magnis, viz. viginti & quinque vexillariis. Fugerunt autem comes de Warenna, Willielmus de Valencia, Guido de Lizinum, Hugo Bygot, cum multis aliis. Dominus Edwardus ſe obſidem dedit pro Henrico rege patre ſuo, & Henricus de Alemannia pro rege Ricardo patre ſuo. Obiit papa Urbanus; cui ſucceſſit Clemens IV. Obiit Godefredus archiepiſcopus Eboracenſis; cui ſucceſſit magiſter Walterus Giffard, epiſcopus Bathonienſis.

ANNO MCCLXV. Comes Gloverniæ receſſit a comite de Leyceſtria, ad quem dominus Edwardus de cuſtodia lapſus ſe tranſtulit, &, junctis viribus, apud Eveſham comitem de Leyceſtria cum ſuis ſubito aggrediuntur, & occidunt, cum multis aliis; fuitque numerus exhæredatorum ſeptendecim millia, & amplius. Tenuit ergo rex parliamentum apud Northamptoniam, ubi uxor domini Symonis, ſoror regis, cum omnibus filiis, exilio condemnantur. Londonienſes ſe vicies mille marcis redimebant, majoribus & ditioribus deprædatis & exhæredatis. Octhobonus etiam legatus venit in Angliam, qui in concilio apud Novum Templum Londoniæ celebrato, Symonem de Monteforti, omneſque fautores ejus & complices excommunicavit; divinis cum, ut aſſerebant multi, miraculis coruſcabant.

ANNO MCCLXVI. Ceperunt exhæredati civitatem Lincolniam, & interfecerunt omnes Judæos, quos extra caſtellum invenerunt, & bona eorum diripientes, libros eorum, & cartas, & omnia monumenta eorum, quibus Chriſtianis poterant nocere, in medio civitatis ignibus combuſſerunt. Obſeſſum eſt caſtrum de Kenylworth a craſtino ſancti Johannis Baptiſtæ uſque ſancti Thomæ apoſtoli, in quo major fuit dominus Henricus Haſtyng; tunc redditum eſt caſtellum, ſalvata ipſorum [vita] & omnibus quæ in caſtro habebant. Quidam exhæredatorum inſulam Helyenſem obtinentes, totam patriam in

gyrum deprædantur, villam Norwyci irrumpentes decimo ſeptimo kalendarum Januarii, de multis divitiis ditati ſunt.

ANNO MCCLXVII. Orta eſt diſcordia inter regem & comitem Gloverniæ, qui Londoniam ingreſſus, munitiones ejus occupavit a Paſcha uſque ad feſtum ſancti Johannis Baptiſtæ: tandem facta pace, ſuper altare ſancti Pauli comes juravit, ſe arma contra dominum regem, niſi pro ſua defenſione, nunquam portaturum: Londonienſibus comiti faventibus vitam cum membris rex conceſſit. Soldanus etiam Babyloniæ, Armenia devaſtata, Antiochiam capit, &, omnibus Chriſtianis martyrizatis, eam funditus evertit. Inſula etiam Helyenſis reddita eſt domino Edwardo, qui eiſdem pacem regiam ſub forma de Kenylworth conceſſit. Decima totius cleri data per dominum papam domino regi per triennium, & ſic fere per guerras & exactiones populus periit: ſicut populus, ſic ſacerdos. Legatus commiſit prædicationis officium de cruce fratribus prædicatoribus, & minoribus.

ANNO MCCLXVIII. Celebravit legatus concilium in Londonia circa feſtum ſancti Marci, ubi abſolvit tam regales quam barones ab omni ſententia excommunicationis, & ab omni juramento illicito; & poſt nativitatem ſancti Johannis Baptiſtæ prædictus legatus Octhobonus, cum dominum Edwardum, & comitem Gloverniæ, ac alios multos cruce ſignaſſet, verſus Italiam transfretavit. Ricardus etiam rex Alemanniæ verſus Terram Sanctam iter ſuum arripuit. 1 Conradus vero nepos imperatoris Frederici, parvi pendens domini papæ excommunicationem, cum grandi exercitu Alemannorum, plurimis Lumbardis & Tuſcis adjunctis, imperiali more Romam ingreſſus, ſolempniter eſt receptus; unde cum domino Henrico, ſenatore urbis, fratre regis Caſtellæ, & Romanis multis, Apuliam contra Karolum regem Siciliæ conterens, habenſque ſecum ſexdecim millia equorum loricatorum, bello inito eſt devictus, & captus, ac cum nobilibus, proprii oris judicio, ab ipſo Karolo decollatus. Obiit Clemens papa: iſte uxorem & filios habuit, famoſus & conſiliarius domini regis Franciæ; tandem uxore mortua, factus eſt epiſcopus Podienſis, inde archiepiſcopus Narbonenſis', tandem Sabinenſis epiſcopus & cardinalis, in

---

1 *Lege* Conradinus.

papam

papam eſt promotus, tumque vigiliis & orationibus intentus in tantum, ut multas eccleſiæ tribulationes Deus ejus meritis tunc extinxiſſe videretur; vacavitque ſedes annis tribus, menſibus duobus, diebus decem.

ANNO MCCLXIX. Edmundus, filius Henrici regis, duxit in uxorem filiam & hæredem comitis Albemarliæ. Dominus rex tranſtulit ſanctum Edwardum in novum preſbyterium, quod mirifico opere præparaverat, ipſum in Novo Loco recondens die tranſlationis antiquæ. Dominus Edwardus, filius regis, ſuper negotio Terram Sanctam adeundi mutuo recepit a rege Franciæ ſeptuagies mille marcas, cunctis terris Edwardi tranſmarinis regi Franciæ obligatis; quam ſummam pecuniæ niſi infra triennium perſolveret, dictæ terræ Edwardi perpetuo regi Franciæ remanerent; & quod una cum rege proficiſceretur in Terram Sanctam, eidem regi, quaſi unus ex propriis baronibus, fideliter obtemperaturus; ſuper quo filium ſuum Henricum nomine, obſidem regi miſit. Obiit Bonefacius Cantuarienſis archiepiſcopus; cui ſucceſſit frater Robertus de Keylwardby, prior provincialis fratrum prædicatorum in Anglia.

ANNO MCCLXX. Dominus Ludovicus, rex Franciæ, verſus Terram Sanctam cum magno exercitu circa medium Quadrageſimæ iter ſuum arripuit; & dominus Edwardus ſecutus eſt eum in autumpno proximo conſequenti. Rex Franciæ itinerando verſus Terram Sanctam, in inſula quadam, quæ eſt Times, obiit; filii etiam regis, & rex Navarriæ, & legatus domini papæ, & epiſcopus Albanenſis, cum maxima multitudine, in Chriſtiano exercitu peſtilentia ſæviente, mortui ſunt. Dominus vero Edwardus, cum archidiacono Leodienſi, incolumes ad Acon applicantes, cum maximo a Chriſtianis gaudio recepti ſunt; ubi moram per annum faciendo, in ſuo conclavi a quodam Saraceno in brachio ſuo lethaliter eſt vulneratus; & audita morte patris ſui, captiſque treugis decem annorum cum Soldano Babylonis, in Angliam remeavit. Henricus, filius Ricardi regis Alemanniæ, a Guidone de Monteforti & Symone fratre ſuo, dum rediret a Tripoli, apud Viterbium in eccleſia eſt occiſus. Obiit pater ejus Ricardus rex Alemanniæ, & ſepultus eſt apud Hayles.

ANNO MCCLXXI. Obiit Henricus rex Angliæ apud Londoniam, die ſancti Edmundi archiepiſcopi & confeſſoris, & in eccleſia ſancti Petri Weſtmonaſterii, quam conſtruxerat a fun-

 damentis,

damentis, honorifice eſt ſepultus. Rediitque, audita morte patris, Edwardus filius ejus de Terra Sancta, ſoluſque de principibus ſuperſtes eſt relictus. Karolus rex Siciliæ, tutor Chriſtiani exercitus, qui circa ducenta millia pugnatorum, credebatur ſufficiens ad totum paganiſmum cum Dei adjutorio ſubjugandum, ſi probum ducem habuiſſent. Treugæ per dominum Karolum datæ ſunt, ſub multis pactis hic non ponendis. Pro expenſis domini Karoli quinquaginta millia librarum a paganis perſolvuntur, diſperſuſque eſt Chriſtianorum exercitus: Cumque Chriſtiani ad ſua rediſſent, treugis & pactis violatis; Karolum verſus Siciliam remeantem inſequuntur, & capiunt; ac quouſque quinquaginta millia librarum reſtituerentur, cum filio ſuo pacis obſide, in futurum carceri tradiderunt.

ANNO MCCLXXII. Theodaldus archidiaconus Leodienſis, cum cauſa devotionis ultra mare in Acon moram faceret, in palatio Viterbienſi in papam eſt promotus, & Gregorius X. eſt vocatus. Hic papa miræ fuit experientiæ in temporalibus, & ad numerum cardinalium quinque adjecit, de tota eccleſia perſonis honeſtiſſimis aſſumptis. Coronatus eſt dominus Edwardus, filius regis Henrici primogenitus, apud Weſtmonaſterium, in feſto aſſumptionis beatæ Mariæ, a fratre Roberto Cantuarienſi archiepiſcopo, & ab archiepiſcopo Rotomagenſi: cui dominus papa conceſſit decimam eccleſiæ Anglicanæ per biennium, tam religioſorum quam aliorum prælatorum, exceptis Ciſtercienſibus, Templariis & Hoſpitalariis.

ANNO MCCLXXIII. Venit dominus papa Lugdunum, ubi frater Bonaventura, miniſter generalis ordinis fratrum minorum, promotus eſt in cardinalem, & epiſcopum Albanenſem: in cujus officium ſucceſſit frater Jeronymus, vir magni nominis inter minores. Obiit Margareta regina Scotiæ, & Beatrix comitiſſa Britanniæ, ſorores regis Edwardi.

ANNO MCCLXXIV. Celebratum eſt concilium Lugdunenſe a papa Gregorio X. cui interfuerunt nuncii imperatoris Conſtantinopolitani, & Græcorum, pronunciantes & confitentes in Græca lingua fidem catholicam ex parte dominorum ſuorum, & totius Græciæ, coram papa & concilio. Decretum eſt in illo concilio, qui ordines mendicantium ſtarent, & qui ceſſarent. Obierunt ibi multi prælati in redeundo de concilio. Obiit dominus Robertus abbas de Burgo; cui ſucceſſit dominus Ricardus de Lundonia. Conceſſa eſt decima domino

papæ

papæ per totam Chriſtianitatem, in ſubſidium Terræ Sanctæ. Obiit Johannes prior Spaldyngiæ, de quo pauca ſunt hic perſtringenda. Vir iſte, dum vixit, prudens & illuſtris fuit; ſed quia detrimentum patiebatur in natalibus, obviaverunt ei quidam in electione ſua, dicentes, eum tali honore non eſſe dignum: quibus ille reſpondit, ſe habere legitimationem a domino papa, quam & ipſe oſtendit; cujus confirmatione roborati, fratres elegerunt eum in priorem: at ille per epiſcopum, præſente abbate & multis aliis viris, ut prædictum eſt, ſolempniter inſtitutus eſt in prioratum. Non eſt autem ſilendum, qualiter ſe geſſit in officio eleemoſynariæ, in quo ſtetit, cum eligeretur. Permiſſione prioris ſui emit terras, ædificavit domos & capellam, fecit hortum, plantavit vineam & pomaria, congregavit miſeros, præbens eis neceſſaria alimenta; & ſi ſollerter ſe geſſit in officio prædicto, ſollertius ſe habuit in officio ſubſecuto: emit autem boſcum in Keſtevyn, emit terras, quas conſtituit ad anniverſarium ſuum, ſtatuitque pietantiarium. Convicit etiam ſokemannos ſuos de Pynchebeke, Weſton, & Multon, ſuos eſſe ruſticos, qui ei debita ſervitia ſua & conſuetudines denegabant in libertatem proclamantes, per ſacramentum duodecim militum, die tertia ante feſtum ſancti Gregorii papæ, apud Lincolniam. Rexit autem domum ſuam bene & in pace, cuſtodiens eam a lupis irruentibus: & dum compleſſet in prioratu annum viceſimum primum, incidit in animum ejus peregrinari apud Pontiniacum in Galliis. Peregrinatione peracta, ipſoque revertente, apud ſanctum Dionyſium vitam finivit octavo kalendarum Octobris. Fratres autem, qui cum eo erant, depoſuerunt ſolerter corpus ejus in medium pannorum, & ſic cis mare tranſtulerunt, & ad domum propriam portaverunt; ibique ſepultus eſt cum honore in ſiniſtra parte eccleſiæ, ante altare: vixit autem in prioratu viginti & duobus annis. Terras autem, quas seneſcalli ſui ab hominibus ſuis male adquiſierant, ipſas redemit ab hæredibus eorum, ut ſcriptura adimpleretur, dicens, *De male adquiſitis non gaudebit tertius hæres.* Iſte fuit Willielmus le Moyne. Cameram autem pedrinam tranſtulit, & ſtatuit apud Novum Locum. Manerium etiam Quappelande per ipſum factum eſt. Multa quidem & alia fecit & adquiſivit, quæ hic non ſunt ſcripta; ſed in libro cartarum plenius intitulata. Succeſſit ei Willielmus de Lyttylport.

ANNO

ANNO MCCLXXV. Obiit Gregorius X. cui ſucceſſit de ordine fratrum prædicatorum, Petrus 1 Tarentinus, primo archiepiſcopus Lugdunenſis, deinde epiſcopus Hoſtienſis; tandem in papam eſt electus, & dictus Innocentius V. cui poſt menſes decem & dies duos obeunti ſucceſſit Otthobonus cognatus Innocentii IV. dudum ſub Clemente IV. legatus in Angliam, ad ſedandam guerram inter regem & barones erat tranſmiſſus, apud Romam in papam electus, Adrianus V. eſt dictus, qui ſedit menſe uno, diebus novem; cui ſucceſſit Johannes XXI. Scabies maxima venit ſuper oves in Anglia. Uxor Leulini capitur per Briſtallónes, unde guerra Walliæ cepit.

ANNO MCCLXXVI. Obiit Johannes papa, ruina novæ cameræ repente corruentis contritus, & ceſſavit papatus menſibus ſex, diebus ſeptem; cui ſucceſſit Nicolaus IV. a beato Petro centeſimus nonageſimus ſecundus. Dominus rex Edwardus in quindena ſancti Michaelis tenuit parliamentum Londoniæ, ubi prohibitum eſt ne Judæi terras Chriſtianorum caperent in feodum, nec pecuniam de cætero ad uſuram traderent; ſed ut labore manuum ſuarum & mercimoniis viverent. Conceſſa fuit ergo quindecima omnium mobilium Angliæ, exceptis eccleſiaſticis. Hoc anno finit chronica Martini.

ANNO MCCLXXVII. Obiit Walterus de Merton, epiſcopus Roffenſis, qui quandam aulam Oxoniis ſcholaribus aſſignavit, & locum redditibus & eccleſiis divitem, ad Dei & ſanctæ eccleſiæ honorem, ſagaciſſime inſtituit. Rex vero 2 Tarſis miſit quatuor nuncios ad regem Angliæ, ut ei auxilium mitteret contra Saracenos, quos validiſſime tunc debellabat: cujus belli finis is erat, Soldanum Babyloniæ in bello interfecit, filium Soldani cum ſuo exercitu de prœlio fugavit; villas, civitates, & caſtella, vineas lucoſque combuſſit & deſtruxit: regem autem Edwardum tunc bella Walliæ urgebant; princeps enim Walliæ Leulinus, pro ſuæ uxoris captione efferatus, Angliam ubique diffidebat: unde rex Edwardus exercitum in Walliam ducens, Bannok ſibi ſubdidit, & Leulinum in Snoudun fugavit. Fames valida tunc oppreſſerat Wallenſes, anteque natale Domini tali conditione concordantur. Princeps conceſſit tenere Walliam de rege Edwardo & de ſucceſſoribus ejus, tanquam de domino

---

1 *Lege* Tarentaſius. 2 *Forte* Tartarorum.

capi-

3

capitali per tributum mille marcarum annuatim perſolvendarum, deditque in manibus pro tranſgreſſionibus retroactis quinquaginta millia librarum argenti.

ANNO MCCLXXVIII. Robertus, Cantuarienſis archiepiſcopus, factus eſt epiſcopus Portuenſis, & cardinalis. Epiſcopus vero Lincolnienſis, Ricardus, in ſua viſitatione depoſuit Petrum abbatem de Bardeney; ſed abbas appellatione coram prædicto Roberto Cantuarienſi archiepiſcopo reſtituitur in ſtatum priſtinum: unde prior domus, cum aliis monachis, in diſperſionem miſſi ſunt, de quibus duos poſtea domum revertentes prædictus abbas incarceravit, iſtorumque alter fame, ſiti, & inedia, in carcere obiit. Leulinus princeps Walliæ duxit in uxorem filiam Symonis de Monteforti apud Londoniam, rege Edwardo puellam nuptui tradente. Mutatio monetæ per Angliam; mutilatores ejus variis pœnis multati ſunt. Abbas Jerovalliæ occiſus eſt a quodam monacho. Terminatum eſt etiam placitum apud Londoniam, coram domini regis juſtitiariis, inter dominum Radulphum de 1 Merthe, abbatem Croylandiæ, & dominum Willielmum de Lyttylport, priorem Spaldyngiæ; chirographo levato, & in archa domini regis poſito, pro quingentis marcis, quas prædictus abbas prædicto priori, pro omni juriſdictione & clameo in mariſcis, perſolvebat, i. e. incluſis omnibus penes abbatem remanentibus. Regina peperit filium.

ANNO MCCLXXIX. Apud Kenelworth rotunda tabula per copioſam multitudinem militum & dominarum tenta eſt in magno apparatu. Roberto, Cantuarienſi archiepiſcopo, facto cardinali per dominum papam, ſucceſſit in archiepiſcopatum frater Johannes Pecham, miniſter ordinis fratrum minorum in Anglia, per collationem domini papæ Nicolai III. qui in curia Romana tunc cardinalibus theologiam legebat. Obiit dominus Ricardus, epiſcopus Lincolnienſis; cui ſucceſſit magiſter Oliverus de Sutton, decanus ejuſdem eccleſiæ, die ſancti Dunſtani, qui tunc dominica erat, apud Londoniam a Johanne Cantuarienſi archiepiſcopo conſecratus. Editum eſt ſtatutum de terris religioſis ad manum mortuam non dandis, abſque regis & ſummorum ſuorum dominorum licentia ſpeciali.

1 *Alias* Merſhe.

ANNO MCCLXXX. Sanctus Hugo, Lincolnienſis quondam epiſcopus tranſlatus eſt a Johanne Cantuarienſi archiepiſcopo, præſentibus rege & regina, epiſcopis & magnatibus in maxima multitudine, tranſlationem ejus procurante & expenſas feſti faciente magiſtro Thoma Bek, qui eodem die in epiſcopum de ſancto David eſt conſecratus. Obiit dominus Radulphus abbas Croylandiæ, qui multa bona domui ſuæ fecerat; cui ſucceſſit dominus Ricardus monachus ejuſdem domus, & in eadem villa natus. Obiit Nicolaus papa; cui ſucceſſit Martinus IV.

ANNO MCCLXXXI. Leulinus princeps Walliæ bellum contra Anglos reparavit: ac primum Angli, Wallenſium tumultum per Galfridum de Langelee ſeneſcallum regis Anglorum in illis partibus deputatum, & inſolentius ſe agentem, magno periculo Anglorum ſuſcitatum, ſedare & pacificare proponentes, uſque ad quindecim millia armatorum, ductu Ricardi filii Walweni, paludum uligine magis quam ferro perierunt. Tandem ipſe Leulinus per Edmundum de Mortuo Mari ſimili arte deluſus & captus, per vexillarium domini Rogeri le Straunge nomine Stephanum de Strangeton decollatus eſt: & David, frater ejus, per Wallenſes princeps Walliæ & dux belli contra Anglos conclamatus eſt. Monaſterium alborum monachorum apud Oxoniam per dominum Edmundum, comitem Cornubiæ, fundatum eſt, & Regalis Locus appellatur.

ANNO MCCLXXXII. Dominus rex Edwardus Walliam adiit, & David novum principem cepit. Facta eſt etiam concordia inter dominum Oliverum epiſcopum Lincolnienſem, & Ricardum abbatem Burgi.

ANNO MCCLXXXIII. David, frater Leulini, quondam principis Walliæ, captus; &, per judicium domini regis Angliæ, tractus & ſuſpenſus, ac membratim diviſus eſt; & ſic Wallia regi Angliæ ſubdita eſt & conquiſita. Martinus papa mutavit cappas fratrum mendicantium Carmelitarum in album, quæ prius erant ſtragulatæ, radiatæ, & byrrhatæ.

ANNO MCCLXXXIV. Tranſlatio ſancti Willielmi, archiepiſcopi Eboracenſis per dominum Anthonium Beck procurata & magnifice celebrata eſt: Ipſeque eodem die in epiſcopum Dunelmenſem, præſentibus archiepiſcopis & epiſcopis, rege & regina, & totius regni majoribus, conſecratur. Alfonſus, filius regis, duodecim annos ætatis habens, obiit, & apud Weſtmonaſterium eſt ſepultus.

ANNO MCCLXXXV. Obiit Martinus papa; cui ſucceſſit Honorius III. Ordo fratrum Carmelitarum ab iſto papa confirmatur.

ANNO MCCLXXXVI. Nocte circumciſionis Domini facta eſt tempeſtas maxima in mari circa mediam noctem, riparum ſuarum terminos excedente, homines ac animalia aliaque multa ſubmergente. Obiit dominus Willielmus Parys, prior Burgi; ſucceſſit dominus Ricardus de Bernewell.

ANNO MCCLXXXVII. Obiit Honorius papa; ſucceſſit Nicolaus IV. Iſte ſcripſit in Angliam lamentabiles literas pro auxilio habendo contra Saracenos, qui tunc contra Armeniam & Græciam acerrime debellabant.

ANNO MCCLXXXVIII. Combuſtio nundinarum ſancti Botulphi. Fertilitas frugum fuit magna.

ANNO MCCLXXXIX. Incarceratio juſtitiariorum per Angliam.

ANNO MCCXC. Obiit domina Alienora Hiſpana, regina Angliæ; captaque civitas Acon poſt obſidionem quadraginta & ſex dierum, per Soldanum Aſſerath, habentem in exercitu ſuo quinquies decem millia Ægyptiorum; & interfecti ſunt vicies millia Chriſtianorum, & vicies millia mulierum & puerorum in captivitatem abducti ſunt: reliqui Chriſtiani in Armeniam & Cyprum fugerunt. Judæi ab Anglia ſunt expulſi.

ANNO MCCXCI. Obiit Alexander rex Scotiæ; deficienteque linea regali, tredecim comites & barones, majoreſque totius regni, regalitatem domino Edwardo, regi Anglorum, tanquam capitali domino ſuo, dominiumque totius terræ ſuæ obtulerunt; judicium ejus deprecantes, quis illorum diceretur rex, & major regni prædicti.

ANNO MCCXCII. Johannes de Baliolo, princeps Galwadiæ, rege Angliæ domino Edwardo adjudicante, tanquam proximus hæres regii ſtemmatis, in regem Scotiæ coronatus eſt; homagium cujus rex Edwardus, Scotiam adiens, recepit. Obiit frater Johannes de Peckham, de ordine fratrum minorum, archiepiſcopus Cantuarienſis; cui ſucceſſit [1]

ANNO MCCXCIII. Conflictus magnus factus eſt in mari inter nautas Anglos & Normannos, Normannique victi ſunt.

---

1 *Supple*, Robertus de Winchelſea, *proximo tamen anno.*

8

Obiit

Obiit Willielmus de Lyttelport, prior Spaldyngiæ, qui ſtatim poſt ſuam creationem, anno videlicet regni regis Edwardi, filii regis Henrici, ſexto, de Radulpho abbate Croylandiæ petiit, ut jus eccleſiæ ſuæ de Spaldyngia, centum & decem acras boſci, & mille ſeptingentas & ſexaginta acras mariſci, cum pertinentiis, in præcinctibus Croylandiæ, tanquam in parochiis de Multon, Weſton, & Spaldyngia, de quibus quidem Wazinus, prior dativus, prædeceſſor ſuus, fuit ſeiſitus; quem quidem numerum acrarum ſupradictum, per tractatum diligentem, & ſui monaſterii commodum immenſum & quietem, pro quingentis & quinquaginta marcis Sterlingorum, & remiſſione & relaxatione unius meſſuagii & unius carucatæ terræ in Spaldyngia, ac duodecim acras terræ cum pertinentiis in Wyberton, quas dictus abbas verſus eundem Willielmum priorem petiit, tanquam jus eccleſiæ ſuæ de Croylandia, per quandam concordiam & finem inde levatum præfato abbati & ſuis ſucceſſoribus, imperpetuum relaxavit: cum qua etiam pecunia eccleſiam ſuam conventualem ad Dei laudem mirifice inchoavit & conſtruxit; donavitque fabricæ ejuſdem eccleſiæ perficiendæ decimam lini & lanæ de Pyncebek, quas a domino papa, ſua propria induſtria, in augmentum portionis ſuæ præhabitæ, impetravit. Donavit etiam fabricæ ejuſdem eccleſiæ decimam lanæ de Weſton. Poſtquam dictam eccleſiam de Weſton, diu ante ſua tempora appropriatam, & per crebram præſentationem ſuorum prædeceſſorum, in variis vacationibus ejuſdem, negligentia & de jure perditam, ab Honorio papa anno ſuo ſecundo, hujuſmodi appropriationis reformationem gratioſe impetravit, & ejus corporalem poſſeſſionem, licet per epiſcopum Lincolnienſem plurimum impeditus, prima vacatione ejuſdem acceptavit, eam ex tunc pacifice & de jure juſto occupando. Item decimam lanæ & lini de Spaldyngia, per priores Symonem & Johannem, ad eorum uſum toto eorum tempore occupatam & detentam, officio ſacriſtiæ, de quo ipſam, occaſione litis & onerum ſibi incumbentium, iidem priores abſtulerunt, imperpetuum communi ſui conventus aſſenſu reaſſignavit; ſalvo tamen reſiduo, ſi quid eſſet, in dicto officio ſuper compotum annuatim remanens, fabricæ dictæ eccleſiæ conventuali indilate aſſignando. Item terras & tenementa multa in Sutton, Spaldyng, Pyncebeck, Weſton & Quappelod, tempore ſuo perquiſivit. Ædificia formoſa in curia prioratus, & maneriis de Caldebeche, Novæ Aulæ,

Aulæ, & Quappelode, propriis ſumptibus ædificavit. Jura multa per negligentiam prædeceſſorum diu amiſſa, ac etiam unum meſſuagium, cum centum & ſeptem acris terræ in curia de Bolynbroke, per priores dativos minus juſte alienatas, recuperavit. Pietantiam conventus ſui terris multis, redditibus, & tenementis variis augmentavit: ſicque novemdecim annis in cura paſtorali gregem ſibi commiſſum prudenter gubernavit, multiſque aliis bonis per ipſum interim perpetratis, & hic de facili ſeriatim non exprimendis, feliciter in Domino obdormivit octavo kalendarum Februarii, ſepultuſque eſt in medio chori coram gradibus magni altaris. Succeſſit eidem Clemens.

ANNO MCCXCIV. Prima diſcordia inter reges Angliæ & Franciæ mota eſt pro Vaſconia: incepit etiam ſtatim bellum Scotorum.

ANNO MCCXCV. Captio Maddok in Wallia. Obiit dominus Ricardus, abbas Burgi; cui ſucceſſit dominus Willielmus de Wodeford. Item rex Anglorum cepit in bello Johannem regem Scotiæ, & omnes magnates Scotorum, jurataque fidelitate liberos dimiſit; quo facto tranſivit in Flandriam. Obiit Nicolaus [papa;] cui ſucceſſit Celeſtinus V.

ANNO MCCXCVI.

ANNO MCCXCVII. Piratæ Normannorum & Picardorum invaſerunt villam Dobrarum, ſed victi ſunt & fugati.

ANNO MCCXCVIII. Celeſtinus papa amore vitæ ſolitariæ de papatu ſe dimiſit; cui ſucceſſit Bonefacius VIII.

ANNO MCCXCIX. Obiit dominus Willielmus, abbas Burgi; cui ſucceſſit dominus Godefridus, vir magnificus, & ingentis induſtriæ in temporalibus tractandis.

ANNO MCCC. Jubilæus, Bonifacio papa Romæ præſidente, celeberrimus. Goliardi dicacitate mirabiles in Francia frequentes fuerunt.

ANNO MCCCI. Dominus Edwardus rex Angliæ duxit in uxorem Margaretam ſororem regis Franciæ, regeſque ſic pacificati ſunt. Obiit dominus Oliverus, epiſcopus Lincolnienſis; cui ſucceſſit magiſter Johannes de Dalderby. Willielmus Waleys Scotos ad rebellandum acuebat, qui cito captus, tractus & ſuſpenſus eſt.

ANNO MCCCII. Flandrenſes fugaverunt Philippum regem Franciæ. Obiit Bonefacius papa, accuſatus de multis ſceleribus

per prædictum regem Franciæ Philippum; captuſque per capitaneum quendam, nomine 1 Johannem de Longrat, miniſtrum regis, Columpninis Romanis adverſariis ejus datus, & incarceratus, tertia die mortuus eſt; cui ſucceſſit Benedictus VIII. ex ordine fratrum prædicatorum; qui, ut apicem apoſtolatus accepit, regem Philippum, Johannem miniſtrum ejus prædictum, & Columpninos omnes, de violentiis, angariis, & injuriis univerſis prædeceſſori ſuo illatis, gratanter abſolvit.

ANNO MCCCIII.

ANNO MCCCIV. Captio caſtelli de Stryvelyn. Deputavitque dominus rex Angliæ, per varios comitatus, Juſtitiarios ad inquirendum ſpecialiter de perturbatoribus pacis: quæ inquiſitio dicta eſt Traylebaſtone. Obiit Benedictus papa; cui ſucceſſit ex archiepiſcopo Burdegalenſi Clemens V.

ANNO MCCCV. Incepit regnum Roberti Brus regis Scotorum, qui ſtatim ut coronatus eſt, cepit contra regem Anglorum rebellare.

ANNO MCCCVI. Dominus rex Edwardus, dum moveret expeditionem bellicam in Scotiam, apud abbathiam de Holmo ordinis Ciſtercienſis in confinio Scotiæ obiit; ubi viſcera ſua ſepulta ſunt; corpus vero Londonias delatum, apud Weſtmonaſterium honorifice tumulatum eſt. Succeſſit Edwardus II. filius ejus, dictus de Carnervan.

ANNO MCCCVII. Edwardus II. Londoniæ coronatur.

ANNO MCCCVIII. Templarii, viri religioſi, ac in eccleſia, & in regum & aliorum magnatum curiis potentiſſimi, ad executionem Philippi regis Franciæ deleti ſunt, & per Angliam hoſpitalarii in poſſeſſiones illorum intraverunt.

ANNO MCCCIX. Obiit domina Margareta Longeſpee, comitiſſa Lincolniæ, & ſepulta eſt apud Lacok.

ANNO MCCCX. Obiit dominus Henricus Lacy, comes Lincolniæ, & Londoniæ apud ſanctum Paulum eſt humatus.

ANNO MCCCXI.

ANNO MCCCXII. Dominus Petrus de Gaveſton, comes Cornubiæ, captus eſt per proceres regni apud Badyngton juxta Warwicum, & neci traditus: initium multorum malorum futurorum fuit. Natus eſt etiam Edwardus III. primogenitus regis

---

1 *Rectius* Gulielmum de Nogareto.

Edwardi,

3

Edwardi, apud Wyndeſhore, die ſancti Briccii epiſcopi, & a cardinali Albano nomine magiſtro Arnaldo, die ſancti Edmundi archiepiſcopi, baptizatus: poſtea remedium omnium malorum factus eſt.

ANNO MCCCXIII. Obiit dominus Robertus de Wynchelſee, archiepiſcopus Cantuarienſis; & ſucceſſit dominus Walterus Reginaldi, ex procuratione domini regis.

ANNO MCCCXIV. Angli contra Scotos prœliantes miſerabiliter victi ſunt; ubi comes Glovernyæ, Robertus de Clyfford, Ægidius Dargentyn, Paganus Tiptoft, cum aliis innumerabilibus proceribus Anglorum, occiduntur: comes vero Herfordiæ, cum aliis quampluribus, ducti ſunt captivi. Hoc bellum de Stryvelyn dictum eſt.

ANNO MCCCXV. In parliamento tento apud Northampton, quidam plebeius homo, nomine Johannes Poydras, dicens ſe primogenitum regis Edwardi primi, per judicium curiæ tractus & ſuſpenſus eſt. Dedicatio capellæ de Oxeney per fratrem Walterum Jors, archiepiſcopum Armachanum.

ANNO MCCCXVI. Ex multa inundatione æſtivalium pluviarum, facta eſt fames valida, frugibus ubique pereuntibus; quam mortalitas hominum, ſed maxima pauperum, ſecuta eſt. Reformatio pacis, ſed ficta, inter dominum regem Edwardum, & illuſtrem comitem Lancaſtriæ dominum Thomam, pro morte ſupradicti Petri de 1 Cauneſton, quam ſemper vindicare rex animo intendebat. Obiit Clemens papa; cui ſucceſſit Johannes XXII. Antipapa factus eſt per ducem Bavariæ, de ordine fratrum minorum; qui, rejectis inſigniis papalibus, cum corda circa collum ad pedes domini papæ ſe proſternens, & miſericordiam petens, veniam a domino impetravit.

ANNO MCCCXVII. Antipapa, ut ſupradictum eſt, eccleſiæ reconciliatur in pupplica audientia, aſſumptis illis verbis, *Erravi ſicut ovis, quæ periit*, &c.

ANNO MCCCXVIII. Obiit Clemens de Hattefeld, prior Spaldyngiæ. Vir iſte bene a clementia Clemens eſt dictus, multipliciter morigeratus, qui non ſolum capellam de Wykham non modice ſumptuoſam, verum etiam totum manerium ſive manſum ibidem, prout ædificatum eſt, terris ac paſturis dita-

1 *Lege* Caveſton, *vel* Gaveſton.

vit,

vit, arboreſque in eo decenter plantavit: ac etiam manerium de Thornholm, cum foſſatione & elevatione terrarum, tam ibidem quam apud Wykham, & alibi in diverſis locis, firmavit. Conſtruxit etiam horreum de Golwilw ſumptuoſe, & novam cameram prioris in prioratu. Et licet tempore ſuo adquiſitiones terrarum, tenementorum, & reddituum, propter ſtatutum regni de terris & tenementis ad manum mortuam minime devolvendis editum, difficiles forent atque graves: idem tamen Clemens prior terras & redditus apud Obthorp de Ranulpho Drynkedregges adquiſivit, & pietantiariam domus ſuæ accrevit de eiſdem, una cum domibus in villa ſancti Botulphi, quas tempore ſuo de novo conſtruxit. Ordinavit etiam certas minutiones per conventum ipſum dividendo in quatuor partes ſucceſſivas, certum ſolatium tribus in ebdomada diebus eiſdem curialiter aſſignando. Ordinavit inſuper & alia per conventum utilia multipliciter & honeſta, ſicut trenchoria in refectorio, & alibi pro conventu, & alia commendanda tam in menſa pro comeſtione, quam poſt refectionem.

ANNO MCCCXIX. In parliamento tento Londoniæ, præſentibus rege, comite Lancaſtriæ, ac comite Herfordiæ, & Rogeris de Mortuo Mari patre & filio, ac multis aliis nobilibus illuc manu armata venientibus, duo Diſpenſarii, Hugo pater & Hugo filius ejus, tanquam regis proditores, pacis & regni perturbatores, ſub pœna capitis, exilio adjudicati ſunt. Pater mare tranſiit, maledictionem ſuam filio ſuo, cujus cauſa exilio pulſus eſt, acerrime imprecatus. Filius vero per regem, & Quinque Portuum auxilio, in curia permanſit. Obiit dominus Johannes de Daldyrbi, epiſcopus Lincolnienſis; cui ſucceſſit dominus Henricus de Burghaſche, ex collatione domini papæ.

ANNO MCCCXX. Obſeſſio villæ Berwyk per Anglos, ſed inanis: item ſpoliatio maneriorum duorum Diſpenſariorum per comitem Herfordiæ, & alios proceres regni, & barones. Item obiit dominus Godefridus, abbas Burgi; cui ſucceſſit dominus Adam de Botheby, vir magnæ innocentiæ & ſimplicitatis.

ANNO MCCCXXI. Per multa loca Angliæ noctanter viſæ ſunt acies armatæ invicem militari more dimicantes in aere, & maxime ſupra caſtellum comitis Lancaſtriæ, ſanguinem illuſtris comitis, ac aliorum nobilium, qui poſtea nequiter effuſus eſt, effundendum indubitanter prognoſticantes. Adjudicaverat enim

enim rex perpetuo carceri, conſilio Diſpenſariorum, duos Rogeros de Mortuo Mari, ſcilicet, patrem & filium, quos fraude cujuſdam fratris confeſſoris eorundem, in partibus Walliæ delitеſcentes cepit, Londoniiſque incarcerandos cum maximo opprobrio tranſmiſit. Collecto etiam grandi exercitu, Diſpenſariis comitantibus, obſedit caſtellum de Ledes, quod erat domini Bartholomæi de Bateleſmere, & cepit illud. Circa vero feſtum purificationis venerunt ad comitem Lancaſtriæ, pro auxilio ſuo habendo contra regis tyrannidem, comes Herford, ac alii multi de majoribus regni, quorum miſeriis illuſtriſſimus comes Lancaſtriæ compaſſus, manus ad auxiliandum ſpoſpondit. Magnates ergo cum illo congregati Totbyry petierunt, regiſque exercitus apud Warwicum reſedit, ubi concurſus partium expectabatur ſeptimo idus Martii; viſiſque vexillis regalibus, prædicti comites & barones partes boreales petere conſuluerunt; quibus Andreas de Herkeley, comes Karleolenſis, occurrens cum manu valida, pace regia repromiſſa, comitem Lancaſtriæ, qui pacem ſemper amabat, ſpontaneum cepit: Comes vero Herford, nec promiſſis credens, nec paci conſentiens, ſuper pontem pugnans, per quendam ſub ponte occultatum in inguine cum lancea perfoſſus, occiſus eſt: comes autem Lancaſtriæ ad Pontemfractum reductus, duobus Diſpenſariis adjudicantibus, decollatur; cæteri barones quilibet in ſua patria tracti, & ſuſpenſi.

ANNO MCCCXXII. Dominus Andreas de Herkeley, proditor regis inventus, de militia exauctoratus, tractus eſt & ſuſpenſus. Adivitque dominus rex, & Diſpenſarii, partes Scotiæ cum grandi exercitu, ubi multi fame perierunt; Angloſque revertentes Scoti uſque ad Eboracum inſequuti ſunt, patrias in circuitu deprædantes; ibique de Eboracenſibus & cæteris compatriotis collectis ad reſiſtendum non modicam ſtragem fecerunt. Rex ipſe de Rievalle fugiens, ſalvatus eſt per conductum duorum Rievallenſium monachorum. Regina & ſui de Tynemutha per navigium evaſerunt. Ryevalle, ac omnia monaſteria occurrentia, direpta.

ANNO MCCCXXIII. Dominus Rogerus de Mortuo Mari, per cordam de Turre Lundonenſi demiſſus, mortem demeritam diſtulit, non evaſit.

ANNO MCCCXXIV. Dominus Edmerus de Valencia, comes de Pennebrok, & nuncius domini regis, miſſus in Franciam,

 ad

ad pacem reformandam inter reges Franciæ & Angliæ, pro homagio Vaſconiæ diſſidentes, in Francia in lecto ſuo ſubito mortuus eſt inventus.

ANNO MCCCXXV. Domina Iſabella, regina Angliæ, & ſoror regis Franciæ, pro pace reformanda inter [reges] tranſmiſſa eſt cum domino Edwardo, primogenito filio ſuo in Franciam, ubi, matre conſentiente & rege Franciæ conſulente, filius ſuus duxit in uxorem dominam Philippam, filiam comitis Hanaudiæ; cujus manu fulti, cum magno robore in Orowelle applicuerunt; ac aſcendentes pacifice ad Gyppiſwicum, & vires cotidie fortiores contrahentes, ad Londoniam nuncios præmiſerunt, quatenus matrem & filium, regni perturbatores exterminare molientes, adjuvarent, tanquam angeli de cœlo admiſſi ſunt. Fugit illico rex verſus Wallias: mater & filius indies creſcentes viribus mature conſequuntur. Diſpenſarii, ſuæ tyrannidis conſcii, cum rege fugerunt. Comes de Arundel, & epiſcopus Norwicenſis, dominus Robertus de Baldok, ac cæteri qui ſimiliter partes regis fovebant, illuc advolabant. Tandem rex captus eſt: Hugo Diſpenſarius pater apud Wyntoniam tractus & ſuſpenſus eſt: Hugo filius apud Herford tractus, ſuſpenſus, eviſceratus, & decollatus, ac in quatuor partes membratim diviſus eſt; viſcera vero cremantur, partes corporis ad majores civitates regni tranſmittuntur; caput autem Londoniæ deſtinatur.

ANNO MCCCXXVI. Omnes Angliæ magnates Londoniæ adunati de rege Edwardo, per dominum Willielmum Truſſel militem, ab omnibus ſpecialiter ad hoc conſtitutum attornatum, de fidelitate regi facta & ſua ligancia relaxationem & dimiſſionem inſtantiſſime petierunt: rex autem lugens & lacrymans, quod regnum male tractaverit, & remiſſionem a Deo devotiſſime deprecatus, libenter relaxationem conceſſit: quod vero filium ſuum in regem acceptare ſunt dignati, aliqualiter confortatus, gratias omnibus egit; coronatuſque eſt dominus Edwardus, primogenitus ejus, apud Weſtmonaſterium, die purificationis ſanctæ Mariæ. Et ſic, poſt multos horrores nocturnos, ſol ortus eſt Anglis. Magiſter Walterus de Stapylton, epiſcopus Exonienſis & cancellarius domini regis, cum claves Londoniæ, ad capiendum ſicarios qui illic graſſabantur, ſibi tradi minus provide inſiſteret, per eoſdem in eccleſia ſancti Pauli captus, & per pedes in proximum vicum extra cœmeterium tractus, ab eiſdem decollatus eſt.

ANNO

ANNO MCCCXXVII. Dominus Edmundus de Wodeſtok, comes Canciæ, accuſatus ad adverſariis Johanne Mautravers & aliis pacis perturbatoribus, quod dominum Edwardum quondam regem fratrem ſuum iterum in regem elevare conaretur, prævalente adhuc impiorum nequitia, condempnatus & decollatus eſt. Dominus Willielmus de Melton, archiepiſcopus Eboracenſis, ſuper eodem convictus, & gratis confeſſus eſt, quod ſe & ſua ad hoc libenter exponeret, ſi commodiferum regno ſperaret, tamen impune eſt dimiſſus. Dominus Edwardus, quondam rex, in caſtello de Berkeley veſpere ſanus, in craſtino mortuus eſt inventus. Scoti cum exercitu, ductore domino Jacobo Douglas, Angliam intrantes, ſed Anglorum rege novitio occurrente, in parco de Stanhow reſederunt; quos cum Angli ibidem obſiderent, ignium fumo quos omnibus noctibus copioſe agebant, & tandem tecti nocturnis tenebris, evaſerunt.

ANNO MCCCXXVIII. Dominus Rogerus de Mortuo Mari, nimium potens in camera dominæ Iſabellæ, matris regis, prout dicebatur, purpuram affectabat; evidentiiſque quibuſdam conceptis, cum rex & regina ad Notyngham, matre inſalutata, de Kyma feſtinarent, prædictus dominus Rogerus ac mater regis, compendia carpentes, ſimul cum rege caſtellum de Notyngham intraverunt. Domina Iſabella ac dominus Rogerus cum ſuis infra caſtellum, rex vero & regina tantum cum eis infra caſtellum, familia vero regis extra remanente, hoſpitati ſunt: cumque ſuprema nox regis tractaretur, per viam ſubterraneam regales ingreſſi, cameram dominæ Iſabellæ matris regis aggreſſi, capiunt; ubi dominus Willielmus de Trumpyngton, camerarius dominæ Iſabellæ, in ipſo ingreſſu occiſus eſt. Dominus Rogerus de Mortuo Mari captus, & Londoniæ ductus, tractus & ſuſpenſus eſt: tempeſtaſque proditorum ceſſare ſic incepit.

ANNO MCCCXXIX.

ANNO MCCCXXX.

ANNO MCCCXXXI.

ANNO MCCCXXXII. Obiit Walterus de Halton, prior Spaldyngiæ; qui licet ſuæ creationis tempore ætatis fuiſſet ſenilis, ſuum tamen prioratum onere æris alieni graviſſimo, in videlicet mille & centum libris Sterlingorum & amplius oppreſſum, creditoribus univerſis in brevi ſucceſſive ſatisfaciendo, propria ſua induſtria liberavit; aulam etiam minutorum, &

appentitiam ſibi annexam pro ſolatio conventus, recreatione & quiete ejuſdem perpetuo obtinenda, ſumptibus fecit immenſis mirifice ædificari. Item pro cameraria cujuſlibet monachi annuatim, ad feſtum Bartholomæi, perſolvendas duas marcas Sterlingorum ordinavit. Item terram in Weſtone, vocatam Biſſchoptoft, ad officium pietantiariæ emit & aſſignavit. Item quod fratres pro recreatione ad aulam minutorum ſeu infirmariæ ordinati, ad aulam non vocentur . . . i per priorem. Item quod ſupprior, qui pro tempore foret, omnimodas licentias recreationis & ſolatii, ſaltem infra 1 cepta monaſterii, fratribus ſuis abſque coartatione prioris libere concedere poſſet in futurum. Item terras, redditus, proventus, & tenementa multa, ad uſum conventus & pietantiariæ ejuſdem, in villa de Pyncebek, & Spaldyngia, & alibi in diverſis locis, perquiſivit, & ſub certis cenſuris, abſque diminutione aliquali, imperpetuum perdonavit. Item bona univerſa prioratus ſui, tempore regis Edwardi, filii regis Edwardi, ob cauſam guerræ inter ipſum & regem Franciæ motæ, per cuſtodes domorum alienigenarum in regno Angliæ, ad manum regis & per ipſius brevia ſeiſita inter alia, ac ſi de dominio & poteſtate eſſet regis Franciæ, per graves expenſas ac labores, & inſtantiam ſolicitam domini Ebulonis le Straunge, comitis Lincolniæ, tunc patroni, per judicium dominorum cancellariorum, theſaurariorum, baronum ſcaccarii, & aliorum de concilio regis ad hoc ſpecialiter congregatorum, ſolempniter fecit relaxari; prout manifeſte patet libro primo cenſuali, folio quadrageſimo quarto, cum ſequentibus. Idem etiam Walterus, ultimo ſuo tempore, per dominum Thomam de Wake, & ejus potentiam armatam, inſultatus, & tædiis innumeris ac injuriis ipſius & ſuorum, in mariſco & alibi, in hominibus, averiis, & bonis ſuis ubicunque affectus, per ſequelam bonam & defenſionem virilem, licet magnis ſumptibus, jura ſui prioratus & domum ſuam illæſam manu forti evidenter conſervavit. Quibus omnibus præmiſſis, ac aliis multis, propter prolixitatem, hic non inſcriptis, in augmentum ſacræ religionis feliciter conſummatis, decimo quinto prælatiæ ſuæ anno, mercedem præmii æterni recepturus, pro labore, viam univerſæ carnis eſt ingreſſus; cui ſucceſſit Thomas de Naſſyngtone.

1 *Lege* ſepta.

ANNO MCCCXXXIII.

ANNO MCCCXXXIV. Bellum de Halydonhill in Scotia, inter Anglos & Scotos, ubi quadraginta millia Scotorum occiſa ſunt, & villa Berwici ad Anglos eſt reverſa.

ANNO MCCCXXXV.

ANNO MCCCXXXVI.

ANNO MCCCXXXVII.

ANNO MCCCXXXVIII. Permulta loca Angliæ ſalices roſas germinaverunt. Hoc anno, ſeptimo kalendarum Decembris, in feſto ſanctæ Katerinæ, obiit piæ memoriæ dominus Adam de Botheby, nuper abbas de Burgo ſancti Petri; cui ſucceſſit 1

ANNO MCCCXXXIX. Obiit Benedictus papa; cui ſucceſſit Clemens ſextus.

ANNO MCCCXL. Bellum navale inter Anglos & Francos apud Scluſe, ubi quinquaginta millia Francorum cæſa ſunt & ſubmerſa. Naves eorum direptæ vel demerſæ, undecim tamen evaſerunt: mutavitque dominus rex arma ſua, aſſumptis ad Anglica armis Franciæ. Obiit dominus Henricus, epiſcopus Lincolnienſis; ſucceſſit magiſter Thomas Bek, doctor juris canonici, & ejuſdem eccleſiæ canonicus.

ANNO MCCCXLI.

ANNO MCCCXLII. Dominus Edwardus, Angliæ rex, tranſfretavit cum exercitu in Britanniam, cepitque multas civitates & caſtella.

ANNO MCCCXLIII. Terræ motus factus eſt magnus quinto kalendarum Aprilis, hora quaſi ſexta.

ANNO MCCCXLIV. Oſſa cujuſdam gigantis inventa ſunt apud Bardeney, in quodam muro, ubi prædictus gigas erectus ſtando tumulabatur, qui quatuor oſſa in gingivis loco omnium dentium habebat.

ANNO MCCCXLV. Dominus Henricus, comes de Derby, filius & hæres domini Henrici comitis Lancaſtriæ, miſſus in Vaſconiam cum exercitu, poſt multas civitates, villas, & caſtella capta, ac magna prœlia proſpere geſta, ad obſidionem Caleſiæ Caleti domino regi occurrit.

---

1 *Supple*, Henricus de Morcot.

Anno MCCCXLVI. Bellum apud Creſy in Francia inter Anglos & Francos, ubi centum millia Francorum cæſa ſunt. De conductitiis, rex Bohemiæ & Majoricarum rex, cum plebe infinita, occiduntur. Rex Franciæ Philippus vehementer vulneratus a ſagittariis, fugam fecit. Caſtra omnia direpta, villæ, civitates, & caſtella innumera deprædata. Dominus vero Edwardus, rex Angliæ, cum ſuis, ad obſidionem Caleſiæ ſubito declinavit. Cumque talia gererentur in Francia, bellum Dunelmenſe inter Anglos & Scotos geſtum eſt, vigintique millia Scotorum cæſa ſunt. Rex ipſe David cum multis Scotorum magnatibus capiuntur.

Anno MCCCXLVII. Captio Caleſiæ, fugaque Philippi regis Franciæ, qui cum ad removendum Anglicos obſidentes Caleſiam cum maxima multitudine armatorum adveniſſet, & rex Angliæ prœlio ſe pararet, ſubito nocturnis tenebris tectus fugit: mirum dictu, quod tot armati fugerunt; fuerunt enim, juxta æſtimationem, centum & viginti millia.

Anno MCCCXLVIII. Obiit domina Aleſia Lacy, comitiſſa Lincolniæ. Obiit magiſter Thomas Bek, epiſcopus Lincolnienſis; cui ſucceſſit dominus Johannes Gynewell, clericus comitis Henrici Lancaſtriæ. Succeſſit & ipſe comes Lancaſtriæ poſt Aleſiam in comitatum Lincolniæ. Obiit magiſter Johannes de Bethford, archiepiſcopus Cantuarienſis; cui ſucceſſit magiſter Thomas Bradwardyn, doctor in theologia literatiſſimus.

Anno MCCCXLIX. Mortalitas hominum, & maxime popularium, incipiens inter Saracenos, uſque ad decimum hominem omnes contrivit: hinc terras Chriſtianorum apud Rhodios ingreſſus, inde in Siciliam & Italiam, per maritima in Franciam & Gaſconiam, tandem in Cornubiam intrans, in Angliam, vix plebis tertia parte relicta, verſus Scotiam feſtinavit. Obiit magiſter Thomas de Bradwardyn, archiepiſcopus Cantuarienſis; cui ſucceſſit magiſter Johannes de Offord, clericus domini regis; cui facto de medio ſucceſſit magiſter Symon de Iſlep, doctor utriuſque juris.

Anno MCCCL. Dominus Henricus, comes Lancaſtriæ, Leyceſtriæ, Lincolniæ, Derby, & Ferrar, factus eſt dux Lancaſtriæ.

Anno MCCCLI. Bellum navale inter Anglos & Hiſpanos, victique ſunt Hiſpani: claſſis eorum capta eſt tota.

ANNO MCCCLII.

ANNO MCCCLIII. Obiit Thomas de Naſſyngton, prior Spaldyngiæ; qui in Chriſti ovile pio ſuo regimini mancipatum, ſaniori parte conventus electus extiterat gratioſe, licet pluribus laboribus & expenſis per quendam Jacob de Haghem ſuum commonachum diu impeditus; qui ſtatum ipſius in curia cancellariæ, ac etiam Romana, poſtmodum per quatuor confratres, ut aſſeruit, coelectus, ſtrepitu & figura judicii nitebatur infirmare; ut ipſe, caſſata prædicti Thomæ electione, in priorem de Spaldyngia canonice præfigeretur. Probatis moribus & honeſta converſatione, bonorumque actuum ejuſdem Thomæ, probitate ac religione munda atque pura, ut pius paſtor ad gregis ſibi commiſſi munimen, & ſolamen ſuorum perpetuum, gravi inſtantia ſui conventus, honorifice erat reſtitutus.

ANNO MCCCLIV. Dux Lancaſtriæ & epiſcopus Norwicenſis Avinionem adierunt, pro pace regnorum componenda coram domino papa; ubi epiſcopus Norwicenſis potionatus obiit. Dux Lancaſtriæ, Julii Cæſaris cautela, evaſit de curia, & ſalvus in Angliam venit.

ANNO MCCCLV. Dominus rex adivit Franciam, & dominus princeps Gaſconiam. Rex autem, audita captione Berwyci, per octo dietas Francia deprædata, rediit; & in ipſa hyeme exercitum in Scotiam ducens, Berwycum recepit.

ANNO MCCCLVI. Dominus princeps equitavit ſuper Franciam uſque ad Narbonam, quæ magni maris portus eſt, omnem terram devaſtans; per monteſque Arragoniæ & Hiſpaniæ in Gaſconiam, proſpere cum toto exercitu multis prædiis ditato reverſus eſt.

ANNO MCCCLVII. Dominus princeps equitavit ſuper Franciam uſque Paryſios, omnibus pontibus Ligeris, ac aliorum fluviorum per Francos fractis, multum impeditus eſt: tandem juxta Pictavum exercitus congrediuntur, Francique victi ſunt. Rex ipſe Johannes captus eſt cum filio ſuo juniore, & multis aliis magnatibus: ſenior filius, habens in exercitu ſuo centum vexilla, cernens patrem ſuum captum, in Pictavum fugit cum ſuis.

ANNO MCCCLVIII. Johannes rex Franciæ cum multis aliis magnatibus Franciæ captis, ducti ſunt ad regem in Angliam.

ANNO MCCCLIX. Rex Angliæ cum fortiſſimo exercitu transfretavit in Franciam, equitans uſque ad civitatem Paryſienſem,

ſem, ad compellendum Francos fœderi inter reges inito conſentire; medioque tempore Francorum piratæ furtim portum de Wynchelſee deprædantes, Anglicis ſuccurrentibus, naves repetere cogebantur.

ANNO MCCCLX. Factus eſt diligentiſſimus delectus militum per totam Angliam, ad perſequendum Francorum piratas, & ad regem de tranſmarinis reducendum: nunquam ætate noſtra tam ſana militia coacta eſt, deſiderantiſſimi quique ditiſſimi atque validiſſimi abſque redemptione proceſſerunt, & mari mundato, omnes cum rege ſani & incolumes ad ſua reverſi ſunt; finaliſque concordia inter Angliam & Franciam facta eſt.

ANNO MCCCLXI. Mortalitas hominum ſecunda, ſed maxime puerorum. Obiit ſtrenuus dux Lancaſtriæ, dominus Henricus, & dominus Johannes, comes de Rychemondia, & filius regis, qui filiam prædicti ducis Henrici, nomine Blanchiam, duxerat in uxorem, ducatum ejus recepit. Obiit dominus Johannes de Kynnewell, epiſcopus Lincolnienſis; cui ſucceſſit dominus Johannes de Rokyngham, archidiaconus Northamptoniæ, & clericus domini regis.

ANNO MCCCLXII. Maximus ventus in vigilia ſancti Mauri abbatis percuſſit terram, Londoniæ ſexdecim turres eccleſiarum dejecit, domos & molendina innumera proſtravit, arbores & integras ſylvas in multis locis a fundamentis evulſit.

ANNO MCCCLXIII.

ANNO MCCCLXIV. Obiit Innocentius papa; cui ſucceſſit ex abbate ſancti Victoris extra Marſiliam Urbanus V. Obiit dominus Johannes rex Franciæ Londoniæ, apud palatium ducis Lancaſtriæ, quod Sauvoy appellatur, die Lunæ poſt dominicam in Albis, cum pro negotiis regni ſui ad regem noſtrum in Angliam veniſſet: viſcera ejus apud ſanctum Paulum ſepulta ſunt, corpus in Franciam relatum eſt. In Britannia vero bellum geſtum eſt ferociſſimum inter Karolum comitem Bleſenſem, Britanniæ ducatum jure uxoris ſuæ petentem, cum Francis, & Johannem de Montfort, ducem Britanniæ, cum Anglis, defendentem, in feſto ſancti Michaelis; ubi dictus Karolus occiſus eſt cum aliis multis, dictuſque Johannes habuit victoriam cum ducatu.

ANNO MCCCLXV. Dominus Petrus rex Caſtellæ venit in Vaſconiam ad dominum principem, pro ſuo auxilio habendo contra Henricum Baſtard fratreſque ſuos, qui ipſum de regno ſuo vi & armis expulerant.

ANNO

ANNO MCCCLXVI. Obiit magiſter Symon de Iſlep, archiepiſcopus Cantuarienſis; cui ſucceſſit dominus Symon de Langam, epiſcopus Helyenſis, quondam abbas Weſtmonaſterii. Item obiit dominus Willielmus de Edyngton, epiſcopus Wyntonienſis; cui ſucceſſit dominus Willielmus de Wykham, archidiaconus Lincolniæ, & a ſecretis regis. Tonitruum terribile kalendis Septembris; item mirabiles aeris coruſcationes quarto kalendarum Novembris: prædictas coruſcationes graviſſimæ tempeſtates ſequutæ ſunt grandinis & pluviarum. Item dux Lancaſtriæ transfretavit verſus bellum Hiſpanicum . . . eſt primo groſſa hiſtoria totius ſacræ paginæ in fabulis Ovidii Metamorphoſis, a fratre Waltero de Burgo, quondam monacho de Reveſby.

ANNO MCCCLXVII. Dominus Edwardus, princeps Walliæ & Aquitaniæ, & frater ejus dux Lancaſtriæ, cum exercitu Hiſpanias ingreſſi, pugnaverunt cum Henrico Baſtard ac fratribus ejus, & toto robore Hiſpanorum, ac innumeris conductitiis, tertio nonas Aprilis, & vicerunt. Sex millia Hiſpanorum cæſa ſunt; auxiliarium vero Francorum, Alemannorum, Herberniæ, & Scotorum, ingens numerus fuſus; tria vero millia captivorum ſunt abducta, omnibus capitaneis aut cæſis aut captis. Solus Baſtardus Henricus, cum fratre ſuo Tilone, fugerunt: Cornu namque ſiniſtrum, cui dux Lancaſtriæ præerat, totum bellum peregit. Dominus papa receſſit cum curia ab Avinione, & adivit Romam per naves Januenſes. Inventa ſunt corpora Joſeph ab Arimathæa, ſociorumque ejus, apud Glaſtone.

ANNO MCCCLXVIII. Dux Clarenſis, filius regis Angliæ, duxit in uxorem filiam ducis Mediolanenſis. Mortalitaſque hominum tertia, & maxime alienigenarum Londoniæ fuit; ac in multis aliis indigenarum 1 . . . iſſima locis villas etiam integras 2 . . . . mebat.

1 graviſſima 2 perimebat.

# HISTORIÆ
# Coenobii Burgenſis
# SCRIPTORES
## VARII,

E CODICIBUS MANUSCRIPTIS

Nunc primum Editi.



*Hiſtoria non Oſtentationi, ſed Fidei Veritatique, Componitur.* Plin: Ep:

*LONDINI:*

Typis GUL. BOWYER. M.DCC.XXIIV.




# AMICO & PATRONO

Mihi ſumme colendo

# JOHANNI BRIDGES

## De Barton Segrave in Agro Northamptonienſi Armigero,

## Hoſpitii Lincolnienſis ſocio.

SCRIPTORES rerum Anglicarum Petroburgenſes nunc in lucem producti Te, vir ornatiſſime, tandem ſalutatum veniunt; qui primo editorem hortatus es illos ſub prælum mittere, & deinde conſiliis & ſumptibus

ſumptibus adjuviſti. Exemplaria etiam duo præbuiſti ex locupletiſſimo codicum penu, quem ad opus illud tuum de agro Northamptonienſi inſtruendum, paraſti. Tibi quoque hæc ideo dicata velim, quippe quia cum multi ſint minus attente rem ſpectantes, quibus hujuſmodi ſtudia ſterilia & inania videantur, tandem aliter ſentire poſſint, quando Te hominem polite literatum artibuſque bonis inſtructum, omnique negotio parem, noſtris favere viderint conatibus, dum ſcriptores hoſce in angulo cœnobii olim latitantes, e tenebris eruamus; ſperantes aliquid inde lucis hiſtoriæ Anglicanæ affuſum iri. Rudes quidem ſunt & incompti; at nuda & ſimplex rerum geſtarum narratio præ ſe fert imaginem quandam veritatis; & metuendum eſt ne artis affectatione incruſtetur vas ſincerum, & nativæ illi pulchritudini fucus obducatur.

Apud priſcos, teſte Cicerone, hiſtoria nihil aliud fuit quam annalium confectio memoriæ retinendæ cauſa; & ſcriptores exiles non res exornarunt, ſed tantummodo narrarunt, ut apud Græcos Pherecydes, Hellanicus, aliique; apud Romanos Cato, Pictor & Piſo. Hujuſmodi autores opera noſtra typis mandatos judicio publico ſiſtimus; atque eos tibi omnibuſque antiquitatis ſtudioſis haud ingratos fore ſpero; præſertim

cum

cum ſumma diligentia, ut perquam emendate, ne dicam ornate, id ut fieret, curaſſem; tua in primis Bibliotheca ne prorſus indigni cenſeantur, ubi non niſi quod in genere ſuo ſupra mediocre ſit, locum mereatur; ubi omnia utilia & ornata, multa rara, quædam etiam muſeo principum digna. Quid dicam de Oratoribus, Poetis, Criticis, cæteris Philologis; qui ſicut flores maxima varietate hortum tuum librarium commendant? at has juventutis tuæ olim delitias, quæ animum recreant potius quam inſtruunt, jamdudum ſolidis gravioris vitæ ſolatiis poſtpoſuiſti, hiſtoriæ ſcilicet & antiquarum rerum ſtudio. In hujuſmodi libris conquirendis nec diligentiæ nec pretio peperciſti; unde ad Te affluxerunt ex atriis auctionariis & bibliopoliis, tum peregrinis tum domeſticis, præſtantiſſima quæque Romanorum & Græcorum monumenta ubivis gentium edita. Hinc Tibi adſunt ſcriptores optimi & rariſſimi e Gallis, Italis, & Hiſpanis; adſunt etiam inſigniores inter Belgas, Germanos, Suecos & Danos; eaque propter Hiſtoricos illos collegiſti non ſolum ut extranea & peregrina ad notitiam tuam perveniant, ſed ut noſtra melius illuſtrentur: Inter Gallos etenim & Boreales autores plurima ſeſe offerunt gentis Britannicæ ſive incunabulis ſive incrementis cognata. In id autem præcipue ſerio

incumbis,

incumbis, ut noſtratium hiſtoricorum Tibi ſuppetat plena copia. Horum ſcientiæ ſalubri & frugiferæ maxime intentus, debere credis tuo erga patriam amori, ne quid forulis tuis deſit utile aut curioſum, ad intimam rerum Britannicarum & præcipue vetuſtarum cognitionem; ideoque Bibliotheca tua in aliis pretioſa, in his magnifica & ſplendida cernitur.

Inde lubet apud Te mirari peritiſſima illa Chalcographicæ artis ſpecimina, urbium, templorum, & ædificiorum proſpectus vel virorum imagines exhibentia, præſertim ab Hollaro aliiſque egregiis artificibus confecta, quæ vetuſtatis faciem melius conſervant & ad vivum exprimunt.

His divitiis ſuperbit Muſeum tuum in hoſpitio Lincolnienſi, & his villa tua Bartonenſis viris eruditis arridet; ubi in otio & ſeceſſu, qui Te Tibi reddit, libris gaudes tanquam comitibus, & ſtudio antiquitatis deditus veteris ævi monumenta magno ſumptu tum ex archivis & codicibus tum ex hominum ore variis itineribus collecta, præ cæteris ea quæ ad Northamptonienſia pertinent, in ordinem digerere laboras & opus maturare jamdiu ab amicis magnopere efflagitatum.

Eandem nimirum curam & ſolicitudinem his ſtudiis impendis, qua olim uſus es

in

in muneribus publicis obeundis, poſtquam gratia regia negotiis Portoriorum te admovit, in litibus contra ſontes proſequendis primo Procurator aſſiduus, deinde adſcribi meritus es ordini eorum qui telonio præfuerunt. At quanta cum laude hæc officia exercuiſti, nec mihi qui tali provinciæ ſum impar licebit dicere, nec ſi ſcirem, quæ tua eſt modeſtia, permittes.

Hoc nido invidia temporis, poſt ſervitium pluſquam novendecim annorum, te excuſſit, & invitum traxit vis amicorum importuna in officium Quæſtoris Cenſuum a Zytho provenientium; ubi velut quadrupes conſtrictus vinculis graviſſimæ cautionis, facultates tuas periculo aliorum fidei ſubmittis, & ſaxum volvis vere Siſyphium. Brevi ab hoc ergaſtulo liberatus, & tandem laboribus publicis honeſte defunctus, in hæc otia erudita tanquam in portum te recepiſti, ubi ab omni adulatione & partium ſtudio alienus, tibi ipſi ſeorſim a vulgo plaudere potes cum Horatio tuo,

——Vivo & regno, ſimul iſta reliqui,
Quæ vos ad cœlum effertis rumore ſecundo.

Hinc tibi etiam congruit Ennianum illud,

Ea eſt libertas, qui pectus purum & firmum
geſtitat;
Aliæ res obnoxiæ nocte in obſcura latent.

Cum pro tua in me prona benevolentia mihi ſemper in melius conſulere ſoleas, veniam dabit modeſtia Tua, Vir Doctiſſime, ſi in hoc loco commemorem, quæ de Johanne quodam Burgenſi Hiſtorico monuiſti, cujus a Lelando aliiſque Biographis Britannicis facta eſt mentio. Recte quidem animadvertis meum de iſto viro, ſeu vero ſeu ficto, ſilentium, ubi de Chronico Johannis abbatis diſſerui. Agnoſco enim nonnullos eruditos auctoritati Lelandi nimium fidentes, quicquid ille dicit de Johanne Burgenſi, temere de altero intellexiſſe; cum Collectanea ipſa, quæ Lelandus ex iſtius Chronico excerpſit, manifeſte oſtendunt eum longe a Johanne noſtro diverſum fuiſſe, nec Annales ulla in re inter ſe convenire; & quæcunque Balæus & ex eo Pitſeus tradunt, quaſi Burgenſis ille anno MCCCXL claruerit, eidem Lelando plane, pro eorum more, affiɛta ſunt. In ſimilem errorem inciderunt viri eruditi Gerardus Voſſius & Johannes Joſcelinus, & harum rerum multo peritior Gulielmus Nicolſo-
nus,

nus, Venerabilis Epiſcopus Derrienſis; cum res ſit notiſſima nullum Petriburgenſem abbatem nomine Johannis in toto ſæculo decimoquarto aut floruiſſe aut vixiſſe; & in Lelando de ævo aut catalogo ſcriptorum ejus autoris ullam nec volam nec veſtigium invenire liceat. Recte igitur judicas, quod etiam idem Venerabilis Epiſcopus Derrienſis innuit, de Johanne abbate Burienſi hæc debere intelligi, in cujus Annalibus referuntur Hiſtorica quædam ad Robertum Capitonem ſeu Groſteſte, celeberrimum illum præſulem Lincolnienſem pertinentia; videlicet de inimicitia papæ Innocentii quarti adverſus eum, & de exhumando ejus cadavere, &c. Hoc modo Lelandus ſibi conſtabit tum in Commentariis tum in Collectaneis; in his enim citantur eadem Hiſtorica veluti e Johanne Burgenſi excerpta, in illis veluti a Johanne Burienſi ſeu Edmundoburgenſi conſcripta, quæ in utriſque ipſi Lelando a quodam Montjoio mutuo dari aſſeruntur. Inde conjicere licet levi quadam literæ mutatione errorem hunc ortum eſſe, & ex una duas perſonas confectas. Sed his de rebus alias forſan agendum erit.

Jam ut amicorum tibi vota expleantur, ut multos annos proſpera valetudine utaris,

quo

# DEDICATIO.

quo patriæ in decus & utilitatem incœpta perficias, diuque eruditæ & ingenuæ artes Tuo exemplo Teque fautore fruantur, ex animo vovet

Tui Cultor Studioſiſſimus

E Bibliotheca Meadeana,
viii Kal. Aprilis, A. D.
MDCCXXIII.

JOSEPHUS SPARKE.


Prologus narrationis de Medeshamstede. qui nunc consuete Burch uocatur:

qui quondam Medeshamstede. nunc autē consuete
Burch uocatur: primū & precipue lectorem amo
neo ne rusticitatem uerborum ul' dictaminis: set
ueritatem hystoriole attendat. Et si cui emendare
ul' melius dictitare placuerit concedimus. dum
omnimodis ex sensu inde aliqua demere caue-
at: sciens procerto me ex proprio nichil fingere.
nec ut placeam alicui aliqua mendaciter com
ponere. Testor enim ipsam ueritatem que nescit mē
tiri. me nichil scribere. nichil dictitare. nisi quod ī
ueteribȝ scriptis reperi: ul' antiquorȝ & fideliū nar
ratiōe didici. Quod etiam et qui studiose requirere
uoluerit adhuc scripta reperire ul' narrare ul' pro
bare poterit. Narratio fundationis destructionis & re-
stauracionis ecclie sancti petri de Burgo & ipsius
fundatorum restauratorum et abbatum. &c.

Est nobile monasterium in regione Gyr
uiorum quod quondam Medeshamstede.
nūc autem consuete Burch uocatur. Quod autē
auctoritatis ul' dignitatis extiterit. ul' qui fun

*E Codice Walteri de Wytilsey penes Hon: Joh: Comit: Fitzwilliam.*

datores, & conſtructores, vel reſtauratores ipſius fuerint, dicemus; ſed primitus de ſitu loci pauca dicamus. Gyrvii vocantur hii, qui juxta paludem, vel infra paludem habitant: Nam Gyr Anglice, Latine profunda palus dicitur. Ex inundatione enim, vel ex ſuperfluitione amnium ſtans aqua inæquali terra profundam paludem efficit, [a] atque ita inhabitabilem reddit; præter quædam loca altiora, quæ credo, quod ad hoc Dominus illa extulit, ut habitacula fierent ſervorum Dei, qui ibi habitare elegiſſent. Habitant autem intra paludem in talibus locis Rameſienſes, Torneienſes, Crulandenſes, & plurimi alii; ad quos accedi nullo modo, niſi navigio, poteſt, præter ad Rameſiam ex una parte laborioſe operatum. Ely autem eſt inſula in eiſdem finibus conſtituta, ſeptem milliaria longa & totidem lata, continens in ſe xxii villas, undique paludibus & aquis circumdata, ſed tamen tribus pontibus honorata.

BURCH vero in regione Gyrviorum eſt fundatus, quia ibi incipit eadem palus in orientali parte, quæ per milliaria ſexaginta, vel amplius durat. Eſt autem eadem palus hominibus per maxime neceſſaria, quia ibi accipiuntur ligna, & ſtipula ad ignem, & fœnum ad pabula jumentorum, & coopertorium ad domos cooperiendas, & plurima alia neceſſaria, & utilia; & eſt ferax avium & piſcium. Sunt enim ibi diverſi amnes, & plurimæ aquæ, & maxima ſtagna piſcoſa; eſtque regio in hiis rebus abundantiſſima. Idem autem Burch in optimo loco eſt conſtructus: quia in una parte, palude & aquis optimis; in alia vero, terris, ſylvis, pratis, & paſcuis plurimis honoratur; eſtque ex omni parte formoſus, & per terram acceſſibilis, præter ad orientalem plagam, per quam, niſi navigio, non venitur. Præterfluit etiam juxta Monaſterium amnis Nen in auſtrali parte, quo tranſmeato liberum habet ire, quo quiſque vult continuo.

## Mirabile de Nen.

IN hujus amnis medio eſt locus, quaſi quædam vorago, qui tam profundus, & frigidus eſt, ut in media æſtate, cum ſolis calor camino videtur eſſe ferventior, nullus natantium ejus ima adire poſſit, nec tamen unquam in hyeme gelatur. Eſt enim ibi fons, ut dicunt, unde ebullit aqua: hunc locum Medeſuuelle an-

[a] Atque ita inhabitabilem reddit, *deſunt* W. perperam.

tiqui

tiqui appellarunt; a quo primi fundatores ipſius Monaſterii, quia juxta Monaſterium eſt, Medeshamſtede vocaverunt. Nam ſicut Ely a copia anguillarum, quæ in paludibus, & in aquis capiuntur; & Thorneya, propter ſpineta ibi ſuccreſcentia; & Crulandia, propter crudam terram, ſunt dictæ; ita Medeſhamſtede ab illo loco, ſicut diximus, nuncupabatur. Sed reſtauratores ipſius, ſicut infra dicemus, eum melius Burch vocaverunt. Hunc igitur locum videntes primi fundatores ipſius tam egregium, tam perſpicuum, tam amœnum, tam aptum, atque fertiliſſimum, & jocundiſſimum, omnibuſque rebus uberrimum & formoſiſſimum, & quaſi paradyſum in terris ſibi a Deo oblatum, Monaſterium ibi fundaverunt; non qualecunque, ſed ſecundam Romam, vel filiam ipſius Romæ in Anglia conſtruere [b] decertantes.

Et ut invidiam malevolorum & verba detrahentium, qui hoc contradicere volunt, vitemus; pauca de privilegiis illius loci, quæ Romæ firmata ſunt, vel nomina eorum, qui hoc Monaſterium fundaverunt, dicamus. Fuerunt tres fratres, id eſt, Peada, Wlferus, & Ethelredus, ſinguli Reges Chriſtianiſſimi, filii, ſcilicet, Pendæ Regis paganiſſimi, interfectoris ſanctiſſimi Oſwaldi Regis, & martyris. Hii enim illud Monaſterium cum ſororibus ſacris Kyneburga, & Kyneſuuitha, quæ ibi modo requieſcunt, & cum Oſwio Rege a fundamentis conſtruxerunt, & præ omnibus aliis privilegiis & terris auro & argento atque variis ornamentis ampliſſime ditaverunt.

## De Peada Rege, quomodo dictam Eccleſiam fundavit, & de [c] moribus ejus.

Anno igitur ab origine mundi V M. octingenteſimo, & ab incarnatione Domini [d] ſexcenteſimo quinquageſimo quinto, ab adventu vero ſancti Auguſtini quinquageſimo octavo, mediterranea Anglia fidem Domini ſuſcepit, ſub Principe, & Rege Peada, biennio ante mortem Pendæ: ſanæ fidei opera non negligens idem ſtrenuiſſimus, & Deo & hominibus amabilis, Rex Peada. Sed ſemen divinum, quod in cor ejus ſeminatum

---

[b] Decernentes S. [c] Morte W. rectius. [d] DCLXXV. Cod. Cot. & Lelandi Collectanea; ſed perperam. S. & W. habent DCLV.

erat,

erat, ad fructum bonæ maturitatis pervenit: Cœpit itaque ſæpedictum monaſterium ſummo ſtudio cum Oſwio Rege, & cum devotiſſima plebe, quæ nuper fidei ſacramentis erat imbuta, per Saxulfum virum potentiſſimum a fundamentis [e] conſtruere. Immaniſſimos itaque lapides in fundamentis cœpit jacere, quales octo paria boum, vix unum traherent; quos & nos vidimus, cum eſſet combuſtum & deſtructum ipſum monaſterium, ut domus Dei firmiter ſtaret ſupra firmam Petram ædificata. Sed heu, proh dolor! cœptum opus perficere non potuit. Inimicus enim humani generis, invidens conſtantiam boni operis in adoleſcente, inſtigavit adverſus eum ipſam naturam, per quam nobis paradiſi gaudium abſtulit, uxorem ſcilicet ſuam, Alfledam filiam Oſuii Regis, fratris ſancti Oſuualdi Regis & martyris, quæ, in ipſo tempore feſti Paſchalis, ipſum valde nefarie prodidit, & [f] peremit. Non recordata eſt ſanctitatem, & prudentiam parentum ſuorum, ſcilicet ſancti Oſuualdi avunculi ſui, & Oſwii patris ſui, nec non & Alhfridi fratris ſui, qui ſororem ipſius Peadæ, ſanctam Kyneburgam, in conjugem habebat, & multum eam diligebat. Sed ubi virtus Domini adeſt, ibi nihil valet Sathanæ malignitas.

## De Rege Wlfero.

NAM, ubi frater ejus Wlferus regnum [g] adeptus eſt, bonum opus, quod frater ejus bene inchoaverat, ipſe diligere, honorare, terris & aliis rebus ditare, ac per ipſum Saxulfum, virum ſtrenuiſſimum & religioſiſſimum, & tam mundanis quam eccleſiaſticis rebus doctiſſimum, cœpit inſtantiſſime ædificare; adjuvantibus ſibi fratre ſuo Etheldredo & ſacris ſororibus Kyneburga & Kyneſuuytha. Monaſterio autem nobiliſſime vel glorioſe condito, & ædificato, ipſi, qui optinet principatum cunctarum eccleſiarum, & claves regni cœlorum, ſcilicet beato Petro, tanquam eccleſiæ primitias, conſecraverunt, & commendaverunt; [h] quatenus eos ſolveret nexibus peccaminum, & aperiret portas regni cœlorum. Noverant enim ipſi datum eſſe, quod nulli alii ante ipſum, nec poſt

---

[e] Anno gratiæ DCLVI. [f] DCLVII. [g] DCLIX. [h] DCLXI. Hoc anno fuit deſponſata ſancta Ealdreda regi Egfrido. M. Sw.

ipſum

ipſum ita tam ſpecialiter & principaliter datum eſt, ſicuti ipſi ab ipſo Salvatore mundi dictum eſt. " Tu es, inquit, Petrus, " & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ in-" ferni non prævalebunt adverſus eam, & tibi dabo claves reg-" ni cœlorum. Et quodcunque ligaveris ſuper terram, erit li-" gatum & in cœlis, & quodcunque ſolveris ſuper terram, erit " ſolutum & in cœlis. " Et ſicut per ipſum principatum optinet Roma, ita & per ipſum filia ipſius Romæ libertatem, & principatum obtineret in Anglia.

## Saxulfus primus Abbas.

Multitudinem vero fratrum ibi coadunaverunt, & [1] divinam monachorum familiam bene diſpoſuerunt. Undique concurrentes clerici nobiles & ignobiles, quique & filii nobilium illuc, ad Dei ſervitium, abbatem eis præficientes ipſum Saxulfum, virum ſapientiſſimum. Et ne, per inopiam, Deo ſervire deſiſterent, omnem copiam, & habundantiam in mundanis rebus eis attribuerunt, & auctoritate extulerunt. Ipſe vero præfatus rex Wlferus, ipſam cœleſtis clavigeri domum in Medeſhamſtede auctenticam, ac ſi [2] Romam coluit eccleſiam, regia largitate, qua finitimas illuſtraret eccleſias, provexit: æternam libertatem, ne cui regia ſponſa ſerviret, donavit; circumcirca terras & aquas ei ſubjugavit; fines poſſeſſionum, ſeu extenta linea, attribuit; quæ ſua propria erant, dono donavit; quæ vero aliena, vel optimatum, vel etiam comitum ſuorum, aut mutuatus eſt, aut de proprio emit, & ſagacitate abbatis Saxulfi privilegiis & auctoritate propria ſicut & ſucceſſores ſui corroboravit. [3] Hii [4] ſunt itaque termini poſſeſſionum, & ſtagnorum, & paludum, & lacuum, & piſcaturarum, & terrarum, & omnium infra jacentium, qui, in ipſis privilegiis ſcripti, & per ipſa, eidem monaſterio contulit, ut in perpetuum libere famulentur Deo famulantibus. Ab ipſo Medeſhamſtede ad Norburch, & inde uſque ad locum quem vocant Folies, & inde totam paludem in directum uſ-

---

1 Domino S. deeſt in W. & C. 2 Romanam W. 3 Quæ vero & quanta dicto monaſterio contulit, in carta ejuſdem Regis, quæ prima eſt omnium cartarum, plenius poſſunt apprehendi, S. 4 *Deſunt ab* Hii ſunt *uſquead* Inter hæc venerabilis pater Saxulfus, in pagina ſequentia, Cod. S. habentur tamen in Wh.

que ad Eſendic; & de Eſendic, ad locum quem Fethermute dicunt, & inde in directum uſque ad locum, via decem leugiarum, quem Cuggedic nominant, & inde ad Raggemulc; & de Raggemulc quinque milliariis ad magiſtram aquam quæ ducit ad Elm & ad Uviſebeche, atque inde ſicut itur tribus leugiis, contra curſum magiſtræ aquæ, ad Trechenholt; & de Trechenholt in directum per immenſam paludem ad Derenorde, longitudine viginti leugarum, & inde ad 1 Greceſcros, & inde per unam pulchram aquam Beadanea nomine ſex leugiis ad Paccelade, & ſic in mediis partitis ſtagnis plurimis & immenſis paludibus cum habitatoribus Huntedunenſis provinciæ, una cum ſtagnis & lacis Scelfremere & Wicleſmere, & aliis quamplurimis ad hæc pertinentibus, cum terris quoque & manſionibus quæ adjacent in auſtrali parte Scelfremere, & cum infra ſepta undique palude uſque ad Medeſhamſtede, & inde uſque ad Welmesford; & de Welmesford uſque ad Clive, & inde ad Eſtun, & de Eſtun ad Stanford, & de Stanford ſicut aqua decurrit ad ſupradictam Norburch. Hæc itaque idem rex, ſicut regaliter tenuit, ita effecit libera, ut ab omni ſervitute abſoluta, liberrima poſſideret ipſa eccleſia, tanquam regina non tanquam famula. Adhuc etiam in ipſis privilegiis præcepit, ut beato Petro ſibi principante principalis in ſua regione & ſpecialis Romana ſit eccleſia. Et hic quærant vel quærent ipſum patronum, qui Romæ non poſſent. Et alia monaſteria, quæ ex ipſo monaſterio aſſurgerent, cum aliis finitimis eccleſiis quæ deinceps generarentur, huic principali eccleſiæ, tanquam fœcundæ matris filias, commendavit.

## Quomodo Saxulfus fundavit Monaſterium de Ancarig quod nunc vocatur Thorney.

INTER hæc venerabilis pater Saxulfus habens monachos anachoreticæ converſationis amatores, ſuggeſſit regi cum eiſdem fratribus, velle ſe quidem Dei nutu & ipſius aſſenſu monaſterium in ipſa ſubjacente heremo cum heremiticis cellulis conſtruere, in loco qui jam nomen acceperat Ancarig, 2 id eſt

1 In ipſa Wulferi carta ſcribitur Grateſcros, ſicut infra Bardanea pro Beadanea.
2 id eſt Torneya *bene deſunt in* Sw. ſed Wh. inſerit.

TORNEYA. Quibus rex dulciſſimo eloquio libentiſſime annuit, dicens: Quod ſemel, inquit, vobis perpetuavi, etiamſi ad alios veſtros uſus converteretis, non habuiſſem contradicere; quanto magis cum id propoſueritis in ædificationem eccleſiæ, & in augmentationem religionis divinæ. Immo ego faveo & laudo, ut perficiatur eo loci hæc bona ædificatio, & laudabilis voluntas veſtra, juxta 1 veſtram ditionem in Domino laudetur. Hæc & alia permulta 2 privilegia ipſa idem devotiſſimus & ſapientiſſimus rex confirmavit & corroboravit in concilio, præſente apoſtolico patre Deusdedit, qui ſextus a beato Auguſtino Dorobernenſi cathedræ præfulgebat: conſentientibus, ſubſcribentibus, amplectentibus, annuentibus, ſubnotantibus, approbantibus, aſpirantibus, affectantibus, benedicentibus, & conclamantibus, 3 Oſwio rege Northanhymbrorum, qui illud monaſterium cum Peada, ſicut diximus, inchoaverat, & Sighero rege auſtralium Saxonum ipſi regi Wlfero ſubjecto, & Sebbi rege orientalium Saxonum ſimiliter eundem Wlferum habente prælatum, & Ethelredo fratre regis, & Kyneburga & Kyneſuuytha ſororibus regis, & Deusdedit archiepiſcopo, & Ithamer Roſenſi epiſcopo, & Wyna Londonienſi epiſcopo, & Jeruman Merciorum epiſcopo, & Tuda epiſcopo, & Wilfrido & Eoppa presbyteris, & Saxulfo abbate, & omnibus comitibus & principibus totius Angliæ. Omnes itaque iſti una voce & concordi voluntate anathematizaverunt, ipſo rege dicente & archiepiſcopo legente ipſam excommunicationem in hunc, quicunque hæc, quæ noſtra vel cæterorum fidelium donatione beato Petro conſecrata ſunt, auferre vel diminuere præſumpſerit, ipſe janitor cœli diminuat ejus partem in retributione æterna; ejus vero qui hæc largius auxerit, augeat ei Deus gaudia ſempiterna; omnibus vero reſpondentibus amen, dimiſſum eſt concilium. Sancitum eſt hoc privilegium anno Dominicæ incarnationis 4 ſexcenteſimo lxiv Wlferi regis ſeptimo, Deusdedit 5 archiepiſcopi Cantuarienſis nono, quod nullius inſana & punienda cupiditas violet.

SEDIT autem religioſiſſimus Saxulfus abbas & doctor mediterraneorum Anglorum & Merciorum 1, donec in Epiſcopum

1 noſtram Sw. 2 per ipſa privilegia S. & W. 3 Oſwyno. Cot. minus recte. 4 DCLXIIII. S. W. & Chr. Sax. Cod. vero Cot. DCLXIII. 5 archiepiſcopi Cantuarienſis, deſunt S. & W. 1 per. xiii. annos W.

2 aſſumptus

1 aſſumptus eſt, docens incredulos, baptizans credentes, habens diſcipulos, intus monachos religioſos, foras propagandæ fidei magiſtros, poſt ſuum principale monaſterium parturiens & ædificans ſuffraganea cœnobia & alias eccleſias, tanquam hujus fœcundæ matris filias.

PRÆFUIT etiam idem glorioſiſſimus rex decem & ſeptem annis genti Merciorum & mediterraneorum Anglorum; & quia ſe fideliter Chriſto ſubdidit, undique vicini reges erant ei ſubditi. Nam & orientalium & auſtralium Saxonum reges Sigherius, & Sebbi cum cæteris ei ſubjecti erant. Habuit vero a ſuſceptione fidei gens mediterraneorum Anglorum ſub Peada primum epiſcopum 2 Dyuma; ſecundum Ceolach; tertium Trumhere monachum tempore Wlferi; quartum Jaruman; quintum Ceddan; ſextum Wynfridum; ſeptimum Saxulfum, qui erat, ſicut ſanctus Beda dicit in hiſtoriis Anglorum, abbas & conſtructor monaſterii Medeſhamſtede in regione Gyrviorum. Pro quadam enim cauſa inobedientiæ 3 depoſitus Wynfridus de Epiſcopatu a beato Theodoro archiepiſcopo, omnium conſenſu regis & cleri & populi univerſi, flentibus & mœrentibus ejuſdem monaſterii fratribus, eligitur Saxulfus ad epiſcopatum mediterraneorum Anglorum & Merciorum ſimul & Lindisfarorum 4. Sed ne grex Domini abſque paſtore diu fluctuaret, omnium fratrum electione & Saxulfi conſenſu & voluntate,

## Cuthbaldus,

CUTHBALDUS ejuſdem monaſterii monachus abbas conſtituitur, vir religioſiſſimus & ſapientiſſimus. Et non ſolum ibi ſed circumquaque & per plura loca abbatem ſibi inde expetebant; fœlices & beatos ſe arbitrantes propter religionem & auctoritatem, ſi contigiſſet eis vel abbatem vel monachos ex ipſa prima matre ſua accipere, qui eos diligenter inſtruerent & ſibi præeſſent. Unde factum eſt ut ex ipſo monaſterio plura alia ſunt condita, & de eadem congregati-

1 Dunelmiæ. Wh. 2 Dwyna S. Duma. Wh. 3 DCLXXV. obiit Wulferus Rex & Saxulfus factus eſt Epiſcopus. 4 Nunc Dunelmiæ W. ſupra voce Lind.

one monachi & abbates conſtituti, ſicut ad Ancarig quod modo 1 Torneia eſt dictum, & ad Bricklesſuurtha & ad Bredun, & ad 2 Wermundeſeya, & ad Repingas, & ad Wochingas, & ad plura alia.

POST Wlferum autem Ethelredus frater ejus regnum adeptus eſt, qui non ſolum diligere idem monaſterium, ſicut fratres ſui, ſed etiam præ omnibus aliis, terris & privilegiis honorare & auctorizare cœpit. Nam per Wylfridum archiepiſcopum reverentiſſimum quæcunque ipſe vel prædeceſſores ſui ipſi monaſterio contulerant, ipſe Romæ confirmare & corroborare auctoritate apoſtolica curavit, præcipiens ſuum privilegium fraterno teſtamento adjungi, atque unicum votum in unum corpus redigi ad perpetuam videlicet monaſterii ſtabilitatem. Quod per ſanctum Agathonem papam auctorizatum & confirmatum 3, & per ſanctum Wylfridum deſtinatum eſt, ut in ſequentibus dicemus. Illud autem privilegium ita incipit.

## Privilegium Agathonis Papæ.

GLORIOSISSIMO filio regi Merciorum Ethelredo, fratribus quoque & coepiſcopis Theodoro Dorobernenſi, & Saxulfo mediterraneorum Anglorum & Merciorum epiſcopo, cæteriſque conſacerdotibus, Agatho ſervus ſervorum Dei in Domino ſalutem. Et poſt multa, 4 quæ ad laudem ipſius eccleſiæ & regis & cæterorum fundatorum ſcripſit, adjunxit. Annuimus piæ veſtræ petitioni quatenus prædicta eccleſia in Medeſhamſtede Romana ſit & apoſtolica; ubi beatum Petrum nobis quidem corpore, vobis vero ſpiritu ſemper præſentem poſſideatis; ubi & a vobis, & a toto regno veſtro, ac ſi Romæ requiratur, & piis veneretur votis fidelium, & ſicut regia auctoritate regia, ita apoſtolica confirmatione ſit apoſtolica, ſit ab omni ſervitute ſæculari libera, ita videlicet ut quemadmodum vos dictaſtis, nec rex, nec epiſcopus, nec præſes aliquis

1 Thorneya W. 2 Wermundiſcia S. 3 omnia ſequentia deſunt in Sw. *uſque ad* Et ſancitum eſt aſſentiente concilio, p. 11. Whitleſeye vero hoc privilegium ſuo codici inſeruit. 4 quæ quidem omnia edidit S. Gunton in Hiſt. Petroburg. p. 123. integrum vero hoc privilegium invenies in monaſtic. Anglican. tom. i. p. 66.

abbati ipſius, poſt electionem eccleſiæ & regis aſſenſum, quicquam terreni oneris injungat, non cenſum, non tributum. Non milicia, non aliqua unquam ſervitutis occaſio de omnibus rebus ad eccleſiam ipſam pertinentibus, vel in magno, vel in minimo, ab ullo exigatur, quatenus ſub rege ſuo defenſore, non tyranno, libere Chriſto ſoli deſerviat. Epiſcopus quoque diœceſeos, non typo prælationis, ſed officio caritatis, huic ſe impendat, abbatemque ipſius ac ſi Romanum legatum, & comminiſtrum evangelii habeat, & ſecundum ſibi ſocium æſtimet, non ſubjectum. Nullum vero potentatum in hoc monaſterium præripiat, nec ordinationem ibi, nec quodlibet officium ſine abbatis favore arroget; ſed neque ab ipſis intimis & peculiaribus locis, & parochiis, vel in omni privilegio ipſius juris quicquam præter ejuſdem abbatis aſſenſum accipiat, vel faciat, nequa ſcilicet abuſione pacem perturbat gregis dominici, quales ſcandalizare eſt cum mola aſinaria in profundum dimergi. Ubi autem electus ex ipſa congregatione abbas ordinandus erit, ab archiepiſcopo Dorobernenſi Romani pontificis vicario, aut a quo ipſe modo 1 efficatiori juſſerit, rege favente, ordinetur, nec parochianus pontifex, ſive ipſe, ſive alius aliquis, prædicta duntaxat autoritate ordinaverit, quicquam in eum præter fraternitatis obſequium præripiat. Hanc eccleſiam cæteris imperii veſtri monaſteriis, quæ modo aſſurgunt, vel deinceps in omnem poſteritatem naſcentur, tanquam religionis primitias excipimus, quatinus apoſtolica gratia ſuique Petri, veſtræque promotionis prærogativa præſtet cæteris a Tamenſe fluvio, 2 ſicut & orta perhibetur mater primaria. Abbas quoque ejus reliquis arctoæ plagæ prior habeatur, & in omnibus conventibus anterior ſedeat; ita dumtaxat, ut ad ſacræ fidei, religionis, caritatis, & concordiæ compaginem, loco primogeniti, & vice Romana affectuoſe præluceat confratribus, non imperet. Sed & in aula regia, & regalibus conſiliis ſicut monaſterii præſtantia exigit, laudamus, ut primus vel inter primos adhæreat regi, & exemplo Saxulfi omnes ſucceſſores opportune, ſeu importune regem frequentent, religioſa converſatione a terrenis revocent, ad cœleſtia erigant, ad pietatem, ad juſtitiam, ad Dei cultum hortatu crebro accendant. Hanc quoque ad veſtrum votum non ſolum voluntarie,

1 efficatiori W. inefficacior. C. 2 in aquilonem S. ſupra.

verum

verum etiam neceſſarie concedimus benedictionem huic apoſtolicæ eccleſiæ, quatenus tam vos quam cæteri populi veſtri imperii, totius quoque Britanniæ, ſed & proximorum regnorum nationes, quicunque vel viæ longinquitate, vel varia neceſſitudine præpediti Romæ beatum Petrum in urbe ſua reviſere non ſufficitis, hic eum ſpiritu vobis cohabitantem plena fide requiratis, hic vota perſolvatis, hic abſolutionem peccatorum & apoſtolicam benedictionem per ipſum ligandi atque ſolvendi principem, fideliter ſperetis, & juſta deſideria cum precibus exaudiri, ac cœli januam vobis aperiri credatis. Hæc igitur & cætera quæcunque ſunt, tam a vobis, quam a fratribus, & anteceſſoribus veſtris huic monaſterio in æternam hæreditatem, libertatemque perpetuam donata, ac privilegiorum ſanctionibus perhenniter commendata, quæcunque etiam in poſterum, aut a vobis, aut a ſucceſſoribus veſtris, vel a quibuſlibet perſonis uſque in finem jure tradentur, omnia ſcilicet ſecundum veſtram poſtulationem apoſtolica beati Petri auctoritate confirmamus; & ita hæc obſervanda ab omnibus regibus, & principibus Britanniæ conteſtamur, ſicut ipſum cœli janitorem timent offendere. Siquis autem hæc in aliquo, quod abſit, violare præſumpſerit, cujuſcunque poteſtatis aut ordinis ſit, excommunicatorio ipſius ſancti Petri gladio, niſi emendaverit, excidatur. Qui vero cuſtodierit, quique res eccleſiæ amplificare maluerit, ipſius clavigeri gratia ſuſcipiatur; & ſicut infernus raptoribus, ita defenſoribus paradiſus aperiatur. 1 Scripſit quoque idem papa in eodem privilegio ad eundem regem, & ad reverentiſſimum archiepiſcopum Theodorum, & ad Saxulfum epiſcopum, ut ſecum regiam, & apoſtolicam ſæpe dictæ eccleſiæ libertatem corroborarent, & indelibiliter ſubſcriberent, & anathematizarent, quicunque hæc violarent.

Hoc privilegium ſancitum & confirmatum eſt a ſancto papa Agathone; & ſancitum eſt aſſentiente concilio centum viginti quinque epiſcoporum anno Dominicæ incarnationis ſexcenteſimo octogeſimo; & per ſanctum Wylfridum 2 archiepiſcopum de-

---

1 Huic ergo definitioni regia dignitas veſtra ut veſtram majeſtatem decet indelibiliter ſubſcribat ✝. tua quoque devotio reverentiſſime Theodore--- ſimiliter & tua caritas frater Saxulfe. *&c. in Swaphami Regiſt. fol.* 84. 2 archiepiſcopum *deeſt* in Sw. ſed W. inſeruit.

ſtinatum

ſtinatum eſt 1; poſtea vero approbatum ab archiepiſcopo Theodoro, in concilio celebrato in campo 2 Hetfelda, ipſo rege gratanter & devote cum regali auctoritate has terras & poſſeſſiones cum omnibus rebus ad eas pertinentibus beato Petro ad præfatum Medeſhamſtede monaſterium tradente, anathematizante, & obſecrante, ut apoſtolico gladio animadverterentur quicunque de hiis, aut de omnibus rebus ad ipſam eccleſiam appendentibus, quicquam detraherent. Hoc eſt, Bredun; 3 Repingas; Cedenac; Suineſheved; Heanbyrig; Lodeſhale; Scuffenhalch; Coſtesford; Stretford; Wetelleburna; Luſgerd; Hethelhuniglond; 4 Barchanig. Hæc inquit beato Petro regaliter habita, regaliter concedo, habenda in perpetuam hæreditatem atque liberrimam eccleſiæ proprietatem, obſecrans per ipſum apoſtolorum principem nequis unquam ſuccedentium tam de hiis quam de omnibus rebus ad ipſam eccleſiam appendentibus quicquam detrahat. Quod ſiquis fecerit, omnibus epiſcopis damnantibus, & hiis præſentialiter ſubſcribentibus, apoſtolico gladio animadvertatur. Archiepiſcopus quoque Theodorus ita intulit; ego Theodorus Dorobernenſis cathedræ inthronizatus, juxta apoſtolicum papæ Agathonis mandatum, privilegium monaſterii Medeſhamſtede ſubſcriptione noſtra confirmo, cujus violatores dampno, & excommunico, defenſores vero gratifico, & benedico. Et Saxulfus: ego humilis Saxulfus, ejuſdem monaſterii fundator ita corroborare gaudeo, ſicut ei ſpecialius optima cupio, ut nihil uſurpem vel de rebus vel de officiis ipſius monaſterii, præter voluntatem abbatis & poſtulationem, nec ego nec ſucceſſores mei. Ego quoque omnem violentiæ abuſionem anathemate hinc excludo. Subſcripſerunt autem, & aſſenſerunt reverentiſſimus archiepiſcopus Eboracenſis Wylfrid, & Oſtryd Regina Ethelredi regis, & Adrianus Romanus legatus, & Johannes Romanus legatus, & Putta Roffenſis epiſcopus, & Waldhere Lundonienſis epiſcopus, & omnes comites & principes 5 totius Angliæ. Cuthbaldus quoque abbas ita finivit: Ego Cuthbaldus ejuſdem monaſterii abbas ſpeciali amore amplector,

1 De auctoritate & libertate dicti monaſterii requiratur in eodem privilegio, quod primum eſt omnium privilegiorum. S. 2 Ethfeld Sw. Hetfelda. W.
3 Hrepingas. S. Repingas, W. 4 Barthanig. S. 5 W. *addit* terræ.

ut quiſquis hæc ſervaverit valeat, quiſquis prævaricatus fuerit, quod abſit, omnium epiſcoporum ac ſacerdotum excommunicatione diſpereat. Amen. Cumque omnes acclamaſſent & conclamaſſent Amen, firmatum eſt privilegium; & dimiſſum concilium.

SIMILITER & ſuccedentes reges terris & libertate honorare, & privilegiis corroborare, & anathemate percutere, & terrere, quicunque aliquid fraudare, vel auferre temptaret, omnimodo ſtuduerunt; id eſt Ceolredus Ethelredi regis filius, & Ceduuala rex Canciæ; & Sygheri Saxonum rex ejus ſucceſſor; & Suebardus ejuſdem gentis rector; & Wythredus idem regnum gubernans; & Offa orientalium rex, filius Annæ regis; & omnes alii. In hujus abbatis, id eſt Cuthbaldi tempore ſanctus Wylfridus epiſcopus in poſſeſſione ipſius monaſterii Undalum tranſivit ad Dominum, & miniſteriis fratrum deportatus eſt ad ſuum proprium monaſterium in Rypum.

## Egbaldus &c.

SUCCESSIT vero Cuthbaldo in ſæpedicti monaſterii regimine Egbaldus, illique 1 Puſe, 2 Benna, eidemque 3 Selredus, ipſi quoque Hedda 4. Cætera autem vel miraculorum inſignia, vel quæque tunc temporis ſunt geſta, aut ſcriptorum negligentia, aut perſecutionis tempore abolita, noſtra latent ſæcula; præter ea, quæ in privilegiis ſunt ſcripta, in quibus & eorum nomina ſunt reperta.

POST hæc qui permiſit Job temptari & flagellari, permiſitque Petrum & Paulum, cæteroſque apoſtolos, & martyres martyrizari, omneſque electos perſecutiones pati, permiſit etiam nunc populum ſuum, populum fidelem, populum pacificum, populum chriſtianum & timentem 5 Deum, a crudeliſſimis paganis inimicis Dei & ſanctæ chriſtianitatis perſecutoribus flagellari ad probationem 6 electorum & ad condempnationem illorum qui eos injuſte perſecuti ſunt.

---

1 Puſa W. 2 W. *addit*, Benna. qui non comparet nec in C. neque in S. Chron. vero Saxon. ſub anno DCCLXXV affirmat Puſam ſucceſſiſſe Beonnæ. In textu Roffenſi Beonna abbas ſubſcribit Cartulæ regis Offæ anno 789.

3 Celredus S. Ceolred. Chr. Sax. 4 ac poſt Hedda W.

5 Domini. S. 6 & coronam S.

VENIENTES itaque Dani, miniſtri diaboli, quaſi canes rabidi & quaſi latrones ſubito irruentes de cavernis, ſic ipſi ex improviſo e navibus proſilientes ſuper populum nihil mali ſuſpicantem irruunt; urbes & villas & monaſteria concremant; pueros, ſenes cum junioribus jugulant. Matronalem ſeu virginalem pudicitiam ludibrio tradunt; omnia rapinis, & cædibus, & igne conſumunt. A provincia namque Northanhumbrorum incipientes omnia monaſteria monachorum & virginum, cum monachis & virginibus per totam Angliam concremavere; omnino caventes ne aliquis hujus cladis nuncius exiſteret, qui aliis, ut ſibi providerent, pronunciaret. Manu enim ad manum congredi non fuerunt auſi; ſed ſicut diximus quaſi latrones ſubito ſuper incautos irruentes, noctibus 1 vero ſemper ad naves recurrentes; ſic ſicut diximus ex occulta permiſſione Dei omnia cædibus, & rapinis, & igne devaſtantes, & depopulantes, donec ad ipſum ſanctiſſimum regem Anglorum Edmundum, principibus & ductoribus 2 Inguar & Hubba pervenirent; ſicut in paſſione ipſius legitur, qui per eorum manus martyrizatus coronam cœleſtis regni promeruit.

## Deſtructio monaſterii de Medeſhamſtede per Danos.

IN 3 hac ergo procelloſa tempeſtate, & ipſum famoſiſſimum monaſterium Medeſhamſtede, ſicut & 4 cæteri cum monachis igne conſumptum eſt. Sunt aliqui perverſæ mentis homines, qui ſi viderint aliquid adverſitatis, vel occiſionis, vel combuſtionis vel mortalitatis, vel hujuſmodi aliquid, ſub religione conſtitutis contingere, contentioſe contendunt dicentes, pro nihilo 5 aliud niſi pro peccatis eorum hoc illis contigiſſe; occulta Dei judicia pertinaciter ſibimet uſurpantes: non enim intelligunt, quod multis modis permittit Dominus electos ſuos temptari & flagellari: Aliquando ad probationem patientiæ ip-

1 & C & W. 2 Inguare S. 3 DCCCLXX. deſtructio hujus loci, a fundatione illius CCXIV. 4 Prima deſtructio Burgi & ſic ſtetit inhabitabile per XCVI annos uſque ad adventum ſancti Athelwoldi.

5 ſic C. &. S. In W. corrigitur, alio.

ſorum, ſicut ſanctum Job; aliquando ad correctionem, & emendationem, & ut in melius proficiant, ſicut ſcriptum eſt, juſtus juſtificetur adhuc, & ſanctus ſanctificetur adhuc: Et ſicut ipſe in apocalypſi dicit; ego quos amo, arguo, & caſtigo; aliquando ne ſe 1 virtutibus extollant, ſicut ſanctum Paulum apoſtolum; qui ſtimulis carnis colaphizatus eſt, ne ſe extolleret; nonnunquam vero ut ſi aliquid, ſicut humanæ fragilitatis eſt, aut ignorantia vel negligentia deliquerint, temptatione tribulationis, ſicut aurum in fornace ignis purgentur, ne in æternum eſuriant & ſitiant, & ne cadat ſuper illos ſol, neque ullus æſtus, & ut abſtergat Deus omnem lacrymam ab oculis eorum, ſicut plures 2 patres purgatos eſſe cognoſcimus; aliquando etiam propter exempla aliorum ne deſperent, cum adverſi aliquid contigerit, ſicut ſanctum Tobiam & Suſannam falſe criminatam legimus. Interdum autem ut falſi fratres manifeſti fiant; ſicut apoſtolus dicit, oportet hæreſes eſſe, ut probati manifeſti fiant. Et in evangelio, væ illi per quem ſcandalum venit: Nonnunquam etiam, ut probentur quomodo diligant Deum, ſicut in veteri teſtamento dicitur: temptat vos Deus, ut ſciat ſi diligatis eum. Et ſicut ſcriptum eſt, vaſa figuli probat fornax, & homines juſtos temptatio tribulationis. Aliquando ut ipſi perſecutores juſtas pœnas citius excipiant, ſicut in apocalypſi; animæ ſanctorum ad Deum clamaſſe, ut vindicaret ſanguinem ſanctorum, dicuntur; & ſicut Herodi propter necem innocentium contigit. Et ſicut Decio & Valeriano in paſſione beati Laurentii & Ypoliti evenit; aliquando etiam ut coronam æternæ retributionis juſtius accipiant, ſicut ſancti martyres. Aliter, ut ipſis loquar, qui ita diſputant, ſicut ſuperius diximus: Quis enim in hoc miſerrimo ſæculo perſecutiones & anguſtias ſuſtinet, niſi juſti & electi? nonne patriarchæ, & prophetæ, & apoſtoli, & martyres, & omnes juſti tribulationes & anguſtias ſuſtinuiſſe probantur? Quis autem reproborum in hoc ſæculo tales ſuſtinuit; admodum pauci, immo pene nulli, niſi ſint aliqui qui propter enormitatem ſcelerum hic incipiant cruciari, ſic deinceps ſine fine cruciandi: ſicut Antiochus & Herodes. Reprobi in hoc ſæculo deliciis & tranquillitate lætantur, ut hic recipiant, ſi aliquid, vel parva bona fecerunt, ut in futuro

1 Sw. *addit* de. 2 Sw. *addit* ſanctos.

nullam

nullam requiem inveniant; juſti autem omnia mala hic ſuſtinent, ut in futuro in pace requieſcant: ſicut in vitis patrum de quodam ſancto patre & de quodam divite legitur, quod cum mortuus eſſet ipſe dives, qui in deliciis vixerat, cum grandi apparatu & honore ſepultus eſt, miniſterque ipſius patris, qui hæc proſpexerat, veniſſe & inveniſſe belluam eum comedentem, ac ipſum qui hæc viderat tam diu proſtratum in terra jacuiſſe, deprecans Deum, ut ſibi oſtenderet quid hæc portenderent, donec angelus Domini aſtaret eique diceret, quia propter parva bona, quæ dives egit, mercedem hic recepit, ut in futuro nullam requiem inveniret; & ille ſenex pro negligentiis quas geſſit, ſupplicium hic ſuſtinuit, ut in futuro gaudium poſſideret. Hæc pauca iccirco diximus, ut ſi aliquid tale contigerit ſervis Dei, vel in religione poſitis, quale ſuperius diximus, vel monaſteriis deſtrui, ſicut monaſterio beati patris noſtri Benedicti contigit, quod illi illo adhuc vivente revelatum eſt. Et ſicut iſtis per Angliam de quibus prælocuti ſumus evenit, non illico alii ſcandalizentur, non illico detrahant, non illico propter peccata ſuſtinentium hoc illis eveniſſe deputent, ſed occulto Dei judicio omnia permittant, qui novit omnia, antequam fiant, & per quem omnia, & ex quo omnia, & in quo omnia ſunt.

Nunc autem ad propoſita revertamur. Ita itaque ſicut ſuperius diximus ſervis Dei per Angliam martyrizatis: monaſteria eorum deſtructa & deſerta per plures annos permanſerunt: nonnulla tamen poſtmodum reſtaurata ſunt: plura autem uſque in hodiernam diem deſtructa permanent, parietibus tantum monſtrantibus quomodo monaſteria & alia 1 officina erant diſpoſita.

## Reſtauratio Burgi per ſanctum Adeluuoldum.

Post præfinitum autem tempus a Domino, ſurrexit ſanctiſſimus Ædelwoldus Epiſcopus Wentanæ civitatis, in tempore Edgari regis chriſtianiſſimi, qui expandens aureas alas aquilæ ſibi præfiguratæ late per orbem, Angliæ cœpit plu-

1 Officia. S.

rima

rima monaſteria per diverſa fundare vel conſtruere aut reparare loca; adjuvante Domino, & amminiculante ſibi rege piiſſimo & benigniſſimo Edgaro. Cumque in tali opere die noctuque inſudaret, aſtitit ei quadam nocte in viſu Dominus, monens eum ut ad mediterraneos Anglos proficiſceretur, quatenus quoddam antiquum ſancti Petri monaſterium deſtructum in priorem ſtatum repararet. Quid multa? paruit ille ſtatim juſſis, qui ad omnia bona agenda promptus erat. Veniensque in provinciam ad ipſius monaſterii quondam poſſeſſionem Undala dictam, putanſque ipſum eſſe locum, quem ſibi Dominus demonſtraverat, quia aptum & ydoneum ad hoc ipſum locum invenerat, cœpit conſtruere. Et ecce iterum ei Dominus apparere dignatus eſt, monens ipſum ut per crepidinem ipſius alvei paululum progrederetur, donec ad ipſos parietes ipſius combuſti monaſterii perveniret. Qui, lætus de viſione, & juſſa complens, repperit ibi in ipſa eccleſia ſtabula facta jumentorum & pecudum, omnemque locum ſpurcitia & immunditia repletum. Qui dolens in intimis viſceribus, quod tam pulchrum Dei templum ita ad nihilum eſſet redactum; cœpit tamen inſtanter emundare locum. Et videns, quod ad tam magnum locum multa oporterent, Wintoniam rediit, ut ſe præpararet, & die ac nocte deprecans eum, qui ſibi hæc oſtenderat, ut ei neceſſaria præberet, quo tam grande opus perficere poſſet. Et dum die quodam intraſſet ſolus oratorium ſuum more ſolito oraturus, ac expandiſſet manus ſuas ad Deum, deprecans, ut ſibi regem & reginam cæteroſque optimates, pios & adjutores ad prædictum opus, & ad cætera, quæ ipſe inceperat, faceret; fertur ſtetiſſe ibi reginam clanculo ex induſtria retro hoſtium in angulo ut auſcultaret, quomodo vel quid Deum ſervus Dei deprecaretur. Quæ cum audiſſet omnia, quæcunque rogaſſet, ſubito præſiliit ac comprehendens eum; dixit Deum & ipſam exaudiſſe preces ejus, ipſamque pollicetur conſolatricem & adjutricem in omnibus fore, compulſuramque regem cæteroſque & ſimilia agere. At ille quamvis paululum verecundatus increpaſſet eam, tamen omnium bonorum largitori gratias egit. Quæ mox ad regem veniens cuncta per ordinem quæ audierat bonamque voluntatem ipſius pontificis coram cunctis pandit, ipſumque hortatur, & deprecatur, ut eccleſias Dei ædificet, & reſtauret, quo ſibi regnum cœleſte adquireret.

quireret. Et quia erat idem rex ſapientiſſimus, & erga religionem & eccleſias Dei devotiſſimus; mox ad ſe accitum epiſcopum præcepit, ut inſtanter, quæ inceperat, conſummaret, promittens ſe ei in omnibus auxiliaturum fore. Quod & largiter implevit, ut poſtea patuit.

## De Adulfo cancellario regis Edgari.

INTEREA contigit, ut cancellarius ipſius Edgari regis Adulfus nomine filium haberet unicum, quem in tantum dilexit, ut inter ſe & genitricem ejus noctibus eum dormire permitteret. Et ecce heu proh dolor, quadam nocte cum multo vino inebriati eſſent dormientes, ſuffocatus eſt inter eos. Qui ad ſæpedictum epiſcopum veniens ad confeſſionem, dixit ſe velle Romam ad ſanctum Petrum proficiſci, quo citius miſericordiam Domini poſſet conſequi. At ſanctus vir, qui ſpiritu Dei plenus erat, videns mutationem, & dejectionem, & humiliationem viri, intellexit eum magnum futurum, & quod ſibi ſoli, ſi pergeret, proficeret, magis eum retinuit, ut multis prodeſſet. Docuit ergo eum, & ſuaſit, ut quod in tam periculoſum iter expenderet, ipſe potius ad reſtaurationem eccleſiæ ipſius clavigeri conſervaret. Quid multa? conſenſit prædictus vir conſiliis epiſcopi, quia erat compater ejus, ac poſt non multum tempus cum rege Edgaro, & cum eodem epiſcopo ad Medeſhamſtede monaſterium deſtructum 1 perrexit. Cumque vidiſſet tam nobile monaſterium diſſipatum ita, vehementer condoluit, ac reſtaurari eum cupiens optulit Deo & ſancto Petro plenam haſtam armillis extra argentum & variis 2 ornamentis, ad reædificationem, & renovationem eccleſiæ ipſius clavigeri, coramque rege tonſoratus, & cuculla indutus, monachus factus eſt. Rex quoque benevolus, gratulatus de tali converſione viri, optulit tunc quidem & ipſe cum optimatibus ſuis multa in auro, & argento, & terris, ſancto Petro.

1 DCCCCLXIX reſtauratio hujus loci; a prima fundatione ejus, anno CCCXIII. a deſtructione vero ejuſdem, anno XCIX. 2 varia ornamenta. W.

ADULPHUS

## Adulphus primus abbas poſt reſtauratio-nem.

IN pauco itaque tempore multitudinem fratrum ibi ſanctus Ædelwoldus congregavit, certatim concurrentes clerici, nobiles, & filii nobilium illuc ad Dei ſervitium, abbatemque 1 ejus præfecit ipſum Adulfum virum religioſiſſimum, quondam regis cancellarium: qui unanimiter & inſtanter eccleſiam Dei conſtruxerunt, ac fratrum conventum honeſtiſſime rexerunt, & circumquaque terras & poſſeſſiones emerunt, & eccleſiam Dei terris & variis ornamentis honorifice ditaverunt. Poſt tempus autem, cum rurſum idem rex Edgarus reviſere veniſſet idem delectum ſibi monaſterium, cum ſanctiſſimis Dunſtano Dorobernenſi & Oſwaldo Eboracenſi archiepiſcopis, & cum omnibus epiſcopis, & abbatibus, & ducibus & optimatibus totius Angliæ, & vidiſſet tam nobile monaſterium, tam bene fratrum 2 conventu ordinatum, & officinis variis tam bene diſpoſitum, & illud in tam optimo loco poſitum, inſuper & audiſſet, quod antiqua privilegia, quæ monachi jam mortui in ipſis parietibus eccleſiæ inter petras abſconderant, eſſent reperta, & cognoviſſet quantæ auctoritatis eſſet, & inter cætera, quod quicunque non ſolum de tota Anglia, ſed & de proximis regnorum nationibus, vel viæ longinquitate, aut varia neceſſitudine præpediti, Romæ beatum Petrum reviſere non ſufficiunt, hic eum requirant, hic vota perſolvant, hic abſolutionem peccatorum, & apoſtolicam benedictionem accipere, ac cœli januam ſibi aperiri fideliter credant; valde lætatus eſt idem rex, quod tantæ auctoritatis locum in regno ſuo haberet, ac præ nimio gaudio lacrymaſſe fertur. Et convocatis mox in unum eiſdem archiepiſcopis, & epiſcopis, & abbatibus, & ducibus, omnibuſque 3 optimatibus, optulit Deo & ſancto Petro terras, & poſſeſſiones inferius ſcriptas, & privilegiis corroboravit 4. 5 Vi-

1 DCCCCLXXII. 2 quæ conventum Wh. 3 & Wh.

4 & libertates quas carta ſua pleniſſime diſtinguit. Qui vero de prædictis certiorari voluerit, cartam ejuſdem regis requirat. Sancita eſt illa carta, anno &c. S. 5 *Deſunt a voce* Videtur *uſque ad* Hoc privilegium *ſupra* Sw.

detur

detur etiam nobis de hujus devotiſſimi regis privilegio pauca quæ excerpſimus eſſe ſcribenda, ut cognoſcamus devotionem ejus, & quomodo hæ poſſeſſiones ad ipſam eccleſiam pervenerint, & miſericordiam Domini maxime ſuper ipſum locum proſpiciamus. Et ſic, ſicut diximus, coram ipſis primatibus optulit 1 & ita inter multa & poſt multa ſcripſit.

## Carta regis Edgari.

GRATIA 2 Domini noſtri Jeſu Chriſti regis omnium ſæculorum, omnia ſuo nutu diſtribuentis regna terrarum, & moderantis habenas rerum, ego Edgarus ſub ipſo ſydereo rege præſidens regno Magnæ Britanniæ, pro gratia ſancti Petri venerabiliſque & Deo dilecti pontificis ſæpe petitione, patriſque noſtri Ædelwoldi caritate, atque animæ meæ redemptione, concedo gratantiſſime illud ſanctum & apoſtolicum cœnobium in perpetuum eſſe liberum ab omni ſæculari cauſa, & ſervitute, ut nullus eccleſiaſticorum vel laicorum ſuper ipſum, vel ſuper ipſius abbatem, ullum unquam habeat dominium: ſed ipſo abbate cum ſubjecta Chriſti familia in pace Dei & ſuperni janitoris Petri patrocinio illud regente, ac rege in omnibus neceſſitatibus adjuvante, ab omni mundiali jugo tam ſecurum æternaliter perſiſtat, quam liberum, ſed & ab epiſcopali exactione, & inquietudine, ex apoſtolica libertate, & reverentiſſimi archiepiſcopi noſtri Dunſtani auctoritate, cum ſuis appenditicis, id eſt, 3 Dodeſtorp, & Eye, & Paſtune, perpetuo maneat abſolutum. Villam quoque Undalem, cum toto jure adjacentium quod Eata hundred Angliæ nominatur & cum mercato ac thelonio, ea prorſus libertate donamus, quatenus nec rex, nec comes, nec epiſcopus præter Chriſtianitatem attinentium parochiarum, nec vicecomes, nec ulla unquam major minorve perſona ulla dominatione occupare, nec de ipſa villa Undale, ubi legitime conſedere debet, in alium locum transferre ullatenus præſumat: ſed tantum abbas prædicti cœnobii illud cum ſuis cauſis & legibus

---

1 Ut in carta ſua inferius pleniſſime divulgatur. Whit. qui ſequentia omiſit uſque *ad voces* Hiis itaque peractis. p. 22. 2 Edgari carta plenius exhibetur in monaſtic. Anglic. tom. 1. p. 65. 3 Chron. Sax. addit. Æſtfeld.

totum

2

totum in ſua poteſtate liberrime teneat, & quando, vel in quo loco ſibi placuerit, ſine ulla contradictione ſedere faciat. Item terras noſtro adjutorio, vel dono, vel optimatum meorum per præfatum epiſcopum eidem monaſterio adjectas, quæ hic ex parte titulantur, id eſt, Barwe, Wermintune, Æſtune, Kyteringas, Caſtra, Æyleswurthe, Waltun, Witheringtune, Ege, Torp, & unum monetarium in Stanforde in perpetuam libertatem concedimus. Sint ergo tam iſtæ villæ, quam cæteræ omnes, quæ ad ipſum monaſterium pertinent, cum univerſis rebus & rationibus ſuis, & tota ſaca & ſocne, ab omni regali jure in æternum liberæ, & in magnis & in minimis, in ſylvis, campis, paſcuis, pratis, paludibus, venationibus, piſcationibus, mercationibus, theloneis, omnibus rerum procreationibus Dei beneficio provenientibus. Concedimus etiam quartam partem ſtagni, quod dicitur Witlesmere, per epiſcopum Adelwoldum acquiſitam; cum omnibus ſcilicet aquis, piſcuariis, ſtagnis, & paludibus attinentibus uſque ad hos terminos circumjacentes: quorum ſeptentrionalis eſt ubi primum intratur Merelade de amne Nen; Orientalis ad Kyngesdelf; auſtralis ad Alduines Barwe, qui locus eſt in palude contra medietatem viæ Ubbemerelade; occidentalis ubi aqua de Opbete finitur ad terram, quæ omnia antiquitus ad illud ſacroſanctum monaſterium multo latius & longius pertinuiſſe probantur. Mercatum quoque conſtituimus in Burch ſingulare, ut nullum aliud habeatur inter Stanforde & Huntadune. Et ad illud damus, ibidemque perſolvi jubemus totum ſine contradictione theloneum, hoc eſt primo de tota Witleſmere uſque ad theloneum regis, quod jacet ad hundred de Normanneſcros, & de Witleſmere ſicut Merelade venit ad aquam Nen, & inde ſicut aqua currit ad Welmesforde, & de Welmesforde ad Stanforde, & de Stanforde juxta curſum aquæ uſque ad Crulande, & de Crulande uſque ad Muſt. Et de Muſt uſque ad Kyngesdelf, & inde uſque ad prædictum Witleſmere. Propter varia quippe lucra & corporalium & ſpiritualium utilitatum, hoc mercatum decrevimus illic celebrari, & undique illud requiri, quatenus & Dei miniſtri inde adjuventur propinquius, & a concurrente populo inter terrena neceſſaria cœleſtia petantur ſubſidia, dummodo per ſancti Petri quæſita patrocinia; & per miſſarum audita myſteria ſecundum fidem cujuſque ibi poſſint redimi diverſarum offenſionum debita.

 bita.

bita. Porro decedente abbate de eadem congregatione fratres ſucceſſorem ydoneum eligant, & regis favore ordinetur. Hanc igitur totius abbatiæ tam in longinquis quam in propinquis poſſeſſionibus regificam libertatem ab omnibus approbatam [1] ſategimus, per ipſum devotiſſimum hujus deſcriptionis auctorem Adelwoldum a ſede apoſtolica Romanæ eccleſiæ juxta primitivam ejuſdem monaſterii inſtitutionem perpetuo corroborare; quam quicunque in aliquo violare præſumpſerit, ipſius ſummi præſidis Petri, & Romanæ Ierarchiæ omnium ſacrorum ordinum animadverſione in infernum æternum dampnetur. Qui vero provexerit, & defenſaverit, in ſorte electorum Dei remuneretur. Sancitum eſt hoc privilegium anno Dominicæ incarnationis nongenteſimo ſeptuageſimo ſecundo, ipſiusque regis ſexto decimo, ſubſcribentibus, confirmantibus, & conſignantibus Dunſtano & Oſwaldo archiepiſcopis [2] & Ælfſtano & Athulfo pontificibus, & Æſwio, & Oſgaro, & Æthelgaro abbatibus, & Alfero & [3] Æthelwino & Brichnotho & Oſlaco ducibus, & omnibus principibus & miniſtris regis.

HIS itaque peractis, & ſingulis ſingula ſicuti erant offerentibus, alii terras & poſſeſſiones, alii aurum, vel argentum, alii varia ornamenta, & alii quæque erant precioſa, omnibus in commune ſapienter & prudenter placuit, ut idem locus fauſto nomine Burch vocaretur, id eſt civitas, ſecundum hæc præconia, glorioſa dicta ſunt de te civitas Dei &c. Civitas ſupra montem poſita &c. Magnus Dominus in civitate Dei noſtri, in monte ſancto ejus. Non in monte terrena mole & congerie prominenti, ſed in illo qui in montibus ſanctis optinet principatum; cui dixit mons montium, tu es Petrus & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Nec ſuffecit eis, ut ſolummodo Burch vocaretur; quin potius terris, auro & argento, diverſiſque rebus in tantum ditaverunt, ut eum merito Gyldeneburch, id eſt, auream civitatem vocarent.

---

1 Wh. fol. 170. b. *addit*. excepta moderata expeditione, & pontis arciſve reſtauratione. 2 & Adelwaldo. S. W. 3 Adthelwino. W.

## De reverentia monaſterii.

IN tanta namque reverentia celeberrimus & ſacer locus ille tunc temporis habebatur, ut quicunque aut rex, vel epiſcopus, clericusve aut laicus, orandi cauſa illuc veniſſet, mox ut ad portam monaſterii veniſſet, ſtatim diſcalciatus, non aliter niſi nudis pedibus eccleſiam humiliter intraret, & quæque optima haberet libenter Deo & ſancto Petro offerret, propter nimiam caritatem, quam inter fratres ejuſdem loci inveniſſet. Et ubicunque frater ipſius cœnobii tranſiret, vel veniret, ut angelis Dei propter religionem ab omnibus inclinabatur, & ſuſcipiebatur, & ei obediebatur, & ab eo benedictio petebatur. Inde actum eſt, ut plus illuc in terris & rebus, quam uſquam alibi vicinorum locorum, collatum eſt. Verum præſtantiſſima eccleſiarum arce rege Edgaro intempeſtive nimis [1] ruente, quod ſuis diebus non potuit, bonis ſucceſſoribus ſupplenda & amplificanda votis benedictionis reliquit; ut inferius inter cartas regum denotatur.

## Relatio [2] Heddæ abbatis quomodo incipiente chriſtianitate in regione mediterraneorum Anglorum initiatum ſit Medeſhamſtede monaſterium, & ſubſequentibus [3] privilegiis confirmatum; quod nunc ut prædictum eſt, Burch, vulgariter nominatur.

REX Alhfridus regis Peadæ ſororem habebat reginam Kyneburgam, & Peada mutua cognatione ſororem Alhfridi acceperat Alfledam, Alhflidus, filius erat regis Northanhumbrorum Oſuui fratris ſceptrigeri martyris Oſuualdi. Peada

1 morte ruente Wh. 2 Relationem Heddæ abbatis Walterus Whitleſeye in textu ſuo inſeruit. Robertus vero Swaphamus fictam iſtam, ut mea fert opinio, Heddæ relationem ante regum privilegia tanquam introductionem locavit.

3 Quæ quidem privilegia Swaphamus & Whitleſeye ad calcem hiſtoriæ ſuæ inſeruere.

filius Pendæ regis Merciorum. Hic ſuadente fideli cognato & pia ſorore baptizatus eſt a Finano pontifice: plus jam gaudens de æterna ſalute, quam de petita virgine. Aſſumptiſque ſecum quatuor evangelizatoribus religioſis cum conjuge fidem Chriſti & ſuo & paterno regno, patre licet pagano ſatis conſentiente primus invexit. Hiis acceſſit comes & cooperator illuſtris Saxulfus, vir præpotens & ſæculo & religione, regique & eccleſiæ acceptiſſimus: Qui cupiens novellam plantationem chriſtianitatis ſua vice ingenter dilatare, Dei clementia & chriſtiani regis benevolentia molitus eſt monaſterium nobile quod Medeſhamſtede dicitur in regione Gyrviorum, quod beato Petro, in quo ſcilicet Dominus eccleſiam ſuam ædificavit, tanquam eccleſiæ primitias conſecravit.

HIC itaque aggregato numeroſo fratrum contubernio ſedit abbas & doctor mediterraneorum Anglorum ac Merciorum, donec in epiſcopum aſſumptus eſt; docens incredulos, baptizans credentes: habens diſcipulos intus monachos religioſos, foras propagandæ fidei magiſtros; poſt ſuum principale monaſterium parturiens & ædificans ſuffraganea cœnobia, & alias eccleſias tanquam hujus fœcundæ matris filias. Cultu quoque divino ſub chriſtianiſſimis & beneficis regibus, Peada, Oſuuio, Wlfero, atque Ethelredo qui ſibi ſucceſſerant latius regnante, ut ſapiens Macchabæus Simon dilatavit terminos ſuos, & augmentavit gloriam eccleſiæ ſuæ.

UTQUE domum ſuam contra tam varias mundi tempeſtates perpetuo muniret, quam ſupra firmam petram fundaverat, etiam regiis cartis & privilegiis fulcire ſtuduit.

IGITUR poſt biennium ſuſceptæ fidei, Penda ydololatriæ capite exciſo, victor Oſuuius regnum Merciorum triennio optinuit, totam gentem ſubjectam ad Chriſtum convertit. Monaſterium Medeſhamſtede regaliter provexit. Interea amabilis indoles, & regno condecentiſſimus Peada, indigna & immatura nece ablatus, fervorem dilatandæ eccleſiæ ſucceſſuris fratribus dereliquit. Deinde excluſo alieno rege Mercii ſuſceptam chriſtianitatem cum naturali rege Wlfero alio Pendæ filio conſtanter ſervavere. Anni erant ab adventu Auguſtini Anglorum luciferi quinquaginta quinque, ab incarnatione ſalvatoris DCL exacti, jam ſextus a beato Auguſtino ſacer Deuſdedit Dorovernenſi cethedræ archiepiſcopus apoſtolice præfulgebat.

CUM

CUM igitur Wlfere adeo flagraret in Chriſti cultura, ut non ſolum patrias gentes, verum etiam ſubjectos ſibi auſtralium reges, & populos regiis muneribus & ampliatis regnis ad veram Dei ſectam accenderat; cœleſtis vero clavigeri domum in Medeſhamſtede autenticam, ac ſi Romanam coluit eccleſiam regia largitate; qua finitimas illuſtraret eccleſias provexit; æterna libertate, ne cui regia ſponſa ſerviret, donavit; fines poſſeſſionum ceu extenta linea attribuit, auctoritate extulit, privilegiis, ut denotatum eſt, ſagacitate abbatis Saxulfi, ſicut & ſucceſſores ſui corroboravit.

QUARUM rerum 1 exemplaria ſeorſum deſcripta jubente rege Ethelredo, ſuum fraterno teſtamento adjungi, atque unicum votum in unum corpus redigi, ad perpetuam videlicet monaſterii ſtabilitatem, ſubtractis aliquibus verſibus cauſa breviandi hic inſeruntur 2.

PRÆSCRIPTUM autem privilegium ſanctus Edwardus rex & martyr, filius 3 ipſius Edgari, Anglorum monarchiam tenens, per deprecationem Adulfi abbatis 4 perhenniter adfirmavit 5 hiis teſtibus adjunctis quos ſupra nominavimus. Æthelredus vero frater ejus, Anglorum imperio ſullimatus, has donationes prædeceſſorum ſuorum, rogante abbate Kenulfo, 6 cum prædictis teſtibus ſolidavit. Cnut autem rex Anglorum, Deo favente & Ælflino abbate deprecante, hoc 7 privilegium cum ſuis optimatibus 8 corroboravit.

9 EDWARDUS etiam rex in ipſo privilegio ita ſcripſit: Ego Edwardus Dei gratia rex Anglorum hoc teſtamentum anteceſſorum meorum, poſtulante abbate 10 Lefrico comprobavi; & villam Fiſkertune, quam regina mea ipſo abbate Lefrico inſtante per me dedit, vel potius reddidit juri ſancti Petri in Burch, concedo liberam cum terris, ſylvis, & aquis, & om-

---

1 Hæc periodus ſuperius inſeritur in codice Cottoniano & in Swaphamo rectius ante ipſa regis privilegia. 2 Huc uſque relatio Heddæ abbatis.

3 prædicti regis. W. 4 Wh. addit, omnia prædicta privilegia perhenniter affirmavit, ut patet inferius per ejus cartam. 5 W. *omiſit ſequentia uſque ad* Æthelredus.

6 cum teſtibus in carta notatis Wh. 7 *illud* Sw. *privilegia*, ut in carta ejus exprimitur. Wh. 8 Quomodo autem ſanctus Edwardus rex illud privilegium confirmavit, & quæ de ſuo proprio adjecit in eodem evidenter denotantur. Sw. & Wh. 9 *Deſunt a voce* Edwardus *uſque ad* In aliis quoque privilegiis, tam in Sw. quam in Wh. qui in appendice inter alias regum cartas ordine ſuo poſuere. 10 Leofrico Sw. Leufrico Wh.

nibus rebus pertinentibus. Similiter de aliis terris, id eſt, Æſtuna, Flettona, Overtona, Aluuoltuna, Oſgotebi, & cæteris quæ in eo tempore adjectæ ſunt. Concedo eidem loco Saca & Socna, & Tol & Teme. [1] Hinc conteſtor omnes poſteros meos reges & judices per Dominum omnium judicem, nequis unquam audeat quicquam tam ex hiis quam de omni jure ſancti Petri quicquam detrahere aut diminuere. Qui autem hæc violaverit, omnium ſacerdotum & miniſtrorum Dei ore anathema ſit.

IN aliis quoque privilegiis idem rex rogatus ab abbate Lefricho, & a monacho ipſius nomine Brand pro terris & poſſeſſionibus quas [2] ipſe Brand & fratres ſui Aſkitillus & Syricus de proprio patrimonio in propriam hæreditatem monaſterii donaverant, id eſt, Scotere, Scottune, Malmetune Thorpe, Walecote, [3] & plurimis aliis ita ſcripſit: Ego Edwardus Dei munificentia rex Anglorum: ſciendum omnibus prætendo, quod ego pro redemptione animæ meæ prædictas terras ita concedo præſentique deſcriptione in æternum conſtituo, quatenus ipſæ terræ ſancti Petri in uſus ſervientium ſibi ſemper ſint liberæ, ſicut omnes aliæ, quæ ſunt ipſius liberrimæ. Quicunque autem hæc decreta noſtra tranſgredi præſumpſerit, Deo & omnibus ſanctis ejus regique ſuo reus habeatur, & ſi digne non emendaverit in infernum inferiorem cum diabolo ſemper arſurus dimergatur. Item pro eiſdem in alio ita ſcripſit: Siquis inimicus hæc auferre eccleſiæ Dei conatus fuerit, auferat Dominus partem ſuam de medio omnium electorum ſuorum. Brand quoque ita ſcripſit & excommunicavit; Ego quoque Brand cum abbate noſtro Lefrico cunctiſque fratribus noſtræ congregationis æternam maledictionem imprecor hujus deſcriptionis adverſariis, quicunque ſancto Petro præſcriptas terras abſtulerit.

WILLIELMUS quoque rex Anglorum & dux Normannorum ita hæc confirmans ſcripſit: Ego Willielmus Dei beneficio

---

1 Teſtibus regina Eadgitha, Stigando & Alredo archiepiſcopis, Haraldo, & Coſtino, cum cæteris optimatibus meis. Sw. fol. 40. & Wh. fol. 171. *Verba* Hinc conteſtor *&c. ad* anathema ſit, ex alia ejuſdem regis carta ſumuntur, apud Swapham. fol 111. 2 idem monachus S. & W. 3 & plurimas alias regaliter & æternaliter, ut in eiſdem privilegiis patet, confirmavit. Sw. & Wh. cætera vero deſunt a vocibus *ita ſcripſit*, uſque ad *hæc & alia multa* pagg. ſequentium in Sw. tum in Wh.

rex Anglorum, petente abbate Brandone, iſtud privilegium in omnibus laudo, & confirmo, ſicut ſupra ſcripti reges ante me; ſimiliter etiam terras fratrum, vel propinquorum ſuorum, quas habebant ſub rege Edwardo hæreditarias, & liberas, hoc eſt, Scotera, Scottona, Malmigtun, Regenaldetorp, Meſſingham, Cletham, Hibaldeſtouua, Walacota, Muſcham, cum omnibus adjacentibus, ego concedo monaſterio ſuo & ejuſdem loci patrono beato Petro apoſtolo, in perpetuum liberas, & quietas, cum omnibus conſuetudinibus, quæ appellantur Anglice Sace & Sacne quatenus jugiter ſint propriæ & dominicæ, in fermas vel quaſlibet neceſſitates ibidem Deo ſervientium. Hæc ergo nemo hæredum vel ſucceſſorum meorum temerare audeat, ne excommunicationis gladio intereat, & pro hæreditate eccleſiæ infernum poſſideat 1. Hæc & alia multa præfati reges Deo, & ſancto Petro, & fratribus conceſſere, & ſuis ſcriptis confirmavere.

## Tractatus de Thorneya.

NUNC autem adhuc ad ſuperiora revertamur. Prædicto autem cœnobio, tam regaliter & glorioſiſſime, a Sancto Adelwoldo in antiquo ſtatu, ſicut ei promiſerat Dominus, reſtaurato, reparavit idem epiſcopus & eccleſiam in Ancarig quam quondam Saxulfus primus abbas, & conſtructor Medeſhamſtede, fundaverat, & conſtruxerat, qui locus propter ſpineta circumquaque ſuccreſcentia Thornig modo ſolito nuncupatur Anglice vocabulo, qui antea melius Ancarig vocabatur, id eſt, inſula concluſorum, vel ſolitariorum. Non enim venitur illuc niſi navigio ex una parte, ita palude concluſa eſt. Quem locum pretio adquiſivit, & pari conditione monachis aptiſſimum delegavit; rectorem illis & abbatem Godemannum præponens, conſtructum monaſterium dedicavit, & bonorum omnium poſſeſſione gratanter ditavit.

1 Willielmus quoque rex Anglorum & dux Normannorum dictas terras & poſſeſſiones & plurimas alias cum quibuſdam libertatibus ſcil. quæ Anglice appellantur Sake & Sokne carta ſua corroboravit & confirmavit. S & W.

Reſtau-

## Reſtauratio Elienſis eccleſiæ.

ADHUC Chriſti aquila Adelwoldus expandit aureas alas ſuas, & plures alias eccleſias, vel monaſteria conſtruxit, vel reparavit in Anglia. Eſt enim quædam regio formoſa in provincia orientalium Anglorum, quæ a copia anguillarum, quæ in paludibus ibi capiuntur, Elig nomen accepit: In qua regione & inſula locus omni veneratione dignus habetur, magnificatus nimium reliquiis & miraculis ſanctæ 1 Etheldrydæ reginæ, & perpetuæ virginis, ac ſororum ejus. Sed in ipſo tempore erat deſtitutus, & regali fiſco deditus. Hunc ergo locum famulus Chriſti, pro dilectione tantarum virginum, magno opere venerari cœpit; datoque pretio non modicæ pecuniæ emit eum ſicut & alios omnes a rege Edgaro, conſtituens in eo monachorum gregem non minimum, quibus ordinavit abbatem 2 Brithnothum præpoſitum ſuum: Et ejuſdem loci ſitum monaſterialibus ædificiis decentiſſime renovavit, eumque terrarum poſſeſſionibus affluentiſſime locupletatum, & æternæ libertatis privilegio confirmatum, omnipotenti Domino commendavit.

CONSTRUXERAT quoque 3 quendam locum vocabulo 4 Abbendun ſibi commiſſum. Non enim nocet ſi priora poſterioribus poſtponamus; congregavitque 5 ſibi in brevi ſpacio gregem monachorum, quibus ipſe abbas, jubente rege Edredo, ordinatus eſt. In quo videlicet loco modicum antiquitus habebatur monaſteriolum, ſed erat tunc neglectum ac deſtitutum, vilibus ædificiis conſiſtens, & quadraginta tantum manſas poſſidens. Dedit etiam rex poſſeſſionem, quam in Abbandonia poſſederat, hoc eſt, centum caſſatos cum optimis ædificiis abbati & fratribus ad augmentum cotidiani victus, & de regio theſauro ſuo multum eos in pecunia juvit, tantamque gratiam Dominus ſibi ſervientibus contulit, ut ad præfatum cœnobium, quod antea rebus erat pauperrimum,

1 Etheldrythe S. Etheldritha W. 2 Brihtnothum S.
3 ante epiſcopatum *ſupra lineam, manu ni fallor R. Swaphami.*
4 Abbandun. Sw. 5 ibi W.

omnes

3

omnes ſimul divitiæ putarentur affluere. Regnante vero glorioſo rege Edgaro, inſigni & clementiſſimo, præpotente ac invictiſſimo regis Eadmundi filio, honorabile templum in honorem ſanctæ Dei genetricis ſemperque virginis Mariæ in eodem conſtruxit loco, & conſummavit.

## Sanctus Athelwoldus factus eſt epiſcopus de Wintone.

POST hæc elegit eum idem Edgarus, feliciſſimus Anglorum baſileus, ad 1 epiſcopatum Wintonienſis eccleſiæ. Erant autem tunc in veteri 2 monaſterio, ubi cathedra pontificalis habetur, canonici nefandis ſcelerum moribus implicati, elatione, & inſolentia, atque luxuria præventi, adeo ut nonnulli illorum dedignarentur miſſas ſuo ordine celebrare, repudiantes uxores, quas illicite duxerant, & alias accipientes, gulæ & ebrietati jugiter dediti. Quod minime ferens ſanctus Adelwoldus expulit citiſſime deteſtandos blaſphematores Dei de monaſterio. Miſit quoque rex Edgarus illuc cum epiſcopo quendam miniſtrorum ſuorum famoſiſſimum, qui regia auctoritate mandavit canonicis, ut unum de duobus eligerent; aut ſine mora dare locum monachis, aut ſuſcipere habitum monaſtici ordinis: at illi nimio pavore conterriti, & vitam execrantes monaſticam, intrantibus monachis, illico exierunt. Et adducens 3 ſæpedictus epiſcopus monachos de Abendonia locavit illic, quibus ipſe abbas & epiſcopus extitit. Nam hactenus ea tempeſtate non habebantur monachi in gente Anglorum, niſi tantum qui in Gleſtonia morabantur, & Abbandonia.

## De novo monaſterio Wintoniæ.

PARI quoque modo annuente rege Edgaro canonicos de 4 novo expulſit 5 monaſterio, illucque monachos introduxit regulariter converſantes, ordinans illis abbatem diſci-

1 DCCCCLXIII 2 Sancti Swithuni. S. 3 DCCCCLXIII
4 la Hyde *addidit* manus recentior in Sw. 5 DCCCCLXIIII

pulum ſuum Æthelgarum: Qui poſtmodum provinciæ auſtralium Saxonum epiſcopus, ac deinde, ſancto Dunſtano ad cœleſtia regna tranſlato, Cantuariorum archipræſul effectus eſt. In Abbandonia vero Oſgarum pro ſe conſtituit abbatem, ditatuſque eſt locus ille ſexcentis & eo amplius caſſatis, inſuper & æternæ libertatis ſuffultus privilegiis, divina ſimul & regia auctoritate conſcriptis, quæ laminis aureis ſigillata inibi uſque hodie conſervantur.

## De tertio cœnobio Wintoniæ.

IN tertio quoque Wintonienſi cœnobio, quod Anglice Nunnaminſter appellatur, in honore ſemper virginis Mariæ Deo conſecratum, mandras ſanctimonialium ordinavit, quibus matrem 1 Ætheldrydam præfecit, ubi regularis vitæ norma hactenus obſervatur. Erat autem vir Dei 2 Athelwoldus a ſecretis Ædgari inclyti regis, ſermone & opere magnifice pollens, in pleriſque locis eccleſias conſtruens, & dedicans, & ubique evangelium Chriſti prædicans; ſicque factum eſt, conſentiente rege, ut partim Dunſtani conſilio & actione, partim Ædelwoldi ſedula cooperatione monaſteria ubique in gente Anglorum, quædam monachis, quædam ſanctimonialibus conſtituerentur, ſub abbatibus & abbatiſſis regulariter viventibus, & circumivit ipſa beatus Adelwoldus ſæpe. Hæc pauca de multis, quæ excerpſimus de hujus ſanctiſſimi & Deo & hominibus dilecti antiſtitis factis, tetigimus, ut cognoſcatur, quia multa ſunt & magna, quæ geſſit; & quia magnos labores, & ſudores, & immenſas tribulationes, & perſecutiones, & maxima pericula pro ædificandis eccleſiis, & pro religione monachorum ſuſtinuit; ſicuti quando venenum bibit, & multa alia, quæ pertulit, & quia optima exempla paſtoribus eccleſiarum dereliquit.

---

1 Ætheldrytham. S. 2 Ædelwoldus. Sw.

## Adulphus abbas factus eſt archiepiſcopus.

NUNC vero unde digreſſi ſumus redeamus. Præſcripto ſancto Oſwaldo Eboracenſis eccleſiæ archiepiſcopo ad Dominum tranſeunte, omnium conſenſu, & voluntate regis, & epiſcoporum, cleri, & populorum, eligitur Adulfus abbas Burgenſium 1 ad archiepiſcopatum memoratæ eccleſiæ.

## Kenulfus abbas præficitur.

ET ne diu grex Dominicus in Burch poſitus abſque paſtore fluctuaret, unanimi fratrum electione, & regis Ethelredi favore abbas conſtituitur, & ordinatur Kenulfus, flos litteralis diſciplinæ, torrens eloquentiæ, decus & norma rerum divinarum, & ſæcularium. Jam vero ordinatus, quanta diligentia, & inſtantia, & quam bene ovile ſibi creditum rexerit, & quam mitem, & pacificum, & humilem ovibus ſuis ſe exhibuerit, & qua vigilantia curam paſtoralem exegerit, quanto ſtudio libros emendaverit, quam dulciter, & libenter ad ſe venientes, vel ſecum morantes erudierit, quam dilectus Deo & hominibus extiterit, quomodo monaſterium muro cinxerit, & res eccleſiæ ſuæ auxerit, non eſt noſtræ parvitatis explicare; concurrunt cotidie tam ex longinquis, quam & de proximis terrarum finibus, epiſcopi, clerici, & monachi, divites & mediocres ad ejus magiſterium, & ad ejus, ut ad quondam Salomonis, ſapientiam audiendam, donec poſt annum decimum quartum rapitur, magis quam eligitur ad pontificatum Wintoniæ civitatis.

## Kenulphus factus epiſcopus, cui ſucceſſit Ælſinus abbas.

SUCCESSIT tamen & huic in monaſterii regimine, pari ſagacitate, & virtute animi vir, Ælſinus, quem ſibi omnis concors congregatio abbatem elegerat, & poſtulaverat.

1 DCCCCXCII

Hic

Hic per quinquaginta annos eandem eccleſiam rexit, & variis ornamentis, & bonis omnibus, & maxime ſanctorum reliquiis, eam honorabiliter ditavit; hic etiam per tres annos cum regina 1 Ymma in Normannia demoratus eſt, & inde regis 2 Ethelredi & ipſius reginæ gratiam multum promeruit, & multa ibi adquiſivit, & ſemper, ut prudens apes, domui ſuæ prodeſſe curavit. Et factum eſt cum eſſet ibi, ut acerba fames crudeliter vexaret totam provinciam, & maxime Franciam, ita ut multi relinquerent patriam: unde contigit, ut abbates, & monachi, quæque optima haberent, venderent, ut periculum tantum evaderent. 3 Ælfſinus vero ibi conſtitutus multa emit, qui cuncta pene pro nihilo habere potuit.

## Sanctus Florentinus adquiritur.

INTER alia cum ad monaſterium ſancti Florentini de Bona Valle veniſſet, & diſtracta jam omnia inveniſſet, & adhuc fames illos cruciaret, & nihil habentes, quod amplius venderent, præter ipſum ſanctum Florentinum, ſuum patronum, & protectorem, ipſum cum toto feretro totum, præter ſolum caput ipſius, illi vendiderunt, ut eſſet tutor & adjutor ipſius, & monaſterii ſui omni tempore; unde monachi prædicti monaſterii ſancti Florentini, pro tali commutatione, gemunt per ſæcula, ſicuti nobis retulerunt quidam ex ipſis, qui eum requirere & orare venerant in Anglia. Datis itaque quingentis libris argenti, continuo illum, cum multis aliis reliquiis, & ornamentis, in Angliam per monachos ſuos ad proprium monaſterium ſcilicet ad Burch tranſmiſit.

## De Rameſeye.

IN diebus quoque illius, monachi Rameſienſes pro quadam cauſa nimis accuſati ſunt apud regem, ita ut coram eo monaſterium deſtruendum, & monachos exterminandos adju-

1 Emma Sw. 2 Cnuti C. *male*. 3 Ælſinus. W.

 dicatum

dicatum ſit. Rex autem iratus nimium juſſit impleri judicium prædictum. At abbas Burgi 1 Elſsinus in Domino confiſus, qui opportune & inportune ſicut in privilegiis ſuis ſcriptum reppererat, & exemplo Saxulfi, & Adelwoldi, & aliorum, conſiliis regis intererat; & quia ſapiens erat, primitus ſe ad Dominum contulit, & poſtea reginam exoravit, ut ſecum pro tanto monaſterio regem intercederet: quæ mox annuit; & cum rex vino debriatus eſſet hilarior, a ſententia eum permutavit, dicens non eſſe juſtum pro culpa unius vel duorum, tale monaſterium, & tantos patres perire, cum non eſſent conſentanei, & ſe deprecari, ut ſibi, & Elſsino abbati amico ſuo, qui multum ei ſervierat, illud condonaret. Quod rex libentiſſime annuit, ea tamen conditione, ut ipſe Elſsinus propria gubernatione illud regeret, & quemcunque vellet ex ſuis monachis, abbatem ibi conſtitueret. Sed ille amicitiam, quam inceperat, vicinis ſuis ſervans, ſimul & implens, quod ſcriptum eſt, quod tibi non vis fieri, alteri non feceris, abbatem illis ex propria congregatione conſtituit, libertatemque in perpetuum donavit.

## De ſancta Kyneburga.

ERAT & in diebus ejus eccleſia Kyneburgenſis caſtri valde deſtructa, ubi ſancta Kyneburga, & ſoror ejus ſancta Kyneſuytha, filiæ Pendan regis interfectoris ſancti Oſwaldi regis, & martyris, requieverant, quas monachi Rameſienſes, ſummo ſtudio, nocte & die inſiſtendo, auferre & ad ſuum monaſterium transferre cupierant; ſed nec Domini, nec illarum voluntas fuit, ut uſquam alibi requieſcerent, niſi, ſub clavigeri poteſtate, qui eas ante Chriſtum introduxit. Eratenim quidam 2 ſecretarius Burgi Leofwinus dictus, qui eas ſummo ſtudio exoraverat, & invitaverat, ac ſummo honore honorandas ſpoſponderat; cujus preces, & vota benigniſſimus Deus, & piiſſimæ virgines exaudierunt: ſicut in tranſlatione illarum pleniſſime invenitur, quod longum eſt enarrare per ſingula.

---

1 Ælſinus W. *ſicut alibi*

2 .i. e. Sacriſta

## De ſancta Tibba.

SIMILI modo quoque idem abbas cum eodem Leofuuino tranſtulit ſanctiſſimam & piiſſimam virginem, Tibbam de Rihale Burgo, ipſa ſcilicet mandante, & magnis miraculis oſtendente ſe cum ſacris amicis ibi requieſcere velle.

SED quia ſtylus in tranſlatione ipſarum eſt, & quomodo etiam ſanctus Florentinus de Bona Valle apportatus ſit, qui cum ipſis in Burch Dei miſericordia requieſcit, jam dictum eſt. Placuit etiam, ut partim reliquiarum cæterarum 1 quæ ibi requieſcunt deſcribantur, non enim omnes poſſunt deſcribi. Habetur autem inibi, quod ſuper omne aurum precioſum eſt, dextrum brachium ſancti Oſwaldi regis, & martyris, integrum in carne & cute manens, juxta votum benedictionis ſancti Aydani epiſcopi, quod 2 nos oculis noſtris inſpeximus, & oſculati ſumus, & manibus tractavimus, & lavimus, cum oſtenſum fuiſſet Alexandro Lincolnienſi epiſcopo, & toti conventui, & plurimis aliis clericis, & laicis, tempore Martini abbatis in quadrageſima, die annunciationis Dominicæ anno ab interfectione ejuſdem martyris CCCCLXXXVII. De quo dextro, & in cujus laude quidam hos verſiculos veraci 3 voce edidit.

CUM digitis dextram cute ſanguine carneque tectam
Oſwaldi regis, Burgenſis continet ædis,
Ungues ſunt tales, fuerant vivo ſibi quales
Intus in hac dextra, paret cernentibus extra
Nervus & hinc vena, dextra junctura ſerena
In cubito veluti nova, paret foſſa veruti,
Quo 4 affuit appenſum præciſum martyris armum.

Habentur quoque ibi de coſtis ejus,& de terra in qua cecidit.

## De reliquiis Burgi.

DENIQUE & aliæ multæ reliquiæ ibi ſanctorum requieſcunt, ex quibus pauca hic annotabimus. Reliquiæ de panno ubi involutus eſt Dominus, duæ particulæ. De præ-

1 Burgi eccleſiæ W. 2 ipſe viz. Hugo White.
3 DCXLIII. ſanctus Oſwaldus paſſus fuit. 4 fuit W.

ſepi
3

ſepi Domini, 1 duobus in locis. De ligno Domini, quod in igne ſollicantium inuſtum apparuit, duæ particulæ. De ligno Domini 2 quatuor in locis. De ſepulchro Domini quatuor in locis. De quinque panibus, quos dedit Dominus quinque 3 millibus hominum; de veſtimento ſanctæ Mariæ duobus in locis. De velamine ſanctæ Mariæ duobus in locis. De virga Aaron. De reliquiis ſancti Johannis Baptiſtæ. De ſancto Symeone ſene. De ſepulchro ſancti Lazari 4 duobus in locis, De lapidea patena ſancti Johannis evangeliſtæ. Reliquiæ de ſancto Petro apoſtolo. De ſancto Paulo, 5 & de ſancto Andrea. De ſancto Bartholomæo, & de ſancto Philippo; & Jacobo; & ſcapula de innocentibus; reliquiæ de ſancto Stephano; & de ſancto 6 Dionyſio: Ruſtico; & Elutherio, & de cilicio 7 Wenceſclavi, & de lanea camiſia ejuſdem martyris. De manu ſancti Magni martyris, 8 & de ſancto Laurentio. Os, & dens, & brachium ſancti Georgii martyris; reliquiæ de ſancto Yppolito. De ſancto Gervaſio; Os & dens ſancti Chriſtofori. Reliquiæ de ſancto Cyriaco; de ſancto Potito; de ſancto Quirino; & duo dentes de ſancto Edwardo rege & martyre; reliquiæ de ſancto Trudone & de ſancto Maximo; 9 & de ſancto Salino, & de ſancto Theodoro. De ſancto Vincentio. De ſancto Mauritio. De ſancto Apollinare. De ſancto Gorgonio. De ſancto Coſma & Damiano; & de ſancto Sergio & de Baccho; & digitus Sancti 10 Leufridi abbatis. De ſancto Hugone, confeſſore; de ſancto Wlgaro. Reliquiæ de ſancto Adelwoldo. De ſancto 11 Cuthbaldo, de ſancto Vindennano. De ſancto 12 Euchario. 13 & tres articuli manus ſancti Æthelardi abbatis Corbeiæ. De ſancto Acca epiſcopo, & de ſancto Machuto. De ſancto 14 Egunio abbate. De ſancto Kenulfo, Brachium S. Suythuni epiſcopi. De ſancto Medardo. 15 Scapula ſancti Ambroſii & dens ſancti Aidani, 16 & de ſancto Grimbaldo presbytero. De ſancto

---

1 uno loco, Pitchley. 2 tribus P. 3 ſuis diſcipulis P.
4 martyris P. 5 *deſunt uſque* & de S. Philippo *in* P. 6 ſanctis
7 Reliquiæ ſanctorum Martyrum Florentini, Johannis, & Pauli P.
8 *deſunt hæc omnia uſque ad* digitus S. Leufridi abbatis P.
10 Leufrid . Sw. 11 Epiſcopo &c. P.
12 Reliquiæ ſancti Magni 13 Egwino S. Euguvio. P
14 Reliquiæ ſancti Salini epiſcopi martyris P. 15 epiſcopi P.
16 epiſcopi reliquiæ ſancti Theodori martyris de ſanguinea veſte ſancti Edmundi & martyris P.

Aldelmo.

Aldelmo. De ſancta Cecilia duæ particulæ. De ſancta Lucia. De ſancta Criſtina. De oſſibus & de ſanguine & veſtimento Eutropiæ, 1 & de ſancta Maria Ægyptiaca, & de ſancta Maria Magdalena. De capite & de brachiis ſancti Rogelidæ 2 de ſancto Auſtroberta & de ſancta Edburga & de ſancto Emenciano & de ſancta Juliana virgine & de capillis ſancti Adelwoldi 3 epiſcopi: Et dens ſanctæ Sexburgæ virginis.

Reliquiæ quæ conditæ ſunt 4 in magno altari. De ligno & ſepulchro Domini, de capite ſancti Georgii. De brachio ſancti Sebaſtiani. De ſancto Pancratio. De ſancto Precopio. De ſancto Wilfrido. De ſancto Botuuino, & de ſancto Aberto, & de ſancto Sicfrido, & de ſancto 5 Ladberto, & de ſancto Wildegelo abbatibus.

In turre vero argentea de ſepulchro Domini. De veſte & ſepulchro ſanctæ Mariæ. De ſanctis apoſtolis Andrea, Philippo & 6 Jacobo. De ſancto Dionyſio, Ruſtico & Elutherio. De ſancto Oſwaldo & de ſancto Laurencio. De ſancto Vincentio 7, de ſancto Potito, & de Coſma & Damiano. De ſanctis epiſcopis 8 Adelwoldo & Aldelmo. De Egwino abbate. De ſancta Cecilia. de ſancta 9 Edburga.

## Genealogia quorundam ſanctorum & ſanctarum in Anglia quieſcentium.

Adhuc 10 etiam placuit, ut de ſanctis, qui in Anglia requieſcunt, pauca dicamus. 11 Sanctus Auguſtinus archiepiſcopus baptizavit Ethelbrithum Cantuariorum regem &

1 Virginis, Pitchley. 2 martyre P 3 patris noſtri P. 4 in altariolo rubei marmoris. In margine Sw. 5 Tadberto S. 6 particulam partis oſſis ſancti Jacobi. P. 7 de veſte ſancti Vincentii Martyris. P. 8 capillo ſancti Adelwaldi *&c.* 9 *Pitcheley addit* reliquias Mauricii martyris. De ſancto Apollinare epiſcopo & martyre. De coſtis ſancti Oſwaldi regis & martyris, & de terra in qua cecidit. De oleo ſanctæ Katerinæ virginis & martyris, de lapide ubi ſedit Chriſtus Jeſu quando baptizatus fuit. De cruentata veſte ſancti Mauricii ſociorumque ejus. De veſte ſancti Oſwii regis & martyris, cum magna parte pulvinaris, vel pulveris de ſancto martyre. Dens ſanctæ Sexburgæ. Dens ſanctæ Hydæ. De veſte ſanctæ Virginis Mariæ & Liberatæ. 10 Explic. de reliquiis LXXVII præter CCX in rotulo martyrologii quæ abb. Benedictus adquiſivit. Summa omnium reliquiarum CCLXXXVII. exceptis XXX, conditis in magno altari. *Marg.* C. 11 Narrationem huic conſonam videſis in Hickeſii diſſert. epiſt. theſaur. antiq. ſeptentr. p. 115.

totum populum ejus. Nam Berta ejus regina, Francorum regis filia, ad eum venerat Chriſtiana: Habueruntque filium Edbaldum, & filiam Ethelburgam, quam deſponſavit Edwino regi Northanhumbrorum, quem ſanctus Paulinus, qui cum illa venerat, convertit, & baptizavit. Poſtea vero mortuo Edwino reverſa eſt cum Paulino ad Edbaldum, qui tunc Cantuariorum rex erat, deditque ei memoratus villam maximam Lininge cum omnibus adjacentibus; conſtruxitque ibi monaſterium, ibique modo requieſcit, & ſancta Edburga cum ea. Habuit quoque ipſe Edbaldus Ymmam filiam regis Franciæ, & ex eis nati ſunt ſancta 1 Eamſuytha, quæ ad Folkeſtan requieſcit, & Erconbrithtus Cantuariorum rex & Ermenredus & ſancta 2 Toneva & ſancta Ermenburga & ſancta Ermengitha. Tunc fuerunt filii Erconbrithi, filii Edbaldi & ſanctæ Sexburgæ ipſius reginæ, Egbrithus rex & Lotherus rex & ſancta Ermenilda & ſancta Ercongota; filii vero Hermenredi fratris ipſius ſanctus Ætheldredus & ſanctus Æthelbrithtus ex conjuge Oſlafe.

SANCTA autem 2 Toneva ſoror eorum deſponſata fuit Merwalæ filio Pendan regis Merciorum, & genuerunt ſanctam Milburgam, & ſanctam Mildritham, & ſanctam Milgitham, & ſanctum Mervinum, qui in infantia tranſivit ad Dominum. Poſtea vero ſancta 2 Toneva reverſa eſt ad Kent propter necem nepotum ſuorum Æthelredi & 3 Æthelrithi filiorum ſcilicet Germenredi, quos Thunor iniquiſſimus peremerat in villa Eſtreia dicta, eosque conculcaverat ſub ſella ipſius regis; ſed Deus omnipotens innocentium cadavera abſcondi noluit, ſed media nocte per columpnam lucis manifeſtavit, ita ut ipſe rex nimio terrore perterritus miſerit propter ſanctam 2 Tonevam amitam illorum, ut per ipſam placaret Dominum, deditque ei octoginta jugera aratrorum ad conſtruendum monaſterium, ibique Deus ipſum Thunor pro hoc facto terribiliter occidit, ita ut terra eum deglutiret. Miſitque ſancta Toneva filiam ſuam ſanctam Mildritham ultra mare ad monaſterium Caul dictum, ut ibi diſceret monaſterialem ritum, quod ipſa honeſtiſſime perfecit, ac multas ibi ſanctorum

1 Eanſwitha S. w
3 Æthelbrithi S.
2 alias Donneva & Domneva S. & W. *ut alibi.*

reliquias adquiſivit. Et poſtquam domum reverſa eſt, ſacrum velamen ſuſcepit. Et poſtea abbatiſſa 1 facta eſt, ubi LXX virgines jam erant coadunatæ, & ſancta Ermengyda amita ejus cum ea. Ipſaque ſancta Ermengyda ibi requieſcit, ſucceſſitque beatæ Mildrithæ in monaſterii regimine beata Edburga.

SANCTA vero Sexburga regina Erconbrithi conſtruxit monaſterium ſanctæ Mariæ in Scepeege, eumque cum Lothero filio honorifice ditavit; ipſaque ſancta Sexburga & ſancta Etheldritha & beata Withburga filiæ erant Annæ regis orientalium Anglorum. Deſponſata eſt vero beata Etheldritha Egfrido regi Northanhunbrorum, & tamen in virginitate uſque ad finem permanſit. Filia autem Sexburgæ Ermenilda deſponſata erat Wlfero regi, & ex eis nata eſt ſancta Wereburga, quæ nunc requieſcit in Legeceſtre.

## De filiis & filiabus Pendæ pagani regis, & eorum generationibus.

MERWALA autem & Peada, & Wlferus, & Ethelredus, & ſancta Kyneburga, & ſancta Kyneſwytha, ex Penda nati ſunt. Et quamvis pater eſſet paganus, ipſi tamen chriſtianiſſimi & ſanctiſſimi erant. Sanctaque Tibba erat eorum conſanguinea. Sanctus quoque Oſwaldus rex ex regibus ortus patre Egfrido, & nepos inclyti regis Edwini, ſanctitate & prudentia omnes anteceſſores ſuos ſuperavit. Hæc pauca iccirco diximus, ut cognoſcatur illorum ſancta generatio.

NUNC autem ubi requieſcunt vel ipſi vel alii, adhuc pauca dicamus. Sanctus Auguſtinus qui chriſtianam fidem genti Anglorum prædicavit, ipſe requieſcit in eccleſia ſancti Petri in Cantuarebyri, cum epiſcopis ſanctis Laurentio, Maellito, Juſto, Honorio, Deusdedit, Theodoro, Brithwaldo, Tatwyno, Nothemo, & Leodardo, qui cum Berta regina venerat, & Adriano abbate, & cum ſancta Mildritha virgine. Et in eccleſia Chriſti infra muros requieſcunt ſancti archiepiſcopi Dunſtanus, Odo, Ethelgerus & Elphegus 2. Et in 3 Roueceſtre requieſcunt ſanctus Paulinus, qui archiepiſcopus in 4 Everwyc primus erat; & in Lundonia ſanctus Sebbi rex & ſanctus Er-

1 effecta S. 2 W: *addit*, & glorioſus Thomas. 3 Roſoceſtre S. 4 Eboraco. S.

conwaldus & ſanctus Theodredus epiſcopus; & in Gleſtringburi ſanctus Patricius epiſcopus & ſanctus 1 Selfridus ejuſdem loci abbas; & in Abbandun ſanctus Vincentius martyr; & ſanctus Albanus in monaſterio ſuo; & in Wynceſtre in veteri monaſterio ſanctus Suythunus, & ſanctus Adelwoldus, & ſanctus Birinus, & ſanctus Hedda, & ſanctus 2 Biruſtanus epiſcopi, & ſanctus Juſtus martyr, & in novo monaſterio ſanctus Grymbaldus presbyter & ſanctus Judocus confeſſor; & in Nunaminſter ſancta Æthelburga. Et in Hamptune ſanctus Ragaher rex, & in Bredun ſanctus Ærdulfus rex, & monachi cum eo ſanctus Cotta, & ſanctus Benna, & ſanctus Fretherieus. Et in Barthaneya ſanctus Oſwaldus rex; & in Tinemuthe ſanctus Oſwinus rex, & in Extoldeſham ſanctus Alfwaldus rex, & in Bedriceswirthe ſanctus Edmundus rex, & ſanctus Botulfus epiſcopus; & in Dunelmo ſanctus Cuthbertus epiſcopus, & ſanctus Bogels abbas. Et in 3 Halgaeland ſanctus Edbrithus epiſcopus, & in Higeeland ſanctus 4 Columba abbas & ſanctus Egbrithus epiſcopus; & in Beverlic ſanctus Johannes epiſcopus & 5 Bretunus abbas. Et in 6 Ceceſege ſanctus Hybaldus epiſcopus; & in Heveſhame ſanctus Egwinus epiſcopus, & ſanctus Wynſtanus martyr, & in Wynchelcumbe ſanctus Kenelmus martyr. Et in Derebi ſanctus Alchmundus martyr, & in 7 Stetford ſanctus Berthelmus martyr, & in Bucingeham ſanctus Rumoldus trium noctium puer, & in Hereforde ſanctus Egelbrithus rex, & in Sceldeford ſanctus Egelwynus martyr, & in Licchesfeld ſanctus Cedda, & ſanctus Ceada & ſanctus Ceata epiſcopi, & in Malmesbiri ſanctus Aldelmus epiſcopus, & ſanctus Paternus epiſcopus. Et in Hah ſanctus Rumwaldus; & in Scireburna ſanctus Wlſius epiſcopus; & in Cernele ſanctus Edwaldus frater ſancti Edmundi regis; & in Cicce ſancta Oſgytha; & in Thamwrthe ſancta Edgitha; & in Rumeſege ſanctus Merewen & ſancta Ealfled abbatiſſa, & ſancta Baltilda regina. Et in Buckeswirtha ſanctus 8 Ivitium confeſſor; Et in Elteſlea ſancta Pandone & ſancta Wyndritha virgo. Et in Storteforda ſancta 9 Aldytha, & in Everwic ſanctus Euorhilda; & in Coventre

1 Elfridus S. 2 Birnſtanus. S. 3 Halyeland W.
4 Columbanus W. 5 alias Bertunus 6 Ceteſege. W.
7 Stretford W. 8 Inicium S. 9 Aldgytha Sw.

ſancta

ſancta Osburga; & in Birtuna ſancta Modwenna; & in Ripun ſanctus Wylfridus, & ſanctus Acca & ſanctus Egelſi epiſcopi; & in 1 Wyburne ſancta Cuthburch regina. Et in Ely ſancta Etheldritha & ſancta Withburga & ſancta Ermenilda & ſancta Sexburga virgo; & in Oxanforda ſancta Fretheſwytha; & in Colodesburch ſancta Ebba abbatiſſa; & in Rameſeya ſanctus Yvo & ſanctus felix epiſcopi, & ſanctus Ethelredus & ſanctus Ethelbrithus martyres, & ſancta Egelfled regina; & in Wigerceſtre ſanctus Oſwaldus archiepiſcopus, & in Enolfesbiri ſanctus Neotus presbyter; & in Grantham ſanctus Wlfrannus epiſcopus & ſanctus Symphorianus martyr, & ſancta 2 Etrytha virgo. Et in Torneie ſanctus Athulfus, & ſanctus Firminus & ſanctus Herefridus epiſcopi, & ſanctus Bothulfus abbas, & ſanctus Benedictus qui fuit abbas monaſterii apud Weremutham, & ſancti Ciſſe & 3 Lume Presbyteri, & Sanctus Tancredus & ſanctus Torhtredus heremitæ, & ſancta Tova virgo: & in Bercing ſancta Ethelburga & ſancta Hildelitha & ſancta Wlfilda abbatiſſæ; & in Eſca ſancta Hilda abbatiſſa, & in Crulandia ſanctus Guthlachus Presbyter; & in Botraene ſanctus Petrocus, & ſanctus Credanus, & ſanctus Medanus, & ſancta Dachuna virgo; & in Sceſtesbiri ſanctus Edwardus rex & martyr & ſancta Elgiva regina; & in 4 Witedun ſancta Monegunda; & in Cathleu ſancta Bega; & in Haccaneſſa ſancta Ethelburga; & in Gyrum ſanctus Beda Presbyter; & in 5 Megelros ſanctus Drihthelmus confeſſor; & in Winloca ſancta Miliburga; & in Tenet ſancta Ermengytha; & in Legeceſtre ſancta Werburga; & in Burch ſanctæ reliquiæ requieſcunt, quæ ſupraſcripſimus. Hæc propter utilitatem legentium inſeruimus, ut qui aliquem ſanctum adire voluerit, ſciat quo eum requirat.

NUNC vero ad propoſita revertamur. Prædictus abbas 6 Elfſius poſtquam quinquaginta annos ſicut diximus eccleſiam de Burch ſtrenue rexerat, tandem viam univerſæ carnis ingreſſus eſt. In diebus tamen ejus cum eſſet ultra mare cum regina, multæ terræ ablatæ ſunt ab eccleſia ſicut Hovedene in provincia 7 Everwyc & Barwe & multæ aliæ quas nominarem, ſi ali-

1 Winburne S. 2 Etrythun. S. 3 Hune S. *recte.*
4 Wicedun. W. 5 corrigitur Meveros in W. 6 Ælsinus W.
7 Eborum. W.

quid

quid prodeſſet; nimium enim tributum Angli dabant Danorum exercitui, qui in tempore Ethelredi regis & Eadmundi pene per quadraginta annos prædabant & devaſtabant & ardebant, & nimis affligebant totam Angliam, ſicut ſcripta teſtantur, donec Suein, ſive Cnut filius ejus ex eorum progenie exaltati ſunt in regnum. Semper enim dabant & augebant tributum uſque LXXII. millia librarum & eo amplius per annum, & ſine hoc quod de Londonia dabatur XI. millia librarum, & nihil aut parum eis profuit. Semper enim omnia mala agere non ceſſabant. Tunc qui habuerunt ad tantum tributum ſolvendum dabant, qui non habuerunt terras & poſſeſſiones & alias res inrecuperabiliter perdiderunt. Unde factum eſt, ut eccleſia 1 iſta, & multæ aliæ multa perdiderunt.

## M. LV. obiit Ælsius abbas Burgi, cui ſucceſſit Erwinus.

MORTUO autem, ſicut diximus, 2 Elſsio abbate, electus eſt ab omni congregatione vir miræ ſanctitatis & ſimplicitatis 3 Erwinus ad ipſum monaſterium regendum. Hic pro nimia ſimplicitate ſua dedit regalem villam Holneie, quæ in dominico ſancti Petri erat, ſicut ſcripta in eadem eccleſia poſita teſtantur, pro Stokes, pro nihilo alio niſi quia 4 propinquior ei erat ad Stokes ire ad ſuam firmam, quam ad Holneie. Et hic in proſperitate vitæ ſuæ & voluntarie dimiſit abbatiam ſuam, octo poſtea fœliciter vivens annos.

## M. LVII. Lefricus abbas.

ELECTUS eſt pro eo cum conſenſu regis & ipſius ad ipſam eccleſiam regendam a tota congregatione pulcherrimus monachorum, flos & decus abbatum, Lewricus monachus. Hic ex nobili progenie Anglorum ortus, nobilior in moribus, nobiliſſime rexit & ditavit eccleſiam ſuam. Et ſicut ſcriptum eſt, ornavit tempora ſua uſque ad conſummationem

1 de Burch W. 2 Elsino W. 3 Ernwius S. Ernewinus W.
4 propius S.

vitæ. Hic multas terras & varia ornamenta ad honorem eccleſiæ ſuæ acquiſivit, ſed & magnam crucem quæ ſuper altare eſt mirabili opere de argento & auro fecit. Candelabra etiam aurea & argentea & magnam tabulam ante altare totam ex auro & argento & precioſis gemmis & plurima feretra & textas evangeliorum & multas alias res, ſimiliter omnia ex auro & argento fecit. Caſulam quoque ex purpura optime de auro & precioſis gemmis ornatam & aliam candidam ſimiliter ex purpura, cappamque viridem ex purpura, & alias multas caſulas & cappas & pallia & alia ornamenta dedit pluſquam ullus ante eum fecit aut poſt eum facturus eſt. Ditatuſque eſt locus ille in tempore ejus in terris & in auro & argento & variis ornamentis incredibiliter, ita ut non jam ſimpliciter Burch ſed 1 Gildeneburch, hoc eſt, aurea civitas vocaretur. Dilectus enim erat a Deo & hominibus, & ideo omnia bona illi habundabant; nec mirum, qui Deum diligit & voluntatem ejus facit ſi ab hominibus diligitur: a rege Edwardo & regina Edgit in tantum dilectus eſt, ut pro amore ejus dederint ſancto Petro & ipſi alias 2 abbacias viz. Britune, & Coventre, quam comes Leuricus avunculus ipſius conſtruxerat, & nimis in auro & argento ditaverat, ſed & Crulandiam & Torneyam dederunt ei, ita ut eſſet abbas & paſtor ſuper quinque monaſteria. Dedit tamen regi viginti marcas auri pro villa Fiſkertune quam quædam matrona Leviva de Londonia dicta, Deo & ſancto Petro fratribuſque pro redemptione animæ ſuæ & ſocietate loci dederat. Sed rex & regina Edgit illam villam vi auferre conati fuerant: ſimili modo & pro Flectune dedit regi octo marcas auri, quam eadem fœmina dederat; pro Burchle quoque quæ erat in Dominio & ad firmam, dedit regi octo marcas auri, quia cuidam capellano reginæ Elfgaro dicto ad firmam dimiſerat quamdiu vixit. Quando vero fuit mortuus, rex & regina illud conati ſunt auferre.

ET quia ſtylus noſter in hiis terris ſcribendus eſt, libet pauca ſcribere de terris, qui eas dederint, vel nomina eorum, vel terrarum quæ in tempore iſtius abbatis vel aliorum datæ ſunt

---

1 propter copiam auri & argenti Gildeneburg vocabatur poſt reſtaurationem uſque ad adventum Haroldi tempore Willielmi Conqueſtoris. M. Cot.

2 quatuor cœnobia ſubjecta Burch.

notifi-

notificare, quantum ad notitiam noſtram pervenerit, ne omnino oblivioni tradantur, ideo pauca, quia nec ſcimus, nec poſſumus omnia ſcribere, quia propter ſcriptorum negligentiam ad notitiam noſtram non pervenerunt. Omittimus autem eas, quæ in antiquis privilegiis ſcriptæ ſunt, vel eas quæ a ſancto Adelwoldo, vel Aldulfo adquiſitæ ſunt, quas alibi ſcripſimus, ſolummodo ſcribentes eas, quæ in iſtis temporibus adquiſitæ ſunt.

## Nomina eorum, qui dederint tenementa & poſſeſſiones ſancto Petro antiquitus.

HÆ 1 ſunt autem terræ. Leofwynus 2 Alderman filius Elfwynæ dedit Deo & ſancto Petro Adelwoltune. Halfdene filius Brenctini dedit ſancto Petro Walecote apud Trikingham, & Brercheſtorp, & Riale, & Belmeſtorp. Elfgarus de Dunesbi dedit ſancto Petro Dunesbi, ſed abbas Brand dimiſit illud cuidam propinquo ſuo ad firmam Haldene 3 dicto, pro eo quod rex Willelmus abſtulerat ei omnem terram ſuam & dederat epiſcopo Lincolnienſi Remei. Et ideo ipſe Remei injuſte abſtulit ſancto Petro hanc terram. Wlf filius 4 Topæ frater ejus dedit ſancto Petro Manetorp & Carletun. Burred & parentes ejus dederunt Deo & ſancto Petro 5 Bartune juxta Ketering, & erat in dominio & ad firmam; ſed Geffridus epiſcopus de ſancto Loth Juſticiarius regis ad dampnacionem animæ ſuæ illud injuſte abſtulit. Et ſic uſque in diem hodiernum qui dominium prædictæ villæ a monaſterio ſancti Petri de Burg detinent malæ fidei poſſeſſores dinoſcuntur. Alfelmus Alderman dedit ſancto Petro Cotingham, & Middelletun, & Benefeld, & omnia quæ ad ipſa pertinent. Raulfus comes, 6 propinquus regis Edwardi dedit ſancto Petro Eſtun, & Brinnighyrſt & Preſtegrave, & Dreitun, & Glatheſtun. Langetun in provincia 7 Legeceſtriæ Franc de Rogingeham dedit. Kinſius archiepiſcopus dedit Tineuuelle de

1 Hæc antiquarum donationum recenſio iterum occurrit in regiſtro Rob. Swaphami fol. 121 & 122. unde quasdam varias lectiones excerpſi.

2 S. fol. 121. Princeps. 3 fol. 121. *addit* filio Topæ. fol. 37. a. W.

4 Topæ S. & W. Copæ. C. 5 Barton Hanred ſed manu recentiori, & ſupra vocem Barton W. 6 nepos S. fol. 121. 7 Lethecceſtre S.

patrimonio

patrimonio ſuo. Turkilus Hoche dedit ſancto Petro Colingham, & monetarium in Stanford, & terram ibidem ex iſta parte aquæ. Et Winegotus apportavit brachium ſancti Oſwaldi de Bebeburch. Godgit domina dedit ſancto Petro Hah, & Langele Denham, & Waſſingburch, & Binitun, & Cunungeſburch, & terram in Bernewelle & caſulam. Wluric 1 Child dedit Marham. Comes Harold dedit Cliftune & terram in Londonia juxta monaſterium ſancti Pauli 2 juxta portumque vocatur Etheredishythe. Elfsi Child filius Outi dedit 3 Turlebi, Fredgiſt filius Catæ dedit Guedhauring & ea quæ ad illud pertinent in Hoyland.

4 BRAND 5 abbas & Aſkylus & Syricus & Sivorthus fratres dederunt has terras Deo & ſancto Petro & fratribus in Burch, ſcilicet Muſcham ex alia parte Trentæ, & Scotere & membra quæ adjacent in Scotere, & in 6 Scalkeſtorp, undecim carrucatas terræ. In Scottune ſex carrucatas terræ, in Torp duas carrucatas terræ. In Loletorp dimidiam carrucatam terræ. In Riſum dimidiam carrucatam terræ. In Meſſingham quatuor carrucatas terræ & ſex bovatas terræ. In Malmetun duas carrucatas terræ. In Cletham unam carrucatam terræ. In Hybaldeſtove unam carrucatam terræ, & quartam partem eccleſiæ. In Rachenildetorp duas carrucatas terræ & dimidiam. In Holme duas carrucatas terræ. In Riſebi dimidiam carrucatam terræ. In Walecote 7 octo carrucatas terræ. In Alchebarve unam carrucatam terræ, & eccleſiam. In Normannebi unam carrucatam terræ. In Alethorp dimidiam carrucatam terræ. In Muſcham unam carrucatam terræ, & duas bovatas terræ, & terram in 8 Lincolnia, quæ reddit duodecim ſolidos per annum, & alias terras, quarum nomina non retinemus, ita ut inter tota quinquaginta & duas carrucatas terræ dederint. In provincia Lincolniæ

---

1 Cild. S. W. W. *addit* ſancto Petro. 2 & poſt portum Headredi propa-ratum ſellæ Holinfridæ. S. f. 122. 3 Oſgoteby. S. fol. 122. *& Turlebi erat donum Fredgiſti.* f. 37. b. W. 4 Askil filius Tokæ dedit Walecote ſupra Humbram, dum adhuc viveret, & poſt obitum illius & fratrum ejus ſcilicet Sirici & Siworthi dedit Brando abbas frater eorum eidem eccleſiæ ſancti Petri Muskam ultra Trente & Scotere *&c.* S. fol. 122. Yolthorp W. & S. fol. 122. 5 monachus & poſtea abbas Burgi. Wh. 6 Scalthorp. W. 7 W. *addit* ſuper Humber. 8 Lincollia S.

non

non ſunt Hydæ ſicut in aliis provinciis, ſed pro Hydis ſunt carrucatæ terrarum, & non minus valent quam Hydæ.

## Agelricus epiſcopatu Dunelmenſi relicto ad eccleſiam Burgi rediit anno MLVI.

IN temporibus illis ita carum & amatum erat monaſterium ſancti Petri de Burch propter magnam religionem & caritatem, quæ ibi erat, ut non ſolum comites & divites ſed etiam archiepiſcopi & epiſcopi relinquerent ſedes proprias & ſe ſuaque omnia Deo & ſancto Petro traderent; ſicut 1 Eluricus archiepiſcopus de Eboraco, qui dedit albam de purpura cum optimis aurificiis paratam & duas cappas optimas & ſtolas & Dalmaticam albam & altare cum reliquiis optime cum auro paratam, & 2 tria pallia & duo magna candelabra de argento quæ poſtea furata ſunt, & baculum ſuum, omnia optima. Hæc omnia & multa alia cum corpore ſuo dedit, ibique requieſcit; ſimiliter & ſanctus Kinſinus ejuſdem civitatis archiepiſcopus dedit textum evangeliorum optime de auro paratum & villam de Tynewelle, & in ornamentis, quæ fuerunt appreciata trecentis libris, quæ omnia cum corpore ſuo 3 dedit; ſed regina Edgit ea omnia abſtulit. Hic Kinſinus monachus erat, & abſtinentiſſime & ſanctiſſime vivebat, ita ut cum clerici vel familia ejus affluentiſſime & ſplendide cotidie epularentur, ipſemet cum groſſiori pane vel ordeaceo, & cibis, ac potibus vilioribus corpus ſuum ſuſtentabat. In quadrageſima vero ſemper de villa in villam pedibus ambulabat, & ſæpe nudis, prædicando, & eleemoſynam faciendo; & magis noctibus ibat, cavens jactantiam & vanam gloriam; ſicque beato fine, & in bonis operibus in pace requievit. Sed & Wlſtanus archiepiſcopus ſe & omnia ſua dederat in eodem loco. Sed cum iſſet ad viſitanda ſanctorum loca, & veniſſet ad Ely, ibi infirmatus eſt, & mortuus & ſepultus.

In diebus iſtius abbatis, id eſt, Leurici electus eſt 4 Egelricus ſanctiſſimus monachus ejus ad archiepiſcopatum Eboracæ civitatis, & conſecratus; ſed tamen facientibus quibuſdam ex

1 Elfricus S. W. 2 duo S. 3 venerunt. S. & W. 4 Agelricus. C.

canonicis, vel ex clericis, quia pene naturale eſt eis ſemper invidere monachis, quia monachus erat, noluerunt pati eum archiepiſcopum eſſe; factus eſt tamen epiſcopus Dunholmiæ; & cum magna gratia omnium tam laicorum, quam monachorum, epiſcopatum ſuum aliquantis annis tenuit; & poſtea pro amore Dei illum derelinquens, ad ſuum monaſterium, ſcilicet ad Burch rediit, illic feliciter per duodecim annos vivens. Epiſcopatum tamen dedit fratri ſuo Egelwino, & eum fecit ordinari. Poſtea vero cum Willielmus, qui bello Angliam conquiſivit, factus eſt rex; accuſati ſunt ambo apud eum; & 1 Eilricum quidem miſit ad Weſtmonaſterium, mittens eum ibi in boias, quamdiu vixit; & quando mori debuit, prohibuit auferri boias, ſed cum ipſis ſepeliri 2, ſperans ſe pro hoc martyrio in gloria reſurrecturum. Sepultus eſt autem in ipſo monaſterio, in portico ſancti Nicolai; frater autem ejus Egelwinus expulſus eſt de epiſcopatu; & poſtea miſit eum rex ad Abbandoniam, & ibi mortuus eſt.

## Willielmus dux Normanniæ venit in Angliam.

IN hiis diebus id eſt decimo tertio anno Leurici abbatis venit Willelmus dux Normannorum, & Angliam bello adquiſivit, ſicut quidam verſibus ſcripſit.

Anno milleno ſexageno quoque ſeno
A genito Verbo, duce jam regnante ſuperbo,
Anglorum metæ crinem ſenſere cometæ
Belli tranſacti; ſunt hic anni numerati.
Quod fuit hic factum quod & eſt nunc uſque vocatum
Dilecti Chriſti fuerant tunc feſta Calixti.

IN illo exercitu fuit ipſe Lewricus abbas, & ibi infirmatus eſt, domumque reverſus mortuus eſt 3 Kal. Novembris in nocte ſolemnitatis omnium ſanctorum, multum lugentibus, & flentibus tam monachis, quam laicis; & vix inventus eſt aliquis, qui eum in ſepulchro poneret præ nimio dolore. Sed cum ægrotaret, ſedente prædicto Egelrico, qui fuerat epiſcopus, quodam veſperi in eccleſia more ſolito intentus in

1 Egelricum W. 2 *ſupple* voluit. 3 Leuricus moritur MLXVI.

orationibus,

orationibus, apparuit ei viſibiliter diabolus in ſimilitudine pueri horribili aſpectu, dicens ſe noviter triumphaturum de altiſſimo eorum. Adjecit etiam dicens ſeſe tribus vicibus vindicaturum de monachis, & de monaſterio; dixitque modum, primitus expulſurum ſe omnes monachos, & omnia bona eccleſiæ Danis diripienda dixit; & alia vice omne monaſterium per ignem deſtruendum jactavit. Hæc duo prophetiæ ſcimus jam eſſe completa, & avertat Deus a tertia, ne ſit vera; & ſit ipſa, ſicut eſt pater ejus ſpiritus mendax. Nollem dicere, quæ ſit iſta tertia; ſed cogunt me aliqui fratrum dicere propter providentiam, ut unuſquiſque caute ſe agat, & caveat ſe ab inſidiis diaboli, & ne ira eum ſuperet. Dixit enim diabolus ſe inſtinctu ſuo facere, ut aliqui fratrum ſe invicem cultellis ſuis interficiant: & tunc deſtruendum monaſterium, quod avertat Deus, ne fiat. Cum autem epiſcopus ei nihil reſponderet, ſed in oratione perſiſteret, cœpit ire quaſi ad altare ire vellet; ſed cum prohibuiſſet eum epiſcopus, & dixiſſet, increpet te Dominus ſathan, non licet tibi ingredi in ſancta ſanctorum; diabolus ut fumus evanuit, & maximum fœtorem poſt ſe dimiſit, ita ut cum fratres a collatione ad completorium veniſſent, adhuc duraret fœtor ille, ſed tunc neſciebant unde eſſet.

## Brando monachus Burgi electus eſt in abbatem Burgi.

ABBATE 1 autem Leurico, ſicut diximus, mortuo, omnis congregatio elegerunt & conſtituerunt 2 pro eo abbatem Brandonem, cooperatorem & adjutorem ejus in omnibus bonis rebus, qui maximas poſſeſſiones, ipſe & fratres ejus, ſicut ante diximus, Deo, & ſancto Petro, & monachis dederunt; & miſerunt eum ad Edgarum Etheling, qui erat de ſemine regio, ut concederet ei abbatiam: quod & libentiſſime fecit. Omnes enim putaverunt eum terram adquirere & regem facturum eſſe, pro qua re iratus eſt nimis contra eum Willielmus jam inunctus rex; ſed facientibus amicis dedit

1 Anno Domino MLXVII anno primo dicti regis Willielmi. 2 eodem anno, S. *ſupra lineam.*

ei prædictus abbas quadraginta marcas auri pro amicitia ejus, & ut confirmaret omnes terras quas dederant ipſe & fratres ſui ſcripto ſuo, quod & fecit, 1 ſicut ſuperius ſcriptum eſt; ſed ipſe abbas non pluſquam tribus annis poſtea vixit. Mortuo autem ipſo ſecundo Kal. Decembris omnia mala ex tunc venerunt ad ipſum monaſterium.

## Dani venerunt in Angliam.

TUNC venerunt Dani in Angliam, ſcil. Sueynus rex filius Cnuti regis, & maximus exercitus cum eo; & putaverunt Angli, quod ipſe bello adquireret terram. Tunc comes quidam ex ipſis Osbernus nomine, & epiſcopus Chriſtianus, & multi cum eis venerunt in inſulam Ely, & adjunxit ſe Herewardus cum ſuis ad eos, & faciebant omnia mala. Et ipſe Herewardus incitabat & invitabat eos, ut venirent ad monaſterium de Burch, & acciperent quicquid ibi erat in auro & argento & cæteris precioſis rebus; quia audierant quod abbas eſſet mortuus, & quod rex dediſſet abbatiam cuidam monacho Normanno nomine 2 Turoldo, & quia ipſe nimis auſterus homo eſſet, & quod jam ad Stanford cum militibus ſuis veniſſet, propterea feſtinaverunt ire & accipere quicquid inveniſſent. Nec hoc latuit monachos de Burch. Erat tunc quidam ſecretarius in monaſterio Ywarus dictus, qui audito rumore per conſilium monachorum accepit quicquid potuit conducere in textis evangeliorum & caſulis, & cappis & albis & talibus parvis, & venit ad abbatem Turoldum ad Stanford, & narravit ei quomodo Herewardus, & Dani venirent, & deprædarent eccleſiam,

## Deſtructio monaſterii tempore Willielmi Conqueſtoris.

EADEM vero die ſummo mane venerunt prædicti malefactores cum multis navibus; ſed monachi & ſui clauſerunt portas, & cœperunt viriliter defendere deſuper, factaque

1 ut inter cartas regum ſcriptum eſt. W. 2 Turaldo. S. Thoraldo. W. vocatur nepos regis Willelmi in *margine* Wh.

eſt

eſt pugna graviſſima ad portam 1 Bulehithe. Et videntes Herewardus & ſocii ejus quod non poſſent eos vincere, nec intrare; miſerunt ignem in domibus, quæ erant juxta portam, & ſic per ignem intraverunt; arſerunt etiam omnia 2 Officina monachorum & totam villam, præter eccleſiam & unam domum. Monachi tamen venerunt contra eos, & deprecabantur ne hoc malum facerent; & nolebant audire, ſed ſicut erant armati intraverunt in eccleſiam, & volebant auferre magnam crucem, ſed non potuerunt. Acceperunt tamen coronam auream de capite Crucifixi cum precioſis gemmis, & ſcabellum ſub pedibus ejus ſimiliter ex auro puro & gemmis. Acceperunt autem duo feretra aurea, & novem alia argentea, ex auro & gemmis bene parata, & 3 duodecim cruces, aliquantas aureas, & alias de argento & auro & gemmis. Nec hæc ſuffecerunt eis, ſed aſcenderunt in turrim, & acceperunt magnam 4 tabulam, quam ibi abſconderant monachi totam ex auro & argento & gemmis precioſis; quæ ſolebat eſſe ante altare; & acceperunt tantum aurum & argentum in variis rebus & variis ornamentis, & libros, quod nemo poteſt dicere, vel appreciare. Omnia hæc fuerunt optima, nec remanſerunt in tota Anglia talia. Tamen dixerunt, quia pro fidelitate eccleſiæ hoc facerent; & melius illa Dani ſervarent ad opus eccleſiæ, quam Franci. Siquidem & ipſe Herewardus homo monachorum erat, & ideo aliquanti credebant ei; ſed & ipſe poſtea ſæpe juravit ſe bona intentione hæc feciſſe, quia putabat illos vincere Willielmum regem, & ipſos poſſeſſuros terram. Quod ad abbatem Turoldum apportatum eſt, hoc ſervatum eſt; quod autem illi rapuerunt, omnino perditum eſt. Acceperunt itaque omnia, quæ conducere potuerunt, & miſerunt in navibus ſuis, & navigaverunt feſtinantes, quia timebant ne ſupervenirent Normanni. Et cum veniſſent ad Ely commendaverunt omnia ipſis Danis. Duxerant autem ſecum Adelwoldum priorem, & Egelſinum monachum, & plures ex ſenioribus monachis. Tunc diſperſi ſunt omnes alii, huc & illuc, ſicut oves non habentes paſtorem, ita ut non remaneret in monaſterio, niſi unus monachus infirmus nomine Leofwine Lange; hic jacebat in domo infirmorum. Et adimpletum eſt

1 Bothithe S. Bolehithe W. 2 Officia S. 3 XV. *Chr. Sax.*
4 Pallium. *Chr. Sax.*

quod dictum erat ad epiſcopum Eilricum; hoc autem totum factum eſt quarto nonarum Junii. Eodem die venit Turoldus abbas ad monaſterium cum centum & quadraginta Normannis bene armatis, ſed eos invenire non poterant, quia jam naves aſcenderant; invenit autem combuſta omnia intus & foris, præter ſolam eccleſiam; tunc illa quæ vocabatur civitas aurea facta eſt pauperrima. Prior autem Adelwoldus, & cæteri ſeniores ducti ſunt, ſicut diximus, cum theſauris, & fuerunt in Ely cum Danis. Et quia ipſe prior ſapiens & prudens erat, promittebant ei, ut ſi vellet cum eis ire ad illorum patriam protegendam, epiſcopum eum eſſe & futurum. Ipſe vero ſimulavit ſe hoc libenter velle; ac illi commendaverunt ei omnem theſaurum, & claves tradiderunt ei. Ipſe autem adquiſivit ſibi clam malleos & omnia ferramenta, quæ neceſſaria ſibi erant, & habuit apud ſe. Quodam vero die fecerunt grande convivium ipſi Dani, & quaſi feſtivitatem facientes pro theſauro, quem ſine magno labore adquiſierant, in magna lætitia erant: Illiſque tota die epulantibus & bibentibus, Adelwoldus prior ſumpſit ferramenta ſua, & facta oratione, egreſſus eſt aperire feretrum, ubi noverat brachium ſancti Oſwaldi regis & martyris eſſe reconditum. Duos tamen ſervientes ſuos fideles conſtituit ſpeculatores & exploratores, unum in domo ubi bibebant, & alium media via ne Dani ſupervenirent ei, aut interrogaretur ab eis. Qui cum abſtulit omne aurum & argentum, invenit locellum ligneum ita fortiter ferro ligatum, ut omnino deſperaret, niſi de Dei adjutorio & ſancti Oſwaldi confideret. Tamen quamvis cum magno labore omnia ferramenta abſtulit, & abſcondit, & ipſum locellum aperuit. Invenitque capſulam intus, in qua ſacratiſſimus & precioſiſſimus theſaurus erat reconditus, brachium ſcilicet ſancti Oſwaldi cum pluribus aliis reliquiis: Quod accipiens cum magno timore illud ſacrum furtum abſcondit in ſtramine lectuli ſui ſub capite ſuo, ſic enim pro anguſtia temporis oportuit fieri. Poſtea vero aptavit aurum & argentum, ſicut antea fuerant. Sed inter hæc ſurrexerant omnes Dani, ut irent ad veſperas, & penitus in hiis captus eſſet, niſi miſericordia Dei & ſancti Oſwaldi adfuiſſet. Qui de loco non ſunt moti, donec prior lota facie de frigida aqua, quia rubens erat pro labore & ſudore, ingreſſus eſt ad eos. Illi autem videntes eum, omnes

aſſurrexerunt ei, quia omnes diligebant eum ſicut dominum & patrem; & adgaudebant ei, nec fuit aliquis, qui eum interrogaret ubi fuiſſet vel quid feciſſet. Poſtero vero die accipiens interſigna [1] ad Herewardum propter ſocios illius, qui vagabantur per aquas, miſit prædictos ſuos ſervientes quaſi aliquid de loco Burch apportaturos. Miſit autem eos ad Rameſeyam cum ſanctis reliquiis, ut ibi ſervarentur. Interea concordati ſunt [2] duo reges Willelmus rex Anglorum & Sueynus rex Danorum; & convenit eis, ut quicquid ipſe Sueynus in auro & argento adquiſierat, ſuum eſſet & ad patriam ſuam ſecum portaret; unde factum eſt, ut ipſi Dani qui in Ely erant, acciperent omnem illum theſaurum, & mittentes in navibus ſuis ad Daciam ſunt reverſi. Cumque eſſent in medio mari, orta eſt eis tempeſtas valida, ita ut quædam ex navibus ubi theſauri erant, appulſæ ſunt in Norweyam, aliæ in Yrlandiam, aliæ in Daciam, nec de toto theſauro aliquid venit ad Daciam niſi magna tabula, & aliquanta ex feretris & crucibus. Tamen quicquid habuerunt apportaverunt ad quandam villam regis, ibique in eccleſia poſuerunt. [3] Ynnarus autem ſecretarius Burgi, de quo diximus, poſtea ivit ad Daciam, & eodem modo & ingenio, quo prior fecerat, adquiſivit omnes reliquias, quæ in aliis ſcriniis erant, & domum apportavit. Poſtea vero per negligentiam & ebrietatem illorum combuſta eſt ipſa eccleſia cum toto theſauro; ſicque Dei judicio juſte perdiderunt, quod injuſte adquiſierant. [4] Eylricus autem epiſcopus, qui jam in vinculis erat apud Weſtmonaſterium, cum audiſſet hæc omnia, excommunicavit omnes, qui iſta mala fecerant. Adelwoldus vero prior, cum Dani iſſent Daciam, ipſe cum omnibus aliis reverſus eſt ad eccleſiam ſuam, ubi jam [5] Turaldus abbas erat; monachi quoque qui diſperſi fuerant reverſi ſunt ad locum ſuum, & fecerunt Dei ſervitium, ubi per ſeptem dies non fuerat factum. Et cum prior domi eſſet reverſus, voluerunt monachi Rameſcienſes detinere ſanctas reliquias; ſed gratia Dei illis non licuit. Nam Turaldus abbas minatus eſt arſurum ſe eſſe monaſterium, niſi reddidiſſent, quod eis commendatum fuerat. Quadam autem nocte cum eſſet ſecretarius illorum in eccleſia & vigilaret, audivit infantem infantili voce

---

1 ab Herewardo. S. 2 & amici facti S. 3 Yuuarus. W. 4 Egelredus W. 5 Thoraldus W.

&

& alta dicentem ter, ſanctus, ſanctus, ſanctus. Qui cum abbati mane retuliſſet, intellexit ſtatim idem abbas, quod non poſſet retinere ſanctas reliquias, & juſſit ut redderentur. Erat enim in ipſa capſula cum brachio ſancti Oſwaldi & cum aliis reliquiis, ſcapula una de innocentibus, quam & nos aliquando vidimus, cum brachium fuiſſet oſtenſum Martyno abbati, & magnum miraculum evenerat una vice de ipſa. Nam erat quidam ſecretarius Burgi nomine Eilricus Cnorri in tempore abbatis Matthiæ, qui, cum idem abbas non crediſſet quod brachium integrum eſſet, juſſit aperiri ſibi capſulam, ac ſecretarius, cum non haberet manus aptas ad hæc tractanda, incaute accepit ipſam parvam ſcapulam, quæ & inter digitos ejus fracta eſt; ſtatimque exivit ſanguis ex ea, & cecidit ſuper pannum in quo erat involuta, & ita recens eſt uſque hodie, quaſi hac die exiſſet; quod & oculis noſtris vidimus; ideoque credimus, quia is qui minimus erat in corpore non tamen in merito, intimaſſet pro ſe & pro aliis non ibi ſe velle remanere, cum dixiſſet ter ſanctus, ac ſi dixiſſet ter, nolumus hic requieſcere. Erat tunc temporis in ipſo monaſterio quidam prior Turbernus vocabulo, amicus Adelwoldi prioris & amicus eccleſiæ noſtræ, qui omnia & multo plura ex illorum rebus reddidit. Sicque factum eſt, ut nihil aliud de omnibus rebus, quæ ablatæ ſunt, recuperari poſſet, niſi ſolummodo reliquiæ; & monaſterium quod antea erat ditiſſimum tunc factum eſt pauperrimum. Et ex ea die ad ea quæ remanſerant nihil additum eſt vel reſtauratum ſed ſemper imminutum. Quoniam ipſe abbas Turaldus non ſolum non addidit, ſed etiam terras bene congregatas male diſtraxit, & dedit eas parentibus & militibus ſuis qui cum eo venerant.

VIDELICET ſexaginta duo feoda militum, & de eiſdem feodis eos hæreditarie feoffavit, quorum hæredes faciunt abbati & conventui ſervicia ſua debita & ordinata, & alia jura quando accidunt, de quibus abbas & conventus ſeiſiti ſunt, ut de Warda, Releviis, Maritagiis, & aliis juribus ſimilibus, prout per cartas regum infra ſcriptas pleniſſime denotatur & confirmatur. Nomina feodorum militum prædictorum ſive hæredum ipſorum hic ſcribuntur.

Deſcriptiones

## Deſcriptiones feodorum militum & aliorum tenentium de abbacia Burgi, per ſervitium militare 1.

GALFRIDUS de ſancto Medardo tenet de ſancto Petro & de abbate & conventu de Burch in Norhamptoneſyre decem hydas, & tres partes unius virgatæ terræ; ſcilicet in Thornhauue, Weteringe, Sibertone, & Ettone & pertinentiis eorum.

ET in Lincolneſyre tres carrucatas terræ; ſcilicet in Angoteby & pertinentiis ſuis & inde facit plenum ſervitium ſex militum.

DE feodo hujus militis Willelmus rex ſenior dedit Eudoni Dapifero in Eſtone unam hidam & dimidium, & mandavit de Normannia in Angliam per brevia ſua epiſcopo Conſtancienſi & R. De Oyluy ut inde darent ei eſcambium in quocunque vellet de tribus 2 comitatibus; ſed abbas de Burgo noluit.

## Primus feoffatus Asketillus de ſancto Medardo 3.

ANKETILLUS de ſancto Medardo genuit Ricardum & Gyrardum. Iſte Gyrardusgenuit Robertum. Robertus genuit Margaretam quæ tenuit terram in Sibertone & Ettone. Ricardus hæres Anketilli genuit Galfridum de ſancto Medardo, & Hugonem Ridel de Mabilia Ridel. Iſte Galfridus genuit Petrum. Petrus genuit Galfridum. Iſte Galfridus fuit in cuſtodia abbatis Burgi, qui poſtea fuit leproſus, & genuit Petrum qui fuit in cuſtodia Akarii abbatis. Iſte Petrus genuit Galfridum, qui fuit in cuſtodia Matthæi abbatis.

1 Ex Swaphami regiſtro fol. 267. b. 2 Cemitaribus W. 3 Swapham ibid.

## Torpel.

PRIMUS Rogerus infans. Rogerus de Torpel tenet in Northamptoneſcire duodecim hydas terræ, ſcilicet in Torpel, Makeſeye, Fforde, Pilketone, Clapethorn, Cotherſtoke, Northburch, Leaulme, Badingtone & Eſtone, & pertinentiis ſuis, & inde facit ſervitium ſex militum. Thomas filius Roberti de Gunthorpe tenet octo hydas terræ in Norhamtonſcire; ſcilicet in Gunthorp, Suthorp, Stoke, Hemmintone; & inde facit ſervitium trium militum plenum.

## De la Mare.

PRIMUS Radulfus de la Mare. Galfridus de la Mare tenet duas hidas & dimidium terræ in Norhamtonſcire, ſcilicet, in Makeſeie, Northburch, & Wodecroft.

ET in Lincolnſcire duas carrucatas & dimidium, ſcilicet in Thurleby, & inde facit 1 ſervitium trium militum. Brianus de la Mare genuit iſtum Galfridum. Poſt mortem vero Briani prædicti, rex 2 H. III. voluit habere wardam filii ſui Galfridi ratione cujuſdam ſerjantiæ quam tenuit de domino rege, ſcilicet, ut eſſet foreſtarius de Keſtevene antequam deaforeſtata eſſet. Sed Martinus abbas impetravit a domino rege, ut inquireretur per duodecim milites, de quolibet quatuor vicinorum comitatuum, utrum dictus Brianus & anteceſſores ſui feoffati fuerunt prius de militia abbatis Burgi, quam de ſergancia prædicta; tandem inquiſitio dixit quod de militia abbatis. Et ſic abbati coram domino rege adjudicata fuit warda prædicta: & abbas dedit eam R. epiſcopo Ciceſtrenſi, cancellario domini regis.

## Marham.

PRIMUS Aſcelinus de Watervile. Reginaldus de Watervillc tenet tresdecim hidas terræ, & duas partes unius virgatæ in Norhamtoneſcire, ſcilicet in Thorp[ Waterwille,]

1 plenum Sw. 2 H. IV. Sw.

Aſechirche, Marham, Cloptone, Tichemerſe, & inde facit ſervitium trium militum.

ET præterea tenet unam hidam & unam virgatam terræ, pro decem ſolidis per annum, quos reddit ad altare ſancti Petri die ſancti Michaelis per cartam.

## De Doure.

PRIMUS Willelmus filius Radulfi. Hæres Fulberti de 1 Douere tenet in Norhamtonſcire, ſcilicet in Luddingtone & Caſtre, quatuor hidas terræ & unam virgatam & tertiam partem unius virgatæ. Et in Lincolneſcire quatuor carucatas ſcilicet in Meſſingham [& Buterwic] & pertinentiis ſuis, & inde facit plenum ſervitium trium militum.

## De Nevile.

PRIMUS Radulfus de Nevile. Hæres Radulfi de Nevile tenet decem carrucatas terræ in Lincolnſcire, ſcilicet in Scottone, Malmetone.

ET in Norhamtonſcire unam hydam & dimidium, ſcilicet in Holme, 2 Bayniltorpe, & inde facit plenum ſervitium trium militum.

## De Baſſingburne.

PRIMUS Vitel Engain. 3 Humfridus de Baſſingburne tenet feoda quatuor militum, unde facit ſervitium unius militis, & unum quarterium in Benifeld & Glapethorn.

ET Mauricius de Aundeli unum feodum unius militis in Adintone, & Sliptone, & quartam partem unius militis in Cotherſtoke.

ET Willelmus de Bello unius militis & dimidii in Irtlingburch. Et per Fulconem de Liſures monachi de Pippewelle ſervitium unius militis de novo occupaverunt.

---

1 Nunc J. Marmione. S. 2 Rayniltorp Sw. 3 Nunc dominus Collwille, *manu recentiori ſuper lineam.*

POST

POST mortem Nicholai de Baſſingburne, Humfridus filius ejus recognovit & fecit relevium pro quatuor feodis integris militum, ſicut ſcriptum eſt, & ſecundum tenorem cartarum patris ſui coram multis viris, ſcilicet, monachis & militibus & aliis ſecularibus, domino Johanni de 1 Kaleto abbati de Burgo ſancti Petri, anno Dom. MCCLII.

## De Miltone.

PRIMUS Thoroldus de Miltone. Galfridus de Miltone tenet duas hidas in Norhamtoneſcire, ſcilicet in Miltone, & pertinentiis. Et in Lincolnſcire ſex bovatas terræ, ſcilicet in Cletham, & Yoltorpe, & inde facit ſervitium duorum militum.

## De Caſtre.

PRIMUS Thoroldus de Caſtre. Willelmus de Caſtre tenet duas hidas, & unam virgatam & tertiam partem unius virgatæ in Norhamptonſcire, ſcilicet in Caſtre, & inde debet ſervitium duorum militum.

RICARDUS & Galfridus anteceſſores iſtius Willelmi fuerunt fratres; ſed Ricardus fuit primogenitus, & quia fuit ſacerdos, ita convenit inter eos, quod primogenito remanſit eccleſia & tertia pars terræ, & ſic Perſona ſervitium dimidii feodi militis 2 detinet.

## De Suttone.

PRIMUS Anſketillus de Suttone. De feodo Thoroldi de Suttone in Norhamptonſcire, ſunt tres hidæ ſcilicet in Suttone, & inde debetur plenum ſervitium duorum militum: ſed ſokemanni & alii tenentes totum faciunt.

---

1 Calceto Sw. 2 S. addit de novo

Fauule.

3

## Fauuel.

PRIMUS Gilbertus Fauuel. Hugo Fauuel tenet in Norhamptonſcire, in Walecote & Suthorpe & pertinentiis ſuis unam hidam & unam virgatam & dimidium: In Lincolneſcire unam carrucatam, ſcilicet in Hibaldeſtouue, & inde facit plenum ſervitium duorum militum.

## Burlee.

PRIMUS Galfridus de Wintone. Willelmus de Burglee tenet tres hidas & unam virgatam & dimidium in Norhamtonſcire, ſcilicet in Burgelee, & Armiſtone: & in Leiceſtreſcire dimidiam hidam, ſcilicet in Glaſtone cum pertinentiis, & inde facit ſervitium plenarie duorum militum.

## Luvetot.

PRIMUS Rogerus de Luvetot. Hæres Nigelli de Luvetot tenet feoda duorum militum in Norhamtonſcire, ſcilicet in Cloptone, Catteworthe, Kyneſthorpe & Pokebroc.

ISTE Nigellus dedit Galfrido fratri ſuo terras iſtas. Qui Galfridus non dedit relevium, unde dictæ terræ ſeiſitæ fuerunt in manu abbatis per judicium, pro defectu ſervitii. Mortuo illo Galfrido ſucceſſit feodum illud tribus ſororibus, quarum homagium & relevium non recepit abbas, quia non fuit ſatisfactum de primo relevio.

ROBERTUS de Flemenk dominus de Pokebroc, tenuit in Pokebroc, Kyneſthorpe, & Cloptone de ſancta terra feodum unius militis & dimidium, & tertiam decimam partem unius militis de illis de Luvetot.

WALTERUS filius Walteri tenuit reſiduum de eiſdem in Catuuorthe; ipſo mortuo, ſucceſſit ei Walterus de Giſneto, filius ſororis ipſius Walteri, qui terram prædictam nunquam

optinuit, quia Johannes de 1 Vallibus nepos vel cognatus ipſius Walteri implacitavit iſtum Walterum in curia domini regis de dicta terra, & hoc factum eſt conſenſu & voluntate ipſius Walteri, quia ipſe odio habuit ſororem ſuam, ſcilicet matrem Walteri de Giſneto nepotis ſui: & factum eſt chirographum inter eos in curia domini regis, hoc tenore, ſcilicet, Walterus filius Walteri teneret dictam terram tota vita ſua: poſt obitum vero ſuum eam haberet & teneret Johannes de Valle, ſi contingeret eum Walterum filium Walteri mori ſine hærede de ſe.

ISTE Walterus filius Walteri juravit coram domino R. abbate, quod reſponderet pro illis donec ſatisfacerent ei.

## Marmioun.

PRIMUS Robertus Marmiun. Robertus Marmioun tenet feoda trium militum, & dimidium in Norhamtoneſcire, ſcilicet in Langetone, Pokebroc, dimidium militis, & in Leiceſtreſcire, ſcilicet, Preſtegrave; & in Warwicſcire ſcilicet Filingele cum pertinentiis. Filingele eſt caput tenementi quod Robertus Marmioun tenet de abbate de Burgo in Arderne: Ad quod pertinet Leyre & Smarkertone, & Odeſtone.

ET ſciendum quod Henricus de Haſtinges tenet Filingele cum dictis villis de Roberto Marmioun. Matthæus de Cameles tenet Odiſtone de dicto Henrico. Oliverus Saracenus tenet Smarkerſtone de eodem Henrico.

PRÆTEREA dictus Robertus Marmioun tenet de abbate de Burgo, quicquid eſt de feodo ſuo, in Langetone & Pokebroc, & debet reſpondere dicto abbati de feodo trium Militum & dimidio, pro omnibus prædictis terris.

## Wake.

PRIMUS Hugo de Euremu. Baldewinus 2 Wake tenet in Depinge, Pluntre & Stove feoda duorum militum. Et Robertus de Gunges de eodem Baldewino in Lincolneſcire,

1 Wallibus W. 2 Wac Sw. *rectius.*

ſcilicet,

ſcilicet in Careby, Byamel, novem carucatas terræ; & in Norhamtoneſcire duas partes dimidiæ virgatæ, ſcilicet in Burgo, pro feodis duorum militum. Et præterea dictus Baldewinus tenet feodum unius militis in Wytham & Bergham de terra Affordi. Et prædictus Baldewinus de prædictis feodis abbati de Burgo debet plenarie reſpondere de omni forenſi.

## Malfe.

PRIMUS Rogerus Malfe. Hæres Rogeri Malfe tenet in Norhamtoneſcire, ſcilicet in Wodeforde & Kyneſthorpe, & pertinentiis, quinque hidas, & tres virgatas; & inde facit plenum ſervitium duorum militum.

## De Luci.

PRIMUS Robertus de Luci. Hæres Galfridi de Luci tenet in Norhamtoneſcire, ſcilicet in Daylingtone, quatuor hidas, & inde facit ſervitium duorum militum; poſt tempus Benedicti abbatis detinuit unum.

## De Bringhirſt.

PRIMUS Galfridus de Bringriſt. Willelmus de Bringehirſt tenet in Leyceſtreſcire, ſcilicet in Bringhirſt, Preſtegrave, & Draytone, unam hidam & unam virgatam; & inde facit ſervitium unius militis.

## De Nevile.

PRIMUS Gilebertus de Nevile. Hæres Galfridi de Nevile tenet in Lincolneſcire, ſcilicet in Waletone juxta Folkingham, & Yoltorpe duas carucatas terræ, & inde facit plenum ſervitium unius militis.

De

## De Muſcham.

PRIMUS Gerardus de Muſcham. Adam de Muſcham tenet terram in Nottinghamſcire, ſcilicet in Muſcham, & facit ſervitium dimidium militis, & dimidium ſervitium militis detinet de novo.

## De Tot.

PRIMUS Galfridus de Tot. Willelmus de [1] Tot tenet in Norhamtoneſcire ſcilicet in Paſtone unam hidam, & in Leiceſtreſcire, ſcilicet in Preſtegrave unam virgatam, & inde facit ſervitium dimidium militis.

## De Peverel.

PRIMUS Walo de Paſtone. Robertus Peverel tenet in Norhamtoneſcire, ſcilicet in Paſtone & Wermingtone unam hidam, & unam virgatam terræ; & inde debet ſervitium unius militis.

SED abbas Martinus [ſecundus] quietam clamavit tertiam partem propter terram quæ fuit Gilberti Peverel in Wermingtone per cartam.

## De Pappelee.

PRIMUS Iſenbardus Artifex. Martinus de Pappele tenet feodum unius militis in Norhamtoneſcire, ſcilicet in Pappele; & inde plenarie reſpondet.

---

1 Deltot Sw.

## De Waterville

PRIMUS Anfredus de Waterville. Robertus de Waterville tenet in Norhamtoneſcire, ſcilicet in Torpe; & in Huntingdonſcire, ſcilicet in Overtone, feodum dimidium militis & unum quarterium, & inde facit ſervitium.

JOHANNES de Folkeuuorthe per placitum. Henricus Engayne habuit iſtam terram quondam, ſed modo habet Johannes de Folkiſwurthe. Henricus Engayne unum quarterium unius militis in Norhamtoneſcire, ſcilicet in Torpe.

## Gaingat.

PRIMUS Robertus 1 Gargat. Hugo Gaingat tenet in Norhamtoneſcire ſcilicet in Wermingtone & Irtlingburch feodum unius militis, & inde plenarie reſpondet cameræ abbatis.

## De Avenilli.

PRIMUS Willelmus Avenel. Hæres Avenilli tenet feodum unius militis in Irtlingburc, & inde reſpondet, unde Robertus Baſſet tenet unum quarterium.

## De Engayne.

VITALE fuit pater Fulconis de Liſures, & Ricardi Engayne qui genuit ſecundum Ricardum. Vitalis Engayne tenet in Thorpe tres virgatas, & in Haregrave dimidiam hidam, & in Pyhteſlee hidam & dimidiam, & unam virgatam, & facit tres partes ſervitii unius militis, ſecundum rationem unius militis totum ſervitium.

1 *Sic* Sw.

## De Bernake.

HUGO de Bernake tenet quartam partem feodi unius militis in Bernake & Cathueyt, & inde plene reſpondet.

## De Oyli.

HENRICUS de Oyli tenet feodum unius militis, in Craneforde, Cotinghame & Mideltone; hanc teram tenet Radulfus de Aundeli; & Willelmus de Aubeney 1 dedicit unum quarterium, & aliud facit, & illud debetur de Carletone.

## De Stoke.

SIMUNDUS 2 de Stokes tenet duas hidas & unam virgatam in Stokes, Aſchtone & Wermingtone, & inde facit ſervitium dimidium militis ſecundum rationem unius militis.

## De Andegav.

WILLELMUS Andegavenſis tenet feodum dimidium militis in Norhamtoneſcire, ſcilicet in Chirchefeld, Undele, Wermingtone & Stoke, & inde facit ſervitium dimidium militis.

## De Stoke.

YVO de Stoke tenet tres virgatas & tertiam partem unius virgatæ in Norhamtoneſcire, ſcilicet in Stoke & Churchefeld; & inde facit ſervitium quartæ partis unius militis.

---

1 *Ita* MSS. 2 Wimundus Sw.

## De Helpiſtone.

JOHANNES de Helpiſtone tenet tertiam partem feodi unius militis in Helpiſtone.

## De terra in Wodecroft.

THOMAS filius Euſtachii tenet in Wodecroft quartam partem feodi unius militis, & inde plene reſpondet 1.

## Dumar.

RICARDUS Dumar tenet feodum dimidium militis in Eſtone. Willelmus de Waltone tenet quartam partem unius militis in Waltone.

GALFRIDUS de Caxſtone tenet quartam partem unius hidæ in Norhamtoneſcire, ſcilicet in Wyneuuyk; & inde facit ſervitium viceſimæ ſextæ partis unius militis.

ITEM ibidem tantum.

PHILIPPUS de Armiſtone tenet terram in Armiſtone, & inde facit ſervitium tertiæ decimæ partis unius militis cameræ abbatis.

HÆC omnia ſupradicta alienavit abbas Thoroldus, dummodo tenerent de eccleſia, ut prædictum eſt. 2 Et ideo caſtellum juxta eccleſiam conſtruxit, quod hiis diebus nuncupatur Mount Thorold: Ac multa ornamenta & terras eccleſiæ abſtraxit. Ita ut vix tertia pars abbatiæ remaneret in dominio. Ad mille & quingentas libras fuit appreciata abbatia quando venit; quam ita diſperſit, ut vix appreciaretur quingentis libris. Quodam 3 vero tempore duos monachos de ultra mare fecit ſecretarios, qui furati ſunt caſulam optimam Elurici archiepiſcopi, quæ quaſi aurum refulgebat in

---

1 Walterus de Paſtone tenet illam terram Sw. 2 *ſequentia uſque ad* abſtraxit, *adduntur ab* S. & W. 3 etiam S. W.

domo

domo domini quando veſtiebatur. Hanc ſecum & multas alias res ultra mare portaverunt, & ſunt in monaſterio quod dicitur Praieles: ſed & ipſe Turaldus abbas emit alio tempore epiſcopatum, Beluacenſem & multa ſecum tulit ornamenta eccleſiæ quæ pene omnia perdita erant. Fuit autem ibi per tres dies, quarto vero die expulerunt eum clerici, reverſuſque eſt in Angliam; deditque regi magnam pecuniam, ut intrare poſſet abbatiam ſuam. In hujus tempore, duobus annis ante mortem ejus, per papam Urbanum facta eſt motio valida per omnes terras Chriſtianorum eundi Jeroſolymis, ſicut ſcriptum eſt.

Anno milleno novies deno quoque ſeno
Ad Jeroſolymam plebs concurrit capiendam.

Iste 1 abbas per viginti & octo annos abbatiæ magis obfuit quam profuit.

Quo 2 mortuo reminiſcentes monachi omnia mala quæ perpeſſi ſunt; dederunt regi uſque ad trecentas marcas argenti, quo poſſent habere electionem ſuam, & pene omnia de altari acceperunt.

## Godricus abbas Anno MXCIX.

Quo concedente elegerunt probum virum dominum Godricum fratrem abbatis Brandonis, quamvis invitum, qui antea electus erat ad archiepiſcopatum in Britannia minori; ſed tamen non niſi uno anno abbatiæ præfuit. Quando enim Ricardus abbas de Ely, & Aldwinus abbas de Rameſeie, & omnes alii de Anglia, qui abbatias emerant, in concilio depoſiti ſunt, tunc & ipſe depoſitus eſt cum eis.

In ejus tempore 3 venerunt latrunculi in ebdomada Pentecoſtes, aliqui de Alemannia, aliqui de Francia, alii de Flandria; & intraverunt per ſcalas in eccleſiam, per feneſtram, quæ erat ſuper altare Philippi & Jacobi: & furati ſunt magnam crucem auream de viginti marcis auri cum gemmis, quæ erat ſuper altare, & duos magnos calices cum patenis, & candelabra Elfrici archiepiſcopi, omnia aurea. Et, quando

1 Thoroldus Wh. 2 MXCVIII 3 anno viz. MCII. *Chron. Sax.*

haec

quando hæc acceperunt, unus ex ſociis eorum ſtetit cum evaginato gladio 1 ad caput Turici ſecretarii, ut ſi evigilaret eum interficeret. Et quamvis poſtea capti eſſent, nihil tamen de hiis quæ acceperant ad proficuum eccleſiæ provenit; ſed omnia regi data ſunt.

## Matthias abbas MCIII.

POST hunc vero miſit eis rex quendam monachum Matthiam nomine, fratrem Galfridi Ridelli Juſticiarii ſui, & dedit ei abbatiam, ſed non præfuit ſimiliter niſi uno anno. Eodem enim die quo receptus eſt cum proceſſione; eodem die id eſt duodecimo kalendarum Novembris; in alio anno mortuus eſt apud Glouceſtre & ſepultus. Hic conceſſit fratri ſuo Galfrido manerium de Pitheſle ad firmam uno anno, ſed poſtquam abbas mortuus eſt, ipſe illam villam vi tenuit quamdiu vixit: ſed tamen juravit poſt ſe & pro hæredibus ſuis ſuper ſanctum altare & ſuper ſanctas reliquias ſancti Petri in Burch quando accuſatus fuit apud regem, & promiſit compulſurum ſe fœminam ſuam & filios ſuos hoc idem ſacramentum facere, ſcilicet hoc idem manerium cum corpore ſuo & cum catallis ſuis & cum reſtauratione ipſius villæ eidem monaſterio reddere ſine calumpnia, & omnibus annis quamdiu teneret quatuor libras redderet. Hoc ſacramentum fecit in tempore Ernulfi abbatis. In tempore vero Johannis abbatis anno ab incarnatione Domini milleſimo centeſimo decimo ſeptimo indictione undecima idem Gaufridus Ridel per ſe & per multos alios probos viros, expetens eundem abbatem Johannem, tandem impetravit ut ſibi concederet in vita ſua ipſum manerium Pitheſle. Venit igitur prædictus Galfridus Ridel ad abbatem Johannem, & in camera ſua apud Burch conceſſit ei abbas ſupradictam terram pro quatuor libris ad firmam, ad opus abbatis tali pacto talique conventione ut poſt mortem Galfridi ipſum monaſterium cum omni inſtauratione quæ eſſet in eo in illo die quo Galfridus eſſet vivus & mortuus, ſine aliqua calumpnia uxoris ſuæ & filiorum, in

1 ſuper S. ultra W.

dominium ſancti Petri de Burch atque monachorum rediret, atque hoc ſibi juraret. Juravit igitur ſuper textum evangelii Galfridus hoc pactum quod fecerat & conventionem: Scilicet ſicut prædictum eſt, manerium illud ſine aliqua calumpnia in dominium redire; atque jurando promiſit; hoc idem uxorem ſuam atque filium ſuum concedere atque jurare fecit. Hujus vero pacti ſeu conventionis atque ſacramenti multi teſtes fuerunt audientes & videntes, quos nominare ſuperfluum duxi, quia in texto evangelii ſcripti ſunt. Tertio autem anno poſtquam hæc conventio facta fuit, anno viz. milleſimo centeſimo viceſimo ſupradictus Galfridus Ridel in mare demerſus cum filio regis Willelmo obiit; abbaſque Johannes manerium ſuum ſaiſivit in dominio ſicut pactum inter eos fuerat; timenſque ne aliquid calumpniæ oriretur regem expetit, atque ei ſexaginta marcas argenti dedit, & tunc rex per breve ſuum conceſſit ut manerium illud Pitheſle, videlicet in dominio ſancti Petri de Burch atque abbatis & monachorum firmiter atque in perpetuum eſſet atque remaneret. Abbas vero Johannes illud tenuit quamdiu vixit; ſed poſt eum parum profuit.

## Matthia mortuo anno MCIII Ernulfus ſucceſſit anno MCVII.

ABBATE autem Matthia ſicut ſuperius diximus, mortuo, rex tenuit in manu ſua abbatiam quatuor annis. Poſt hæc factum eſt grande concilium apud Lundoniam, ibique dati ſunt multi epiſcopatus & abbatiæ. Inter quos oblatus eſt monachis de Burch prior, de archiepiſcopatu Cantiæ, Ernulfus nomine, quem libentiſſime acceperunt; quia erat bonus monachus, & ſapiens, & pater monachorum. In ejus diebus erant omnia bona, gaudium & pax, quia rex & optimates diligebant eum & patrem ſuum ſemper vocabant eum. Ipſe fecit dormitorium novum & neceſſarium, & capitulum perfecit quod inchoatum erat, & refectorium inchoavit, & multa alia bona operatus eſt. Hic per annos ſeptem eccleſiam & abbatiam optime rexit.

IPSE quidem hanc conventionem conſtituit inter monachos, & milites eccleſiæ de Burch, ut unuſquiſque miles dabit duas partes

partes decimæ ſuæ ſacriſtario Burgi: in finem vero vitæ ſuæ tertia pars totius ſubſtantiæ ſuæ ad ſepulturam defuncti cum militaribus indumentis, tam in equis quam in armis, ſecum deferatur, & Deo & ſancto Petro offeratur. Conventus autem contra corpus honorifice procedat, & ab omnibus pro eo plenarie celebretur officium. Et ut particeps ſit ipſe, & uxor ejus, & filii eorum omnibus beneficiis, quæ in perpetuum Deo annuente in eccleſia ſancti Petri fient. Illi vero, qui decimam non dant, non eo minus ad eccleſiam Burgi corpora ſua, & militaria inſtrumenta tam in equis, quam in armis, & tertiam partem totius ſubſtantiæ ſuæ aſportari faciant: Quia pro eis a conventu ſolempne perſolvetur officium. 1 Ipſe autem abbas Deum timebat & diligebat, & ideo a rege & ab omnibus diligebatur. In ejus diebus venit quidam in infirmitate ſua Robertus de Caſtre dictus, & dedit ſancto Petro & abbati & monachis quinquaginta libras argenti, & monachus factus eſt cum filio ſuo Willelmo bonæ indolis puero; & ex hiis dedit abbas prædictus viginti libras ad comparanda pallia ad cappas per manus ſecretariorum Wictrici ſcilicet & Reinaldi Spiritus, ſocii ejus, quod & ipſi ſtrenue perfecerunt, ſicut ipſa adhuc in eccleſia poſita teſtantur. Iſti pene per triginta annos ſecretarii erant, & multa bona operati ſunt, fideles enim erant & eccleſiam diligebant. Caſulam magnam & cappam deauraverunt, & aurificiis plurimas caſulas & cappas ornaverunt. Wictricus ſenior erat & ſocium diligebat, & ſicut ipſe ſæpe dicebat ſine ipſo nihil facere poterat, Reinaldus vero Spiritus, ita vocabatur, quia parvus erat & ſpiritualis, ſemper ſeniorem honorabat, & eum in omnibus adjuvabat. Wictricus cum diu in obedientia illa laboraſſet, tandem propter ætatem, & infirmitatem illam dimiſit, & Reinaldus omnibus illum cogentibus uſque ad finem vitæ in illa perſeveravit. Ipſe enim ſpiritu prophetiæ maxime pollebat, & quando aliquis fratrum moriturus erat ſemper ante ſciebat & dicebat, & ſæpe per viſiones ei Deus ventura præmonſtrabat. Nam quadam nocte viſum eſt ei eſſe ſe in porticu ſancti Andreæ, adhuc ſtante veteri monaſterio, & apparuiſſe ei, & ſediſſe ibi duas honorabiles perſonas circum-

---

1 totam hanc pericopen ab *Ipſe* ad *officium* ex Swaphami margine Whitleſeye in textum ſuum tranſtulit.

amictas

amictas veſtimentis albis & caſulis, & deſuper pallia habebant epiſcopalia, & in capitibus eorum mitras. Vocantes itaque eum nominantes ſe Kinſinum & 1 Elfuricum, qui in eadem eccleſia requieſcunt, juſſerunt ei plures vocare ſeniores de eodem monaſterio per nomina, ut venirent ad ſe, primum Adelwoldum priorem, deinde Eilſinum, & Godricum Album, & plures alios, omnes honorabiles perſonas, quos & nos vidimus, qui cum veniſſent coram eis, præceperunt Reinaldum exire, dicentes adhuc illum cum illis eſſe non poſſe. Qui vero poſt ſicut vocati fuerant unus poſt alium tranſierunt ad Dominum. Alia vice viſum eſt ei ſedere ſe ante magnum altare ſancti Petri, & exire de tumbis eorum duas candidas columbas, ipſumque in ſinu ſuo habere frumentum, & advolantes ad eum legebant grana de gremio ejus: Quod puto eſſe orationes, quas pro illis fundebat.

## De Hugone Albo.

IPSE vero Reinaldus quendam fratrem ſuum in puerili ætate fecerat monachum nomine Hugonem, qui ei ſemper adhærebat & ſerviebat, qui modo defunctus eſt, qui etiam hunc 2 libellum collegit collectumque ſcripſit. Idem vero Hugo in pueritia ſua in infirmitatem quandam incidit, ut omnibus annis & ſæpe ſanguinem nimium excrearet, & inde nimium debilis fieret; unde factum eſt ut una vice ita infirmatus ſit, ut quindecim bacillas plenas ſanguine in una ebdomada per os excrearet. Quod videntes fratres & de eo deſperantes cum nimio dolore & fletu eum ſacro oleo ungunt, & ſancto corpore & precioſo ſanguine Domini communicant, quia nihil aliud ei niſi mortem adeſſe putaverunt, & die ac nocte exitum ejus obſervaverunt; & tamen orationes pro eo indeſinenter ad Dominum fuderunt; altera vero die cum fratres capitulum introiſſent, ipſe ipſa infirmitate ita gravatus eſt, ut ſubito plenum majorem bacillum ſanguine excrearet, & loquelam perderet. Et jam deſperatus cucurrit dominus Nicolaus, qui tunc cuſtos erat infirmorum & intravit ca-

1 Elfricum W. 2 libellulum S.

pitulum

pitulum clamans & dicens jam mori fratrem, veniant & commendent animam. At illi dolentes nimium, noluerunt, ſicut mos eſt, intrare ad eum, ſed citius intrantes monaſterium, humique proſtrati ſeptem pſalmos cantantes, & cum lacrymis & gemitu Deum deprecantes, ut, per interceſſionem Dei genitricis Mariæ ſemper virginis & beati Petri apoſtolorum principis, cui ſervierat, & eorum quorum reliquiæ ibi requieſcunt, & omnium ſanctorum, ei vitæ donaret ſpatium. Dixerat enim Dominus Egelbrihtus ſanctiſſimus vir, & alii ſimiliter antequam exiſſent de capitulo, eamus omnes fratres citius in eccleſiam, imploremus Domini auxilium & non negabit nobis unum hominem. Finitis autem ſeptem pſalmis cucurrerunt ad domum infirmorum, & invenerunt eum jam ſuper terram poſitum, ſicuti ſe projecerat, & anhelitum longius trahentem, & in exitu laborantem. Cernentes autem hæc fratres paraverunt quæcunque erant neceſſaria ad tale officium; & pſalteria ſuper tabulam ſcripſerunt quæ canenda erant. Cumque hæc agerentur & dominus Turicus prior ſederet juxta eum, fraterque ejus Reinaldus ex alia parte, omneſque qui aderant flentes & lugentes; repente magnum miraculum contigit & noſtris temporibus inauditum. Nam pulſatus Dominus, ut credo, ſuæ genitricis & omnium ſuorum ſanctorum precibus, & lacrymis fratrum, ſubito revixit, qui jam totus erat frigidus, aperienſque oculos & videns ſupradictum priorem juxta ſe, intuitus eſt eum diutius. Intellexit vero ipſe prior ipſum aliquid velle dicere ſi poſſet, aurem ori ejus appoſuit. Tandem ei Domino vires dante loquela, qua potuit, dixit priori, ut ſumeret candelam, portaretque ad altare ſanctæ Mariæ, devoveretque ipſum horas ejus canere omnibus diebus vitæ ſuæ. Per hoc intellexerunt fratres, quia per ipſam ipſum eſſe redditum vitæ, quia hoc primum fuit verbum ejus. Quod cernentes & audientes fratres, qui antea flebant præ triſtitia, nunc lacrymas lacrymis addebant præ gaudio, & Domini laudabant magnalia. Ipſe vero paulatim cœpit reviviſcere & loqui. Sumentes eum fratres poſuerunt ſuper lectum, & calefacientes veſtimenta appoſuerunt lateri ejus, & pedibus, & cæteris membris, & refocillabant eum. In paucis autem diebus bene convaluit, Deoque & ſuæ adjutrici gratias egit & ſervivit. Ex integro vero ſanatus, quia a bonis doctoribus, ſcilicet Ernulfo abbate, & Reinaldo fratre ejus, cæteriſque

teriſque, ſenioribus bene inſtructus erat, & vocabatur Hugo Albus, quoniam albus, & facie erat decorus, & fide Chriſtianus, habitu vero dicebatur ipſe niger monachus. Quod ſi monachalia geſſit, in illis gaudebit. In pueritia & in juventute filius ſeniorum erat, & frater coævorum, nunc autem ſenior omnium pater eſt omnibus, ſuos diligebat ut amicos, & ipſe diligebatur ab eis, & non ſolum a monachis, ſed etiam ab abbatibus, ſcilicet, Johanne, Henrico, Martino, Willelmo, ſub quibus & in quorum temporibus erat, & quibus, ut illis placeret, promeruit; ſed & in vicinis monaſteriis, & longe lateque ubi cognitus fuerat, nec minus diligebatur, nec laudabatur. Nec non officia, & miniſteria, & poſſeſſiones eccleſiæ intus & foris, per temporum vices in manus ejus commendatæ, quam diu potuit, tenuit. Ad ultimum ad gradum ſubprioratus vix pervenit, & primitus quidem ſub abbate Martino, poſt ſub abbate Willelmo de Walterville. Nunc vero ſufficiant hæc pauca de tanto tamque mirabili viro ſtylo agreſti me peroraſſe, dicendum eſt quam glorioſe obiit.

OBIIT tandem iſte beatus, iſtis virtutibus ditatus,
Tempore Willelmi abbatis,
Cujus anima ſit in cœlis prece Michaelis, Amen.

SUPRADICTUS autem abbas Ernulfus, ſicut diximus, a rege & principibus diligebatur. Et utinam non tantum dilectus eſſet quoniam ſeptimo anno ex quo ad abbatiam venerat, & minus quam vellet adhuc profecerat, cum rex mare transfretatus eſſet, & ventum attendiſſet ad villam, quæ dicitur Burne, miſit pro eo ut feſtinanter ad eum veniret, quaſi ſecretius cum eo locuturus, quia erat confeſſor ejus. Cum autem illuc veniſſet, coegit eum rex, & archiepiſcopus Raulfus qui noviter erat electus, & omnes alii accipere epiſcopatum Roueceſtriæ; ipſoque viriliter & diu reſiſtente juſſit rex archiepiſcopo ducere eum ad Cantuariam & ordinare quamvis invitum.

## MCXV. Abbas Arnulfus factus epiſcopus Rouceſtriæ cui ſucceſſit Johannes de Sais.

STatimque rex dedit abbatiam cuidam monacho Johanni de Sais nomine, cumque Romam ſtatim miſit pro pallio Raulfi archiepiſcopi, & Guarnerium monachum & Johannem archidiaconum nepotem ejuſdem archiepiſcopi cum eo; & legationem ſuam bene perfecerunt, & pallium apportaverunt. Monachi autem Burgenſes, cum audiſſent patrem & paſtorem ſuum ſibi ablatum eſſe, flebant & lacrymas lacrymis addebant, quia nihil aliud agere poterant. Johannes vero abbas, cum domi veniſſet, a conventu honorifice ſuſceptus eſt. Qui præparans ſe continuo ivit Romam, & anno alio ante feſtivitatem ſancti Petri reverſus eſt.

## MCXVI. De ſecunda combuſtione Monaſterii.

NEc multo poſt eodem anno, id eſt ſecundo nonarum Auguſti in vigilia ſancti Oſwaldi regis & martyris, per incuriam combuſtum eſt totum monaſterium, præter capitulum, & dormitorium, & neceſſarium, & refectorium novum, ubi ſolummodo per 1 tres dies manducaverant, refectis prius pauperibus; ſed & tota villa combuſta eſt. Abbas enim eādem die maledixerat domum, & per iram quia iracundus erat nimis, commendavit incaute inimico. Intraverant autem fratres mane refectorium, ut emendarent tabulas; & diſplicuit ei & maledixit, & ſtatim exivit ad placitum apud Caſtre. Sed & quidam ſerviens de priſtino cum faceret ignem, & non cito arderet, iratus dixit, veni diabole, & inſuffla ignem; & ſtatim ignis arſit, & uſque ad tectum pervenit, & per omnes officinas uſque ad villam volavit.

Sicque completa eſt alia prophetia, quæ dicta erat ad Eilricum epiſcopum, ſcilicet deſtruendam fore eccleſiam per ignem. Deprecemur ergo fratres omnes Dominum, ut aver-

1 Quatuor. Sw.

tat

tat iram ſuam a nobis, ne adveniat tertia; & unuſquiſque caute ſe agat, & iram ſuam temperet, & manus contineat, ne aliquid malum faciat, unde dampnatus in æternum pereat; quapropter unuſquiſque caveat, ne inimicum ad aliquam rem vocet, nec illi commendet, quia ipſe ſemper paratus eſt ad malum. Meminiſſe debemus, quid beatus Gregorius in dialogo narraverit de quodam preſbytero, qui incaute loquens ſervienti ſuo dixit, veni diabole diſcalcia me, ſtatimque ſenſit corrigias de pedibus ſuis ſolvi. Ille autem cum intellexiſſet diabolum adeſſe, quem nominaverat, dixit, recede miſer, non te vocavi, ſed ſervientem meum.

ITA itaque ſicut diximus diabolo faciente, qui vocatus fuerat, & Domino pro peccatis noſtris conſentiente, tota eccleſia, & villa combuſta eſt, & omnia ſigna confracta ſunt, & perduravit ignis in turri novem diebus; nona autem nocte ſurrexit ventus validus, & diſperſit ignem & carbones vivos de turri ſuper domos abbatis, ita ut putaremus omnia officina ardere, quæ relicta erant. Dies triſtitiæ & doloris erat dies ille. In alio autem anno ipſe abbas inchoavit novam eccleſiam & jactavit fundamentum octavo idus martii anno ab incarnatione Domini milleſimo centeſimo decimo octavo & multum operatus eſt in ea, ſed non complevit. Iſte recuperavit villam ſupradictam Pytheſle, datis pro ea ſexaginta marcis argenti regi, & confirmata eſt Deo & ſancto Petro & monachis, ſigillo & auctoritate regia. Sed tamen cum mortuus eſſet idem abbas, iterum rex de Ricardo Baſſet alias ſexaginta marcas accepit, & eandem villam ei conceſſit. Iſte autem abbas per undecim annos eccleſiam & abbatiam bene rexit, & terras adquiſivit, quibus completis percuſſus eſt morbo inſanabili, ſcilicet hydropiſi, & inde vitam finivit. Quo defuncto [1] rex miſit juſticiarios ſuos Ricardum Baſſet, & Walterum archidiaconum, & plures alios perquirere theſauros ejus, & facultates; ſed nihil invenerunt, quia antea dum adhuc viveret, omnia diſperſerat. Tunc deſcripſerunt omnes theſauros eccleſiæ, & omnem abbatiam, & quicquid erat intus & foris, & attulerunt ad regem, rexque tenuit abbatiam in manu ſua duobus annis.

1 ſcilicet anno Domini milleſimo centeſimo viceſimo quinto, Wh. die ſecunda idus octobris, Chron. Sax.

## Henricus abbas de Angeli qualiter ſe habuit in abbatia Burgi MCXXVIII.

POST hæc venit quidam Henricus abbas de Angeli, & perſuaſit regi reliquiſſe ſe abbatiam ſuam propter guerram, & hoc per conſilium papæ & abbatis Cluniacenſis feciſſe, & mentitus eſt. ſed hoc finxit, ut haberet duas abbatias in manu ſua, unam hic & aliam ibi. Conceſſit itaque ei rex abbatiam de Burch, reclamantibus & contradicentibus archiepiſcopis & epiſcopis, non debere eum habere duas abbatias; ſed tamen rex deceptus eſt, & ipſe tenuit per quinque annos. Ipſe enim in clericatu fuerat epiſcopus apud Sueſſionem civitatem, & poſtea factus eſt monachus & prior apud Clunni, & poſtea factus eſt prior apud Savenni. Deinde, quia erat cognatus regis Angliæ & comitis Aquitaniæ, dedit ei idem comes abbatiam ſancti Johannis de Angeli; & quia verſutus erat & callidus & ingenioſus, poſtea adquiſivit archiepiſcopatum de Beſencun, ſed ibi non moratus eſt niſi per tres dies. Adhuc non ſufficiebat ei, ſed rurſum adquiſivit epiſcopatum de Seintes, ubi pene per ſeptem dies fuit, & de hoc ſicut de Beſencun eum abbas de Clunni expulit: & quia nunquam quietus eſſe voluit, adquiſivit legationem colligendorum denariorum Romæ in Anglia, ut per hoc abbatiam adquireret, quod & fecit. Nam veniens ad regem Henricum, dixit ſe eſſe valde ſenem & valde tribulatum, & non poſſe amplius laborare, nec ferre werres & mala & iniquitates terræ, ubi converſatus eſt; & ſicut diximus, dimiſiſſe ſe abbatiam ſuam, & hoc per conſilium papæ & abbatis Cluniacenſis, & hic ſe velle quieſcere, & iccirco nominatim abbatiam de Burch, quæ tunc ſine paſtore erat, per ſe & per ſuos amicos petiit. Et quia propinquus erat regis, & videbantur ſermones ejus veraces: Et quia unus erat & caput omnium ad teſtimonium perhibendum & ſacramentum faciendum, ubi disjuncti ſunt nepos regis filius Roberti Willelmus comes de Normannia & filia comitis Andegavi; ideo conceſſit ei rex eandem abbatiam quamdiu viveret.

EODEM anno cum veniſſet ad abbatiam viſa ſunt & audita monſtra per totam quadrageſimam, & hoc noctibus & per

ſylvas & per plana a monaſterio uſque ad Stanford. Nam viſi ſunt quaſi venatores cum cornibus & canibus, ſed omnes nigerrimi erant & equi eorum & canes, & aliqui quaſi œdos 1 equitantes, & oculos grandes habebant, & erant quaſi viginti aut triginta ſimul. Hoc non eſt falſum, quia plurimi veraciſſimi homines viderunt, & audierunt cornua. Cum veniſſet autem, ſicut diximus, præfatus abbas ad monaſterium, manſit ibi pene uno anno, & accepit homagium & pecuniam de militibus, & de tota abbatia, & nihil boni ibi fecit; ſed totum miſit & portavit ad abbatiam ſuam, & profectus eſt illuc per regis licentiam, & fuit ibi ſimiliter pene uno anno. Poſtea autem reverſus dixit ſe ex toto reliquiſſe abbatiam ſuam.

ET eodem anno Petrus abbas de Clunni venit ad Angliam, & ſuſceptus eſt per præceptum regis cum honore in omnibus monaſteriis. Venit ſimiliter ad Burch, & ibi honorifice ſuſceptus eſt: ibique promiſit ei abbas Henricus adquirere ei monaſterium illud, ut eſſet ſubjectum Clunni. Et abbas Clunni domum reverſus eſt.

ALIO autem anno collegit idem abbas Henricus pecuniam magnam, & mare transfretavit ad regem, & dixit ei, quia abbas de Clunni præceperit ei venire, & reddere ei abbatiam ſancti Johannis de Angeli, & poſtea liberum redire ad Angliam. Ivit itaque illuc, & fuit ibi uſque ad nativitatem ſancti Johannis Baptiſtæ. Alio autem die, poſt feſtivitatem ſancti Johannis, monachi de eodem monaſterio elegerunt ſibi alium abbatem de ſuis, & cum magno honore in ſede locaverunt, & Te Deum laudamus cantaverunt, & ei fecerunt quicquid abbati facere debuerunt. Abbatem vero Henricum comes & monachi cum magno dedecore expulerunt; & quicquid habuit, ei abſtulerunt: nec immerito, quia per viginti quinque annos, quibus ille monaſterio præfuit, nunquam aliquid boni ibi, nec pluſquam alibi, fecerat. Ejectus autem & projectus inde venit Clunni, ibique detentus eſt. Abbas vero & monachi valde irati cum eo, dixerunt ſe perdidiſſe abbatiam ſancti Johannis per ſtultitiam ejus, nec potuit egredi vel ingredi, donec iterum arte ſua & aſtutia eos fefellit.

1 equitabant S.& W.

lit. Promiſit itaque eis & juravit, quia ſi poſſet reverti & venire in Angliam, adquireret eis & ſubjiceret Burgenſem abbatiam, & ibi conſtrueret priores, & ſecretarios, & cellerarios, & camerarios, & omnia commendaret in manibus eorum intus & foris. Sicque per hoc pactum exivit, & ad Angliam rediit.

1 Post hæc rex de Normannia ad Angliam venit: & idem abbas ad eum acceſſit accuſans valde monachos Burgenſes apud eum propter hoc, non quod verum diceret, ſed ut deciperet regem, ut ſubjiceret Cluniacenſibus, ſicut promiſerat, ipſum monaſterium. Rex autem iratus nimium miſit propter monachos apud Bramtune, & ante eum actum eſt placitum, & pene deceptus erat, niſi adjutorium Dei adfuiſſet, & conſilia epiſcoporum de Sareſbiri & de 2 Nicollia, & baronum interveniſſent, qui jam intellexerant fraudulentias ejus. Cum autem quod cogitaverat perficere non poſſet, voluit nepotem ſuum Gerardum hæredem & abbatem facere pro ſe, ut quod ille non potuit, iſte perficeret. In illis diebus & in ejus tempore in magna tribulatione & anguſtia erant ſervi Dei monachi Burgenſes. Deus autem conſentire noluit, ut ipſe Gerardus abbas eſſet. Tandem non poſt multum temporis poſt hæc intellexit rex fraudulentias ejus, & miſit pro eo, & juſſit ei, ut redderet abbatiam de Burch, & exire de terra ſua; quod & fecit. Et rex per conſenſum monachorum dedit abbatiam cuidam monacho religioſo Martino nomine de Bec, qui prior apud ſanctum Neotum erat. Abbas autem Henricus cum ſuis mare tranſivit, & iterum abbatiam ſuam de Angeli recuperavit. Quicquid tamen fecit, bonus eleemoſynator omnibus diebus fuit, & ideo ſicut dictum eſt, bonum finem fecit; nam non diu, poſtquam ibi venit, vixit.

## Martinus abbas anno MCXXXIII.

Martinus vero abbas in die feſtivitatis ſancti Petri cum magno honore & gaudio ſuſceptus eſt a monachis & omni populo. In altero autem anno & alio die poſt feſtivitatem ſancti Petri, quæ dicitur ad vincula, rex Henricus mare tranſ-

1 Anno viz. MCXXXII. Sw. &. *Chr. Sax.* 2 Lincolia S.

 fretavit,

fretavit, & in navi ſexta hora obdormivit; & ſicut ſcriptum eſt, in pluribus locis ſubito illa hora, cœli contenebrati ſunt, & ſol factus eſt quaſi eſſet luna tribus vel quatuor horis, & ſtellæ apparuerunt: & plurimi dixerunt hoc portentum magnam rem ſignificare; & verum dixerunt, quia eodem 1 anno mortuus eſt rex, & conciderunt cum eo omnes ſenes & ſapientes. Tunc contenebrata eſt terra, quia pax & veritas & juſtitia de terra ablatæ ſunt.

SURREXIT poſt eum rex Stephanus nepos ejus, mitis & humilis, & immerſerunt ſuper terram juvenes, viri iniqui & peccatores, qui conturbabant terram. In hujus regis tempore in maximis tribulationibus & anguſtiis erat ſancta eccleſia per totam terram, & eccleſia Burgenſis cum aliis; ſed non propoſuimus omnia mala, quæ gerebantur, modo ſcribere, quia multi multa ſcripſerunt. Martinus autem abbas ſub iſto rege, & in ejus tempore multa mala perpeſſus eſt, & cum maximo labore abbatiam tenuit, ſed adjuvabant eum monachi ſui, & tamen invenit eis abbas, & hoſpitibus, quicquid neceſſarium fuit, & erat caritas magna in domo illa, & in omnibus tribulationibus hiis operatus eſt in eccleſia, & in officinis: & villam mutavit, & multa 2 operatus eſt, & preſbyterium eccleſiæ perfecit; & ſanctas reliquias, & monachos in die feſtivitatis ſancti Petri in novam eccleſiam cum magno gaudio introduxit.

## Introitus in novam eccleſiam MCXL.

IBI etiam tunc fuit Alexander epiſcopus Lincolniæ, & abbas Rameſiæ, & Torneiæ, & Crulandiæ, cum pluribus monachis, & baronibus, & militibus, & maximo populo. Oſtenſumque eſt brachium ſancti Oſwaldi regis & martyris 3 ipſis & omni populo, & cum ipſo ipſe epiſcopus omnes benedixit, & omnes reliquiæ oſtenſæ ſunt, ab 4 epiſcopo lectæ coram omni populo, & facta eſt lætitia magna in illa die. Sed & antea oſtenſa eſt illa precioſiſſima regis dextra Martino abbati deſideranti illam videre, aut pro curioſitate, vel quia du-

1 anno MCXXXV. 2 Wh. *addit* alia. 3 ipſis S & W. regi Cot. 4 ipſo S & W.

 bitavit

bitavit illam eſſe integram. Et facto jejunio & altera die poſt capitulum cantatis ſeptem pſalmis cum magna compunctione, aperuerunt thecam & protulerunt illam integram, & cum illa benedixerunt omnem congregationem, & laverunt illam cum magno timore, ſicut antea in tempore Matthiæ abbatis fecerant. Multi autem ex monachis, qui infirmi intraverant eccleſiam, ita ſanati ſunt ut pene obliti eſſent, & mirarentur, ſi eſſent infirmi quando eccleſiam intraverant. Et tertia vice oſtenſa eſt ipſa dextra regi Stephano, quando illuc venit, & ei annulum ſuum optulit; & ex debitis, quæ debebantur ei, pro ejus amore eccleſiæ quadraginta marcas dimiſit. Et alia vice magnas libertates in pluribus rebus pro ejus amore per cartas ſuas confirmatas eccleſiæ conceſſit.

PER merita autem ſancti Oſwaldi & per ipſam aquam lavationis ejuſdem brachii multi infirmi ſanati ſunt, & a dæmonibus liberati, & paralytici, & frigoritici curati. Quendam enim vidimus in tempore Ernulfi abbatis valde a dæmone vexatum, & catenis ligatum ad eccleſiam ſancti Petri 1 deductum: Qui cum eccleſiam intraſſet & hii cum eo, qui eum ligatum trahebant, ſubito tumultus magnus factus eſt in populo. Exivit autem foris a choro ſecretarius Reinaldus Spiritus, de quo ante diximus, ut videret quid hoc eſſet; & videns illum miſerum ita vexari, miſeratus eſt ejus, ſicut erat pius & miſericors, & cogitavit quid facere poſſet, & repente venit ei in memoriam aqua ſancti Oſwaldi, & vadens apportavit de illa, & dedit ei bibere; ſtatim autem ut bibit, voluntarie & quietus ſe in oratione proſtravit, & diu in terram jacuit, & ſanus ſurrexit, omnibus Deum laudantibus, & Deo gratias clamantibus.

SIMILITER quandam fœminam vidimus de vicinis, hoc eſt, 2 Wdeſtun, a dæmone diu vexatam, & ad ipſam eccleſiam tractam, & de ipſa aqua potata reverſa eſt ſana. Et alio die quidam de monaſterio pro cauſis illuc venientibus invenerunt eam ſedentem, & manibus ſuis lini texturam operantem, & nihil mali habentem, ſed Deo ac ſancto Oſwaldo gratias agentem. Vidimus etiam quendam juvenem ad ipſam eccleſiam deportatum, quia ita eſt paralyſi morbo gravatus, ut di-

1 W. addit, *in Burch.* 2 Wodeſtune S. Wodiſtone W.

midium corpus ejus videretur eſſe mortuum; nunquam pedibus ambulare, nunquam manum ad caput mittere potuit; ſed cum idem ſecretarius ei dediſſet de ipſa ſancta aqua, & potaſſet, ſtatim reddita eſt ei manus & pes, ita ut capitium, quod ei ceciderat, cum infirma manu de terra acciperet, & capiti imponeret, & qui bajulo aliorum deportatus fuerat, nunc pedibus incedendo & Deo & ſancto Oſwaldo gratias agendo reverſus eſt. Ita ut innumerabiles de variis infirmitatibus per merita & preces ſancti Oſwaldi & per ipſam aquam ſanati ſunt. Quis enim numerare poſſet quanti febricitantes per ipſam aquam ſanati ſunt? Aqua enim & per multas provincias portata & potata, ſecundum fidem uniuſcujuſque ſanitati multi reſtituuntur. Ad Lundoniam quoque portata innumeros ibi ſanatos eſſe ſcimus: Unde & in magna veneratione habetur altare ejus in crypta ſancti Pauli apoſtoli. Dies mihi deficeret, ſi cuncta ejus miracula per ipſam aquam patrata ſcriberem.

NUNC autem ad propoſita revertamur. Martinus abbas, ſicut ſuperius diximus, ſanctas reliquias & monachos in novam eccleſiam cum magno honore introduxit, anno ab incarnatione Domini milleſimo centeſimo quadrageſimo & a combuſtione loci viceſimo tertio. Et quia in primordio ſuo multa de theſauris ſuis abſtulerat, ad reſtauranda eadem & ad eccleſiam faciendam, villam Pileſgatam & omnes decimas & omnes offerendas & plurimas poſſeſſiones & plurimorum ſervicia conſtituit; & poſtea Romam perrexit, ibique omnia privilegia inferius ſcripta confirmavit. Romam autem idem abbas veniens a papa Eugenio & a cardinalibus honorifice ſuſceptus eſt, & 1 hæc privilegia adquiſivit.

## 2 Privilegia Eugenii Papæ.

EUGENIUS epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilecto filio Martino Burgenſi abbati, ejuſque fratribus tam præſen-

1 duo privilegia ab eodem papa impetravit; ſcilicet unum in quo omnia tenementa & poſſeſſiones totius abbatiæ & feoda militum, libertates & multa alia eccleſiæ Burgi conceſſit, & confirmavit; & aliud de bonis ſacriſtiæ ſicut in eiſdem privilegiis plenius continetur Sw. & Wh. 2 hæc duo privilegia hoc in loco non comparent apud S. & W. ſed inter alias paparum bullas ordine ſuo exhibentur.

 tibus

tibus quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Deſiderium quod ad religionis propoſitum & animarum ſalutem pertinere dinoſcitur, animo nos decet libenti concedere, & petentium deſideriis congruum impertiri ſuffragium. Ea propter dilecte in Domino fili Martine abbas, quoniam per multos labores apoſtolorum limina & noſtram præſentiam devotione debita viſitaſti, tuis & fratrum tuorum juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & beati Petri apoſtolorum principis Burgenſem eccleſiam, in qua divino mancipati eſtis obſequio, ſub beati Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti privilegio communimus; ſtatuentes, ut quaſcunque poſſeſſiones, quæcunque bona eadem eccleſia impræſenciarum juſte, & canonice poſſidet, aut in futurum conceſſione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, ſeu aliis juſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis veſtriſque ſucceſſoribus & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. In Norhamtuneſcire, Burch, quæ antiquitus Medeſhamſtede vocabatur, ubi ipſum monaſterium ſitum eſt, cum capellis, mercato, theloneo, cuneo monetæ, cum paludibus, boſco & cæteris appendiciis ſuis. In Farſeta duo piſcatores cum duabus manſuris terræ, & duas naves in Whitleſmere. Caſtra cum eccleſia, & capellis eidem eccleſiæ adjacentibus, cum molendinis, & omnibus pertinentiis ſuis. Witheringtun & Waltun cum appendiciis ſuis, Glinton & Peikirke cum eccleſia & capellis, cum theloneo de Depinges & Peikirc, cum piſcatura & cæteris appendiciis ſuis, Pileſgate cum appendiciis ſuis, in eccleſia de Bernake decem ſolidos, in Stanford quinquaginta novem manſuras terræ, cum terris, molendinis, eccleſiis, theloneo, cuneo monetæ. In eadem villa in Lincolneſcire ſeptem manſuras, Tinguellam cum eccleſia, molendino, & cæteris appendiciis ſuis. Undele cum eccleſia, & capellis, & cum toto jure eidem villæ adjacente, quod Ethehundred vocatur, cum molendino, mercato, theloneo, nemoribus, & appendiciis ſuis. Eiſetuna cum molendinis, & pertinentibus ſuis. Wermingtune cum eccleſiis, molendinis, & cæteris pertinentibus ſuis. Keteringe cum eccleſia, molendino & pertinenciis ſuis. In Hirtlingburch decem hidas, cum eccleſia, molendino, & pertinentiis ſuis. In Stanwigga tres hidas, cum eccleſia, molendino, & pertinentiis ſuis.

In

In Haldewincla tres hidas, cum eccleſia, & pertinenciis ſuis. Cotingham cum eccleſia, molendinis & cæteris pertinentiis ſuis, ſcilicet Benifield, Driffeld, Middletun cum foreſto, Pytheſle cum eccleſia, molendinis & pertinentiis ſuis. In Norhamptun ſexdecim manſuras. In Lincolneſire, Scotere cum eccleſia, molendinis & pertinentiis ſuis, videlicet, Nortorp, Scaletorp 1, Fiſkertun cum eccleſia, & ſuis pertinentiis. In Hoylande tres carrucatas terræ, cum Salinis. In Walecote ſeptem carrucatas terræ. In Turlebi carrucatam unam & tres bovatas terræ, cum eccleſia & pertinentiis ſuis. In civitate Lincolniæ quatuor manſuras. In Graham 2 manſuram & terram, quam Colgrim dedit eccleſiæ de Burch. In Torkeſeies octodecim leugas de prato, & piſcaturam unam, & unam manſuram. In Notinghamſire, Colingham cum eccleſiis, molendinis piſcaturis & appendiciis ſuis. In Hunteduneſcire, Alwoltun cum eccleſia, molendinis, theloneo navium, & pertinentiis ſuis. Flettona cum eccleſia & pertinentiis ſuis. In Burgo Huntedunlæ terram Godrici Lefled. In Leiceſtreſire, Eſtun cum eccleſia de Brynehirſt cum molendino & cæteris appendiciis ſuis. In Lenna manſuram unam. In Wella quatuor millia anguillarum ſingulis annis. In Cloptuna unam virgatam terræ. Hæc etiam quæ ab ipſo monaſterio in feodo tenentur nihilominus duximus annotanda. Feudum viz. Anſketilli de ſancto Medardo, 3 Thornhawe, Witeringa, Sibertune, Ettune, Anſgotebi cum appendiciis eorum, feudum Rogeri Infantis, de Torpel, 4 Uffewrthe, Pilketune cum appendiciis ſuis, & terram quam habet in Makeſeie, feudum Aſcelini de Watervilla, Torp, Marham, Uptun cum eorum appendiciis. Feudum Radulfi filii Willelmi, Ludintun, Meſſingham cum eorum appendiciis. Feudum Galfridi Infantis, Gunnetorp, Suttorp, & terram, quam habet in Stokes cum appendiciis eorum. Feudum Galfridi de la Mare, Makeſeie, Turlebi cum appendiciis eorum. Feudum Radulfi de Neovilla, Scottuna, Malmintun cum appendiciis eorum. Feudum Rogeri 5 Malfet, Wodeford cum appendiciis ſuis. Feudum Roberti Frehlle, Dalmtun cum appendiciis ſuis. Feudum Willelmi de Lwetot, Cloptuna cum appendiciis ſuis. Feudum Roberti Marmiun, Langetun, Pokebroc cum appendi-

1 Torp. S & W. minus recte. 2 manſuras S. W. 3 Thornehage S. 4 Uffordo S. W. ut jam perperam vulgo vocatur. 5 Malſe W.

ciis eorum. Feudum Gaufridi de Wincheſtreia, Armeſtun, 1 Burchle. Feudum Gilberti Fawel, Walecote cum appendiciis ſuis. Feudum Roberti de Fiſi, 2 Subtuna cum appendiciis ſuis. Feudum Rogeri de Miletuna cum appendiciis ſuis. Feudum Radulfi de Tot, in Paſtona. Feudum Walonis in eadem villa cum appendiciis ſuis. Feudum Iſenbardi, 3 Paple cum appendiciis ſuis. Feudum Wimundi, Stokes cum appendiciis ſuis. Feudum Ingelerammi, in eadem villa. Feudum Roberti de Oili, Craneford. Feudum Ricardi Engaine, Benigfeld. Feudum Willelmi Engaine, Haregrave cum appendiciis ſuis. Feudum Teobaldi, 4 Brinighirſt cum appendiciis ſuis. Feudum Godefridi de Camberei, 5 Plumbetere, Berham cum appendiciis ſuis. Feudum Roberti de Guineges, Careby cum appendiciis ſuis. Feudum Gaufridi de Neovilla, Walecote cum appendiciis ſuis. Feudum Eylſi, Helpeſtune cum appendiciis ſuis. In Winewich, tenementum 6 Brithwoldi. Feudum Pancevolt in Eſtona. Feudum 7 Anſeredi in Overtona, & in Torp. In Ermeſtun tenementum Turici. In 8 Kirkefeld, & Wermingtun, & Undele tenementum Viviani. In Wodecroft tenementum Oſberni. In Muſcam tenementum Geroldi. Libertates a regibus Angliæ eidem monaſterio pia devotione conceſſas, & ſcripto eorum firmatas, atque antiquas, & rationabiles ipſius monaſterii conſuetudines vobis nihilominus confirmamus. Obeunte vero te nunc ejuſdem loci abbate, vel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia, vel violentia præponatur, niſi quem fratres communi aſſenſu, vel fratrum pars conſilii ſanioris ſecundum Dei timorem, & beati Benedicti regulam providerint eligendum. Præterea prædeceſſoris noſtri ſanctiſſimi papæ Gregorii veſtigiis inhærentes, miſſas puplicas ab epiſcopo in veſtro cœnobio fieri omnino prohibemus, ne in ſervorum Dei receſſibus & eorum receptaculis, ullis popularibus occaſio præbeatur conventibus, vel mulierum fiat novus introitus, quod omnino non expedit animabus eorum. Nec audeat epiſcopus aliquis ibi cathedram collocare, vel quamlibet poteſtatem habere imperandi, nec aliquam ordinationem quamvis leviſſimam faciendi, niſi ab abbate loci fuerit rogatus; qua-

1 Burgelai. S. & W. 2 Suttona Sw. 3 Pappelai S.
4 Brenehyrſt S. 5 Plumbetre Sw. 6 Brutvaldi Sw. 7 Anſredii Sw.
8 Chirchefeld Sw.

tinus monachi ſemper maneant in abbatum ſuorum poteſtate, nulluſque monachum ſine teſtimonio, vel conceſſione abbatis ſui in eccleſia aliqua teneat, vel ad aliquem promoveat ordinem. Decernimus ergo, ut nulli omnino homini liceat præfatum cœnobium perturbare, aut ejus poſſeſſiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, ſeu aliquibus vexationibus fatigare; ſed omnia integra conſerventur, eorum, pro quorum gubernatione & ſuſtentatione conceſſa ſunt, uſibus omnimodis profutura, ſalva ſedis apoſtolicæ auctoritate, & diœceſanorum epiſcoporum canonica juſtitia. Siqua igitur in futurum eccleſiaſtica, ſæcularisve perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere venire temptaverit, ſecundo tertiove commonita, ſi non ſatisfactione congrua emendaverit, poteſtatis honoriſque ſui dignitate careat, reamque ſe divino judicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem eidem loco juſta ſervantibus ſit pax domini noſtri Jeſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen, Amen, Amen. 1 ✠. Ego Eugenius Catholicæ eccleſiæ epiſcopus ſubſcripſi ✠. Ego Conradus Sabinenſis epiſcopus ſubſcripſi. Ego Albericus Hoſtienſis epiſcopus ſubſcripſi. Ego Ymarus Tuſculanus epiſcopus ſubſcripſi. Ego Guido preſbyter cardinalis ſubſcripſi. Ego Hubaldus preſbyter cardinalis ſanctæ Anaſtaſiæ ſubſcripſi. Ego Bernardus preſbyter cardinalis ſubſcripſi. Ego Oddo diaconus cardinalis ſubſcripſi. Ego Damianus diaconus ſubſcripſi. 2 Nicolai in carcere Tulliani ſubſcripſi: datum Viterbii per manum Guidonis ſanctæ Romanæ eccleſiæ diaconi cardinalis & cancellarii decimo ſexto Kalendarum Januarii, indictione decima; Incarnationis dominicæ milleſimo centeſimo quadrageſimo ſexto; Pontificatus vero domini Eugenii III. papæ anno ſecundo.

EODEM tempore per eundem papam idem abbas Martinus terras, quæ ad ſacriſtiam pertinent, ſive quæ antea fuerant, ſive quæ ipſe auxerat, vel decimas, vel ſervitia plurimorum, & domus, per privilegium ita confirmavit.

EUGENIUS epiſcopus ſervus ſervorum Dei; Dilecto filio Mar-

1 Teſtium nomina omittunt S. & W. 2 Ita MS.

tino

3

tino Burgenſi abbati, ejuſque fratribus tam præſentibus quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum. Quotiens illud a nobis petitur, quod religioni & honeſtati convenire dinoſcitur, animo nos decet libenti concedere, & petentium deſideriis congruum impertiri ſuffragium. Ea propter dilecte in Domino fili Martine abbas, quoniam per multos labores apoſtolorum limina, & noſtram præſentiam devotione debita viſitaſti, tuis & fratrum tuorum juſtis poſtulationibus clementer annuimus, & ea, quæ de jure veſtro ſacriſtiæ veſtri monaſterii devotionis intuitu rationabili providentia conceſſiſtis, & nos concedimus, & præſentis ſcripti pagina confirmamus. In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. Capellas parochiæ de Burch, de Torp, de Paſtun, Oxneya, eccleſias de 1 Kateringa, de Wermingtun. 2 De eccleſia de Undele unam marcam argenti. De eccleſia de Bernak decem ſolidos. De Marham decem ſolidos. De terra de Graham unam marcam. De Hirtlingburch, de Aldewincle, & de Stanwigge duas partes decimæ dominii. De Thornhage & de Witering duas partes decimæ dominii Galfridi de ſancto Medardo. Duas partes decimæ Rogeri de Torpel, Yvonis de Gunnetorp, Galfridi Fawel, Aſcelini de Tot, Roberti Peverel, Turoldi de Miltun, Hugonis de Gimiges, Guidonis Malfet, Willelmi de Cloptune, Martini de Pappele, Rogeri de Wodecroft, Gilberti de Bernake, Galfridi filii Suein, Radulfi de Glinton, Ricardi 3 Salide de Badinton, Roberti de Wauton, Roberti de Wodecroft. De ſoca de Glinton, & totam decimam dominii Gilberti clerici de Uffewrthe. De Alurico de Witheringtun duos ſolidos, de Ansfrido de Turlebi duodecim denarios, de Odone de Witheringtun duodecim denarios, Pileſgate cum ſoca, eccleſiam de Caſtre cum capellis & decimis & terris & omnibus ad eam pertinentibus, terram Alſuarti de Burch, & quindecim acras juxta grangias abbatis de Burch. Paludes de 4 Wodehithe uſque ad Lawe, terram Godrici Lefled in 5 Huntendon, ſervitium Alurici Cementarii; 6 Ælredi Sutoris, Gualteri Anglici, 7 Lefwini Carpentarii, Godwinicarlet, Sinodi 8 Foci, Alurici, Normanni ſecretarii. De Roberto de Wodecroft ſeptem

---

1 Caſtere W. Catere. C. at S. Keteringa recte. 2 hic S. addit, *de Peykircha*
3 & Selide de Badingtona S. fol. 100. 4 Wudehyda S. 5 Huntendone
6 Egelredi S. 7 Leawini S. 8 Coci. S. Synothi Coci W.

ſolidos

ſolidos pro una manſura in Burch, & pro terra quam tenet in ſoca de Glintun, & pro terra, quam Bonde tenet in Peikirke duos ſolidos. Terram quæ fuit Litlebrandi in Burch, & duas domos, quas tenet 1 Wlricus ſacerdos. De 2 Radulfo de la Mare unoquoque anno decem ſolidos, quinque autem in Dominica Ramorum Palmarum ad celebrandum anniverſarium domini Turoldi abbatis, quinque vero ad feſtivitatem ſancti Michaelis pro anima uxoris ſuæ. De Guidone de Miltun quinque ſolidos. Hæc privilegia & munitiones abbas Martinus Romæ adquiſivit. Et quia ſtylus noſter adhuc in hiis eſt, nullus ergo rex, vel princeps, ſeu quælibet perſona potens eccleſiaſtica, vel ſæcularis, hæc eadem bona ab officio ſacriſtiæ temere removere, auferre, rétinere, minuere, ſeu quibuſlibet moleſtiis fatigare præſumat. Sed ſiquid ibi mutandum, augendum, vel minuendum fuerit, abbatis & communi fratrum, vel ſanioris partis conſilio & aſſenſu fiat. Siquis autem contra hujus noſtræ conſtitutionis paginam ſciens temere venire præſumpſerit, a ſacratiſſimo corpore ac ſanguine Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti alienus fiat, atque in extremo examine diſtrictæ ultioni ſubjaceat, Amen, Amen, Amen. 3 Eugenio cæteriſque prænominatis ſubſcribentibus. Datum Viterbii per manum Guidonis ſanctæ Romanæ eccleſiæ diaconi cardinalis & cancellarii 4 decimo tertio Kalendarum Januarii, indictione decima, incarnationis dominicæ anno milleſimo centeſimo quadrageſimo ſexto, pontificatus vero domini Eugenii III. papæ anno ſecundo.

REGRESSO autem abbate Martino; a Roma ſuſceptus eſt cum magno gaudio & honore a toto conventu. Reliquerat enim in loco ſuo, cum profecturus eſſet, ſapientem & providum priorem ſcilicet domus nomine dominum Ricardum, qui omnia neceſſaria intus & foris ſapienter & prudenter diſpoſuit & providit, & debita adquietavit.

---

1 Alfricus S. 2 Omnia uſque ad, *nullus ergo rex* deſiderantur in S. 3 ſequentia etiam uſque ad, *Regreſſo autem*, non comparent in S. 4 XVI. Wh. fol. 161. b.

Qualiter

## Qualiter Ricardus prior Burgi electus eſt in abbatem Wytebi.

Evenit autem non poſt multum temporis poſtquam abbas reverſus eſt, ut monaſterium de Witebi paſtore careret. Abbas enim Benedictus ejuſdem eccleſiæ pro quibuſdam certis cauſis ab archiepiſcopo & a ſe ipſo depoſitus erat: Qui, cum aliquamdiu fratres eccleſiæ in eligendo paſtore fluctuarent, propoſuit eis prædictus Henricus archiepiſcopus ex tribus perſonis unum eligendum, aut Ricardum 1 priorem Burgenſium, aut unum ex duobus monachis de ſancto Albano. Et cum monachi inde multum tractarent, & invicem, quem eligerent ex hiis, hæſitarent, quadam nocte puerulo monacho ipſius monaſterii per viſum oſtenſum eſt, & a Domino per hos verſus dictum . . . . . . . Qui cum mane coram omnibus, quod 2 vidit, & quod audierit, recitaret; omnes uno ore benedicebant Dominum, qui linguas infantium facit diſertas, & ex ore infantis perfecit laudem, illum eligendum dicebant, illum requirendum, illum ſine mora patrem & paſtorem accipiendum ſine contradictione omnes acclamabant, quem Dominus demonſtraverat ſcilicet dominum Ricardum priorem de eccleſia ſancti Petri de Burch; & continuo mittentes ad ſupradictum archiepiſcopum, electionem ſuam illi intimaverunt. At ille mirari & non credere ſe dixit quod tam honorabilem & religioſam perſonam vellent eligere. Illi autem in petitione & electione ſua perſeverantes petierunt, ut literas deprecatorias ad dominum Martinum abbatem Burgi & ad conventum ejuſdem eccleſiæ quam citius deſtinaret, quod & fecit; ſed & conventus Witebienſis eccleſiæ literas cum humillima prece ad eundem abbatem & ad conventum miſit; ad ipſum quoque priorem ſimiliter humillimas & deprecatorias & exhortatorias literas idem conventus cum plurimis honorabilibus perſonis, qui has literas & hanc legationem perfecerunt, miſit. Abbas autem Martinus & omnis conventus hoc audito valde contriſtati ſunt, nolentesque ejus præſentia carere, diu reſti-

1 de Kirkely Wh. 2 viderit Wh.

terunt, quia omnis ſpes illorum in eo erat. Sed tamen tandem ratione & precibus victi, volentes nolenteſque quamvis inviti conſenſerunt, & eum honorabiliter cum aliquibus ex ſuis fratribus & cum eiſdem legatis miſerunt. Illuc autem veniens non eſt noſtræ parvitatis explanare cum quanto ſuſceptus ſit gaudio. Occurrunt ei non ſolum monachi ornati cum proceſſione maxima, ſed etiam canonici & clerici, laici quoque nobiles & ignobiles omnes gratulantes & Deum laudantes. Affuerunt etiam archidiaconi & legati archiepiſcopi, qui eum in ſede abbatis locaverunt, & curam animarum ei commiſerunt. Et facta eſt ei lætitia magna, quia lux magna poſt tenebras eis orta eſt, & ſalus poſt ruinam & conſolatio poſt triſtitiam. Nec mirum; quia quocunque veniſſet & pauco tempore habitaſſet, quaſi omnes divitiæ illum ſequerentur, repente omnis locus habundantia replebatur. Unde factum eſt ut locus ille, qui ante adventum ejus erat pauperrimus, nunc fieret ditiſſimus, & ita reſtauravit ut opulentiſſimum redderet. Poſt hæc cum omnia bona illic adunaſſet & in pace aliquantulum degerent, permiſit eos Dominus, qui permiſit Job, aliquantulum temptari. Nam ſubito una die rex Norwagenſium in portu Witebienſium cum multis navibus applicuit, & omnia bona illorum diripuit, & intus & foris cuncta depopulatus eſt; & tamen nullum interfecit, ſed omnia quæcunque invenerat ſecum portans receſſit. Sicque factum eſt, ut qui ante per providentiam abbatis ditiſſimi erant, nunc pauperrimi facti ſunt, quia nihil omnino Norwagienſes reliquerant. Nec tamen deſperabant, quia abbas illos ſemper confortabat, & cum patientia Deo gratias agere, & in futurum melius ſperare docebat. Nec fide ſua fruſtratus eſt, quia omnia illi dupla, ſicut ſancto Job, reſtituta ſunt; ita ut in brevi tempore omnia bona habundarent. Et eſt idem abbas Ricardus in magna gloria, quia omnes eum diligunt in illa provincia pro dapſilitate ſua.

Abbas autem Martinus cum magno labore abbatiam ſuam in guerris tenuit, & omnes gravabant eum ita ut ſufferre non poſſet, ſed iterum mare transfretavit, & ibi aliquandiu per loca ſanctorum ivit. Tamen iterum reverſus honorifice quamvis cum labore abbatiam ſuam tenuit. Omnes enim eum pro honeſtate & ſanctitate ejus timebant & diligebant. Ipſe enim per viginti annos & ſex menſes & octo dies eccle-

ſiam

ſiam & abbatiam rexit quamvis cum magno labore ſicut diximus, & tamen monachis, & hoſpitibus, & omnibus aliis omnia neceſſaria habundantiſſime invenit, & in diebus ejus erat caritas magna in domo illa. In eccleſia & in aliis officinis & in pluribus locis ſemper operabatur, & portam monaſterii, & mercatum, & portum navium, & villam multo melius mutavit, & multa emendavit. Et quia in primordio ſuo aliquanta de theſauris per inſtinctionem diaboli, & per peſſimum conſilium acceperat; ad reſtauranda ipſa, vel ad faciendam eccleſiam, villam Pileſgatam & ſocam & multa in redditibus liberaliter conceſſit, & ſacriſtiam ditavit, & Romæ confirmavit, ſicut ſuperius demonſtravimus. Similiter & redditus cellerarii & camerarii affluenter augere & Romæ confirmare, ſi poſſet vivere, cogitaverat.

1 IGITUR idem abbas Martinus magnæ ſtrenuitatis vir aſſignavit villam de Pileſgate, & multos alios redditus in eccleſiis & terris ad opus ſacriſtiæ: ſcilicet,

De eccleſia de Keteringe, quadraginta ſolidos.
De eccleſia de Undele, viginti ſex ſolidos octo denarios.
De eccleſia de Wermingtone 2 marcam.
De eccleſia de Cotingham,
De eccleſia de Eſtone, tres ſolidos.
De eccleſia de Yrtlingburch, unam marcam.
De eccleſia ſancti Martini in Stanford, decem ſolidos.
De eccleſia de Tiningwelle, tres ſolidos & quatuor denarios.
De eccleſia de Peichirche, quindecim ſolidos.
De eccleſia de Caſtre, centum ſolidos.
De eccleſia de Stanwighe, 3 duas marcas.
De terra Walteri Anglici, decem ſolidos.
De terra Roberti de Wodecroft, ſeptem ſolidos.
Hamundus de Ludingtona, decem ſolidos.
Walterus de Glintona, duos ſolidos.
De Bonde de Peychirche, duos ſolidos.
De Waltero de 4 Wideringtona, duos ſolidos.
De terra Godrici de Huntingdon, duos ſolidos.
De Alardo preſbytero, duos ſolidos & octo denarios.

---

1 Swapham ſequentia a voce *Igitur* uſque ad *omnibus fuit* in margine poſuit, quæ Whit. more ſuo in textum tranſtulit. 2 XXVI ſol. VIII. d. W.
3 XX S. W. 4 Wetheringtone W.

De

De Ailredo Sutore, tres ſolidos.
Aſcelinus Spechel, duodecim denarios.
Gilbertus ſacriſta, duodecim denarios.
Euſtachius, tres ſolidos & quatuor denarios.
Edrich 1 Ghernun, duodecim denarios.
2 Walterus Ghernun, duodecim denarios.
Radulfus filius Henrici, duos ſolidos.
Aſcelinus Carpentarius, duos ſolidos.
Gervaſius Vitreator, ſexdecim denarios.
Synothus Cocus, quatuor ſolidos.
Reginaldus de Newerch, quatuor ſolidos.
Radulphus filius Africi, duodecim denarios.
David frater ejus, duodecim denarios.
Inthegallus, duodecim denarios.
Radulfus Capellanus, dimidiam marcam.
De terra magiſtri Alfrici, dimidiam marcam.

PLURA, quæ hic non ſunt ſubnotata, privilegiis Eugenii papæ corroboravit ad ſacriſtiam.

PRÆTEREA villam de Cotingham & de Eſtona cum pertinentiis ſuis de Willielmo Maledicto de Rochingham; & Yrtlingburch, & Stanwighe, & 3 LX ſolidos de Aldewincle reddendos annuatim de Hugone de Waltervilla; & 4 Pichteſle de Galfrido Ridel unde eccleſia noſtra per multum tempus pacis & Werræ prædictorum fortitudine nihil omnino habuerat, induſtria ſua & magno labore Deo & ſancto Petro revocavit.

MANERIA quoque de Colingham & de Fiſchartona cum ſuis pertinentiis ad veſtitum monachorum illis omnino libere conceſſit habere.

RELIQUIAS 5 item de refectorio in novam eccleſiam tranſtulit.

CONVENTUM quoque de viginti monachis augmentavit. Caſtellum 6 deſtruxit. Forum mutavit. Vineam plantavit. Duas domos ſcilicet cameram abbatis, & aulam ad familiam ædificavit. Unum pallium & ciphum argenteum dedit. De eccleſia de Fiſchertona quindecim ſolidos ad mandatum mona-

1 Gernun W. 2 *deſunt* W. 3 XL. W. 4 Pyhtiſlee W.
5 etiam W. 6 juxta eccleſiam W.

chorum in Paraſceve aſſignavit. Caritatem domus abundanter ſervavit, & pium exemplum religioſæ vitæ omnibus fuit.

TERRAS quas divites & potentes injuſte tenebant, illis vi abſtulit, ſicut de Willelmo [1] de Rokingham; Cotingham & Eſtun & membra eorum: & ſicut de Hugone de Walterwille, Stanewigge & Hirthingburch, & de Aldewincle [2] quinquaginta & novem ſolidos annuatim; & de canonicis de Lincolnia; Torp in Lindiſeia, habitis prius magnis placitis coram rege Stephano [3]. Galfrido quoque Ridel Pitheſleiam abſtulit, & multas alias per ſe & per monachos ſuos adquiſivit, monachos plurimos ad ſervitium Dei faciendum congregavit, & vineam plantavit, monachus enim ipſe religioſus & ſanctus erat, & ideo a Deo & hominibus diligebatur. Cum autem ille terminus appropinquaſſet de quo dictum eſt, " Conſtituiſti terminos ejus, " qui præteriri non poterunt, " Quos terminos nullus unquam præteriit vel præteribit, Dominica ante Natalem Domini idem abbas in lectum incidit & non multo poſt, heu proh dolor, quarto nonas Januarii vitam finivit & mortuus eſt; multum monachis mœrentibus, flentibus, & lugentibus, & patrem ſuum ſe perdidiſſe clamantibus.

## MCLV. Abbas Martinus primus obiit: Willelmus de Waterville ſucceſſit.

ALIO vero [4] poſt die undique concurrentibus provincialibus, & abbate de Rameſeia Waltero, multum honorifice officium celebrarunt, & ſepulturæ tradiderunt.

EODEM vero die, quo obiit, convenit omnis congregatio in unum, ut quempiam ex ſuis eligerent, qui eis pater & paſtor atque cuſtos eſſet, ne propter moram aliquis extraneus per pecuniam ſe inmitteret, & eis dominaretur, & fierent eis noviſſima pejora prioribus. Quid multa? egerunt ſapienter

1 Maledicto additur ab S. W. & *Chr. Sax.* 2 LX. *Chr. Sax.* 3 qui cito poſt obiit ſcilicet anno Domini MCLIV. cui ſucceſſit in regnum Henricus filius imperatricis. *Whit. ex* margine Swaphami.

4 Anno Domini MCLV. & anno regni regis Henrici filii Matildæ imperatricis ſecundo, Martinus de Bek abbas Burgi obiit; eodem vero die Willelmus de Waterville monachus Burgi electus eſt in abbatem ejuſdem loci. *Margo* Walteri de Whitleſey.

& elegerunt ex ſe duodecim ſeniores & ſapientes, qui electionem iſtam ſecundum Dominum in ſecreto facerent, quoniam in multitudine non potuiſſent in id facile acconcordare: Ita tamen hanc electionem agerent, ut primitus ſuper ſanctum Evangelium & ſuper ſacroſanctas reliquias jurarent quod non propter amorem, nec propter odium aliquem eligerent, ſed ſecundum Dominum & ſapientiæ doctrinam, & qui bene poſſet regere abbatiam, intus & foris; quod & fecerunt. Primus Hugo ſenior omnium hoc ſacramentum fecit, & ſecundum quod ipſe juraverat, omnes ipſi duodecim electi ex ſuis partibus ipſum ſacramentum tenendum juraverunt. Cum autem hoc factum eſſet per præceptum capituli, ſurrexit prior & pro ſe & pro omni conventu juravit quod, quemcunque eligerent, ipſi ſine dubio acciperent. Hiis expletis ipſi duodecim ex capitulo exierunt & cameram abbatis intraverunt, prior autem & qui in capitulo remanſerant, ſeptem pſalmos cantabant & Domino ſupplicabant, ut eis gratiam Sancti Spiritus dirigeret. Idem & ipſi duodecim "Veni creator Spiritus & orationem cantabant & poſtea ad invicem conferebant. Quidam enim ex eis volebant, ut ſeniores coram cunctis nominarent, quod non prodeſſet, ſed tandem ſaniori uſi conſilio elegerunt unum providum & ſapientem & ſeniorem ex ſe ſcilicet ſupradictum Hugonem, qui conſilium & confeſſionem ſingulorum privatim audiret, ſecundum quod eis Deus inſpiraret. Cumque omnes ſingulatim & privatim dixiſſent, ipſe cum ad eos veniſſet, interrogavit ſi vellent omnium ſententias ſingulatim audire. At illi non permiſerunt hoc fieri, ſed plurimorum & ſaniorum conſilia diceret. At ille intimavit pene omnium ſententias in hoc eſſe prolatas, ut Willelmum de Waterville ſe abbatem & paſtorem habere gauderent; & ſi aliquis contradicere vellet, liberam adhuc haberet facultatem. Quod audientes non ſolum non contradixerunt, ſed omnes ad hoc concordati ſunt. Sicque capitulum ad confratres intrantes expoſuerunt electionem ſuam quomodo ſibi pariter ad invicem complacuit. Quo audito omnes in commune Dominum laudaverunt & benedixerunt. Deinde Waltero abbati de Rameſeie electionis eorum obſervantiam rite expoſuerunt; quam quidem ipſe plurimum approbavit. Porro in craſtino expletis obſequiis defuncti abbatis, Reinaldus prior, & Hugo Spiritus cum electo Willelmo domini regis Henrici curiam adierunt.

Igitur

3

Igitur regem, & archiepiſcopum Tebaldum, & nonnullos barones apud Oxenefordiam invenientes, domino regi 1 & archiepiſcopo Martini abbatis obitum expoſuerunt. Super cujus mortem rex & 2 archiepiſcopus, & cæteri divitum & pauperum valde doluerunt. Denique monachi a rege expoſtulaverunt, ut eis electionem ſuam concederet. Rex vero ab eis requiſivit, ſiquem ex fratribus eccleſiæ ſibi in abbatem elegiſſent. Cui monachi protinus præſentaverunt Willelmum de Waterville quondam clericum ſuum, poſtulantes obnixe, ut ſibi ipſum, ſi regiæ majeſtati placeret, in abbatem concederet. Rex autem per archiepiſcopum Tebaldum illos percunctari fecit, ſi fratres ejus electioni concorditer adquieviſſent vel reſtitiſſent. Acclamantibus ſiquidem monachis & fatentibus totum conventum pariter electionem feciſſe, rex eis condeſcendit, & ſic abbatiam prædicto Willelmo donando carta ſua corroboravit.

POST hæc oratione facta & Te Deum percantato abbas domino regi homagium & legalitatem fecit. Deinde Robertum epiſcopum Lincolniæ ſuper benedictionem ſuam convenit, qui ei diem & locum præfigens, benedictionis ſuæ gratiam ei benigne contulit. Itaque benedictione percepta primo die dominica 3 quadrageſimæ cum magna proceſſione tam abbatum, & monachorum, & clericorum, quam laicorum, a conventu in propria ſede Burgi ſuſceptus eſt. Ibi ſiquidem interfuit archidiaconus W. Norhampton ex parte Roberti epiſcopi, cum aliis clericis, qui ei curam animarum commendaverunt; ſicque diem illum in magna lætitia & exultatione duxerunt. Igitur in proximo capite jejunii per abbatiam ſtatim bladum defecit, unde ab eodem termino dominus abbas incepit & perſeveravit emere bladum, & braſium, & præbendam, & fabas, carnem & caſeum, vinum & omnia neceſſaria uſque ad feſtum beati Bartholomæi. Quod fieri non potuit niſi per magnam expenſam. Præterea univerſa debita dompni Martini abbatis adquietavit uſque ad trecentas marcas argenti, præter ſexaginta marcas de uſura, quas dominus rex per induſtriam abbatis præcepit condonari. Præterea recuperavit feodum & ſervitium Gaufridi de la Mare conſtabularii

1 Roberto archidiacono S. & W. 2 archidiaconus W.
3 ſexageſimæ S. W.

per

per centum marcas quas dedit regi. Pro confirmatione vero novem militum, quos comes Symon tenuerat, centum marcas dedit regi.

## De prioratu de Stanford.

EODEM tempore apud Stanfordiam quendam prioratum ſanctimonialium fecit in honore Dei & beati Michaelis, fundavit & ædificavit eccleſiam, in qua uſque ad quadraginta ſanctimoniales in religione & ſanctimonio regulariter viventes congregavit; unde ad cantariam Burgi per annuam recognitionem, dimidiam marcam argenti de cœnobio ſuo; & de eccleſia beati Martini, quam idem abbas adquiſivit, decem ſolidos ſacriſtiæ reddunt. Apud Londoniam vero quandam terram emit perpetuo ad opus abbatiæ, quæ annua penſione valet marcam argenti. In 1 Hyrligburch ſiquidem duas virgatas terræ ad opus abbatiæ perquiſivit, apud Haregrave quandam terram, quæ annuatim reddit quatuor ſolidos per pecuniam recuperavit. In Eſtona emit de Wardede decem acras terræ arabilis & decem acras prati. Quendam etiam Boſcum valde utilem apud Caſtre emit. Perquiſivit ſiquidem quandam terram in Wermigtun, quæ ſingulis annis valet 2 quatuor marcas & terram Yvonis de Gunnetorp apud Stokes, & ſervitium hominum ipſius apud Ettonam & Gunnetorp & Paſtonam in vadimonium accepit, donec accipiat abbatia inde ſexaginta marcas. Plane quoddam molendinum apud Suttonam adquiſivit quod annuatim reddit quinquaginta ſolidos, & conceſſit & aſſignavit infirmis monachis. Quandam etiam terram apud Cantebrigiam adquiſivit, quæ quatuor ſolidos annuatim valet. In Waltona decem acras peroptimæ terræ adquiſivit, & totam villam citra pontem de Stanford; & ultra pontem quatuordecim manſiones, a quodam milite, qui hæreditarie clamabat, per pecuniam redemit, & tenuit in dominio abbatiæ. De eccleſia de Paſtun decem ſolidos annuatim, & tertiam partem decimæ totius parochiæ, & eleemoſynario adquiſivit & conceſſit. Redditus eccleſiæ de Peikirke, de tribus

1 Hirlenburg S. Irlingburch W. 2 Tres S. W.

ad quindecim ſolidos accrevit. Itaque de eccleſia de Caſtra de una marca ad centum ſolidos augmentum fecit. Siquidem de eccleſia de 1 Wermingtun de viginti ſolidis uſque ad duas marcas accrevit. Porro de capella iſtius villæ 2 omnes garbas decimæ, & duas partes totius oblationis & parvæ decimæ, & primam diviſionem mortuorum, & capellanum capellæ, clavem monaſterii annuatim inter tertiam in die beati Michaelis ſuper altare ponere in recognitionem ſtatuit, & ſacriſtiæ aſſignavit, confirmavit, & carta ſua corroboravit. In ſuo etiam tempore ambæ cruces eccleſiæ, & tres 3 hyſtoriæ magiſtræ turris erectæ ſunt; chorus ordinatus & domus infirmorum conſtructa eſt; & clauſtrum, & officinæ neceſſariæ & clauſtrum monachorum plumbo coopertum eſt; & in curia, cameram, & capellam, & officinas fecit; & capellam ſancti Thomæ 4 incepit & fundavit; redditus 5 fori & villæ Burgi ultra quindecim marcas auxit; per maneria utiles officinas conſtruxit. Caſulam unam peroptimam, & unam mediocrem, & unum veſtimentum nobile, & unum mediocre, & unam tunicam optimam eccleſiæ dedit. Præterea duo pallia pendentia, & tria alia ad operienda altaria, & unum tapetum nobile emit; & plura bona fecit, & feciſſet majora, niſi præpeditus eſſet magnis infortuniis & perturbationibus, quas tum a domeſticis falſis, tum a divitibus hominibus ſæpius ſuſtinuit. Plane a domino rege Henrico & ab archiepiſcopis videlicet Tebaldo & ſancto Thoma, & Ricardo, propter ineptas accuſationes expoſitus multotiens ad gravandum & ad deponendum. Tandem per iram & adquiſitionem regis, a R. 6 archiepiſcopo in capitulo Burgi coram multitudine abbatum & monachorum, non victus neque confeſſus ab aliquo de aliquo crimine, ſed tantum clam a monachis ad ipſum archiepiſcopum accuſatus 7 viceſimo primo.

---

1 Werminton S. Wermingtone W. 2 ſcilicet ſancti Johannis in Burgo W. 3 yſtoriæ S. W. i. e. contignationes vel ſtegæ. 4 martyris W. *addit.* 5 furni W. 6 a Roberto archidiacono S. a Ricardum archiepiſcopum W. *perperam.* 7 Anno viceſimo primo prælationis ejus depoſitus eſt, S.

Anno prælationis ejus viceſimo primo & ab incarnatione Domini milleſimo centeſimo ſeptuageſimo quinto depoſitus eſt Willelmus. In ejus diebus anno ab incarnatione Domini milleſimo centeſimo ſeptuageſimo Henricus filius regis Henrici ſecundi inunctus eſt in regem Angliæ, qui dictus eſt tertius. *ex textu* Wh.

ANNO Domini milleſimo centeſimo ſeptuageſimo quinto & anno regis Henrici filii imperatricis viceſimo ſecundo Willelmus de Waterville abbas Burgi depoſitus eſt per Ricardum archiepiſcopum Cantuariæ.

ABBATIA de Burgo ſancti Petri curæ cancellarii & cuſtodiæ traditur: Sicut archiepiſcopatus & epiſcopatus, & etiam vacantes abbatiæ ſolent, ut patet in vita ſancti Thomæ martyris. Eodem tempore rex habuit vacationem per duos annos.

ANNO Domini milleſimo centeſimo ſeptuageſimo ſeptimo & anno regni regis Henrici filii imperatricis, qui dicitur Henricus ſecundus, viceſimo quarto monachi de Burgo ſancti Petri, qui Wintoniam pro electione facienda venerant, per mandatum domini regis in capella ſua, Benedictum priorem eccleſiæ Chriſti Cantuariæ pro voluntate regis elegerunt. *Margo interior Codicis W.*




Vide Pag 53 &c. supra

ANNO Domini milleſimo centeſimo ſeptuageſimo quinto & anno regis Henrici filii imperatricis viceſimo ſecundo Willelmus de Waterville abbas noſter depoſitus eſt per Ricardum archiepiſcopum C[illegible]

A[illegible] de B[illegible] curæ cancellarii & cuſtodia traditur: Sicut [illegible] & epiſcopatus, & etiam vacantes abbatiæ [illegible] in vita ſancti Thomæ martyris. Eodem tempore [illegible] vacationem per duos annos.

ANNO Domini mil[illegible] centeſimo ſeptuageſimo ſeptimo & anno regni regis [illegible] filii imperatricis, qui dicitur Henricus ſecundus, viceſimo quarto [illegible] de Burgo [illegible] per [illegible]

# ROBERTI SWAPHAMI

# HISTORIA

# Coenobii Burgenſis.

## De abbate Benedicto & ejus actibus.

VENERABILIS abbas Burgi Benedictus, eccleſiæ Chriſti Cantuariæ prior extitit magnificus, & monachus profeſſus, & bene dictus eſt Benedictus, quia plurimarum gratiarum benedictionem dedit illi Dominus. Erat enim literarum ſcientia ſatis imbutus; regulari diſciplina optime inſtructus; ſapientia ſeculari pleniſſime eruditus. Hic electus eſt abbas Burgi, apud Wintoniam poſt depoſitionem ab-

batis Willielmi: Et ſtatim poſt ſuſceptam curam animarum cœpit in eccleſia ſua malas conſuetudines, & exordinationum fomenta ſecundum poſſe ſuum prudenter extirpare, & rigorem regularis diſciplinæ, ſicut paſtor bonus, ſapienter plantare. 1 Poſt ea vero extendit manum ſuam ad liberandam eccleſiam ſuam de debito prædeceſſoris ſui abbatis Willielmi: Cui Romani & in Anglia multi exigebant plus quam mille & quingentas marcas. Inſuper & ornamenta eccleſiæ erant per diverſa loca diſperſa, & invadiata; unde vir venerabilis nimium gravabatur, in tantum ut cum uno ſolo monacho prægravaminis dolore apud Cantuariam per multos dies moratus eſt. Vix tandem liberatus, non ſine gravi labore, a tali demanda, & vexatione, dedit animum ſuum meditationi ſcripturarum; unum compoſuit egregium volumen de paſſione & miraculis ſancti Thomæ; & hiſtoriam ſtudens 2 livor totam fecit; totam dico, quia dictamen cantu excellenter inſignivit.

## De libris ejus.

PLURIMOS quoque libros 3 ſcribere fecit, quorum nomina ſubnotantur. Vetus & novum teſtamentum in uno volumine. Item vetus & novum teſtamentum in uno 4 volumine. Quinque libri Moyſi gloſati in uno volumine; ſexdecim prophetæ gloſati in uno volumine; duodecim minores gloſati prophetæ in uno volumine. Liber regum gloſatus, paralipomenon gloſatus, Job, Parabolæ Salomonis & Eccleſiaſtes, Cantica Canticorum, gloſati in uno volumine. Liber Eccleſiaſticus, & liber Sapientiæ gloſatus in uno volumine. Tobyas, Judith, Eſter, & Eſdras, gloſati, in uno volumine. Liber Judicum gloſatus. Scholaſtica hyſtoria. Pſalterium gloſatum. Item non gloſatum. Item pſalterium. Quatuor evangelia gloſata in uno volumine; item Matthæus & Marcus in uno volumine. Johannes & Lucas in uno volumine. Epiſtolæ Pauli gloſatæ, Apocalypſis, & epiſtolæ canonicæ gloſatæ, in uno volumine. Sententiæ Petri Lumbardi. Item ſententiæ ejuſdem. Sermones Bernardi abbatis Clarevallenſis; decreta Gratiani. Item decreta Gratiani. Summa Ruffini de decretis. Summa Johannis

1 MCLXXXIV. Henricus rex Henrici filii obiit ante patrem ſuum S.
2 *ſic* S. & W. 3 *Ita* MSS. 4 omiſit W.

Faguntini

Faguntini de decretis. Decretales epiſtolæ. Item decretales epiſtolæ. Item decretales epiſtolæ cum ſumma ſic incipiente; Olim. Inſtitutiones 1 Juſtiniani, cum autenticis & inſortiato. Digeſtum vetus. Tres partes cum digeſto novo. Summa Placentini. Totum corpus juris in duobus voluminibus. 2 Ariſmetica. Epiſtolæ Senecæ cum aliis Senecis in uno volumine. Martialis totus & Terentius in uno volumine. Morale dogma philoſophorum. Geſta Alexandri & liber Claudii & Claudiani. Summa Petri Helyæ de Grammatica, cum multis aliis rebus in uno volumine.

GESTA regis Henrici ſecundi & genealogia ejus. Interpretationes Hebraicorum nominum. Libellus de incarnatione Verbi. Liber Bernardi abbatis ad Eugenium papam. Miſſale. Vita ſancti Thomæ Martyris. Miracula ejuſdem in quinque voluminibus. Liber Ricardi Plutonis, qui dicitur, Unde malum. Meditationes Anſelmi. Practica Bartholomæi cum multis aliis rebus in uno volumine. Ars Phyſicæ Pantegni, & practica ipſius in uno volumine. Almaſor & Diaſcorides de virtutibus herbarum. Liber Dinamidiorum & aliorum multorum in uno volumine. Libellus de compoto.

## De ædificatione eccleſiæ.

DEINDE amator domus Dei, ædificavit totam navem eccleſiæ, opere lapideo, & ligneo, a turre chori uſque ad frontem: & pulpitum ſimiliter ædificavit. Et poſt ædificatam eccleſiam; eccleſiæ jura, quo diſperſa erant, conatus eſt congregare; memor voti ſui diſperſa congregare, & congregata conſervare. Hic itaque ædificavit Novum Locum qui fuit purreſtura per Fulconem de Lyſurs, qui fuit capitalis foreſtarius, ſuper manerium ſuum de Undele; quem dirationavit per placitum, contra Willelmum de Lyſurs. Et omnia quæ ad Novum Locum pertinent, ſcilicet, novem carrucatas terræ arabilis, cum boſcis, ſcilicet, Sywardeſhawe, & Frendeſhawe; & omnia quæ de jure pertinebant ad eccleſiam Burgi in partibus illis viriliter retinuit; vel placitis, aut armis juſte re-

1 MS. Juſticiani. 2 Ariſmetica. Sw.

cuperavit:

cuperavit: nam armatum illum multi viderunt in illa adquiſitione. Item hic adquiſivit quandam terram de abbate & conventu de Berlinges in territorio de Fiſkertune, quæ vocatur Halebode, ſicut patet in perambulatione de eodem: unde abbas reddidit conventui quadraginta ſolidos per annum ad anniverſarium ejus faciendum.

Ipse item adquiſivit eleemoſynariæ villam de Suttone de Thoroldo milite: Et terram, quam eleemoſynarius habet in Cloptune; ſcilicet unam carrucatam verſus Willielmum Dacum, & Thomam de Hotot: & viginti ſolidos de redditu ibidem: & eccleſiam de Makeſheye, quam dirationavit verſus Rogerum de Torpel: & decimas de Paſtune: & eccleſiam de Normaneby per conceſſionem comitis Willelmi de Romare, ſic ut patet in cartis ejuſdem comitis, & in compoſitione inter eccleſiam de Burgo, & eccleſiam de Spaldingie; de qua habet eleemoſynarius decem marcas per annum, per diſpoſitionem Hugonis Lincolnienſis epiſcopi & capituli ejuſdem loci. Item ipſe liberavit villas de Alwaltone, & Flettune a ſecta hundredi de Northmannecros; unde viginti ſolidi adlocantur abbati de Thorney, quolibet anno de firma ſua; qui tenet prædictum hundredum ad firmam de rege propter prædictas villas.

## De donis Benedicti abbatis.

ET licet non minimum laboraſſet in redditibus, & libertatibus adquirendis; tamen domum Dei ſui pretioſis ornamentis inceſſanter ſtuduit decorare: unde ut ejus memoria in æterna benedictione permaneat, dedit tria pallia optima pendentia, & ſex caſulas optimas; unam ſcilicet brunam de tenui purpura, & opere ſubtili pretioſam; alteram colore indico optimam; tertiam de rubeo Samiit bonam; quartam cum clavibus; quintam viridi, ſimul & aliis coloribus variatam; & unam Dalmaticam de eodem panno; omnes lato & claro aurifragio optime ligatas: ſextam de nigro panno principalem, cum aureis arboribus ante & retro, lapidibus pretioſis a ſummo uſque deorſum plenam.

Item ipſe dedit quatuor cappas; duas videlicet principales cum liſtis; & duas alias albo & rubro ſerico contextas; ſatis bonas. Et ipſe dedit tres albas de ſerico optime bruſdatas

datas cum rubris paraturis: quarum una habet in paraturis leopardos cum ruellis; & altera ſcalas ſancti Jacobi, leonibus interpoſitis; & tertia leunculos floribus interpoſitis: & duas albas de capitulo; & quinque albas lineas, quæ computantur inter 1 brusdatas; & Dalmaticam, & tunicam pene glaucam optimam; & alteram Dalmaticam, de qua ſuperius dictum eſt. Et ſtolam principalem colore violetico cum 2 riſantiis: & tria ſcrinia eburnea majora, & tria minora. Et duas pyxides eburneas, cum reliquiis ſanctorum plurimorum. Et ipſe adquiſivit plurimas reliquias de ſancto Thoma, ſcilicet camiſiam ejus, & ſuperpellicium; & de ſanguine ejus maximam quantitatem in duobus cryſtallinis vaſis: & duo altaria de lapidibus, ſuper quos ſanctus martyr occubuit: & unum altare de ſepulcro ſanctæ Mariæ, argento ornatum & dedicatum. Et ipſe dedit quoddam vas de Eſmal, in quo portatur aqua benedicta: & fecit 3 parare magnum candelabrum cerei paſchalis.

In ædificiis quoque & domibus ædificandis erat valde ſtrenuus, & ſemper intentus. Ipſe itaque erexit magnam portam exteriorem, & deſuper capellam ſancti Nicolai; & capellam ſancti Thomæ & hoſpitale ejuſdem: & magnam aulam cum omnibus diverſoriis ſuis; & illud mirificum opus juxta Bracinum incepit, ſed morte præventus conſummare non potuit.

Erat autem abbatia in diebus ejus omnibus bonis repleta; in conventu gaudium & pax; in domo ejus nobilitas & patientia & exultatio; inter miniſtros officinarum jocunditas & lætitia; ciborum & potuum maxima fertilitas; & ad portam ſine murmuratione hoſpitum & peregrinorum læta ſuſceptio.

Ipse vero abbas Benedictus dedit eleemoſynariæ Burgi unam virgatam terræ, quam emit de Roberto Gargat in Wermington, ſicut cartæ ejuſdem Roberti inde confectæ teſtantur. Idem etiam dedit redditum decem ſolidorum dictæ eleemoſynariæ in Suthorp de feodo Galfridi filii Galfridi de induſtria ipſius perquiſitum. Inſuper revocavit terram & pratum in Goſberkirke, quod Lambertus de Ypetoft miles diu injuſte occu-

1 *Hic & alibi* brudatas W. 2 Biſantiis *mallem cum* W. 3 Ita MS.

paverat. Item magna induſtria revocavit theſauros eccleſiæ ſuæ per abbatem Willielmum prædeceſſorem ſuum alienatos: ſcilicet vaſa aurea & argentea & veſtimenta ſerica, quæ Petrus filius Adæ diutius tenuerat ut pignus.

ITEM totam abbatiam Burgi, omnibus libertatibus in cartis regis Ricardi contentis, tam verſus vicecomites de terris, quam verſus foreſtarios de boſcis ad dictam abbatiam pertinentibus, prudenter & excellenter munivit. Et ſexcentas acras de eſſartis; ſcilicet quadringentas in manerio de Undele apud Novum Locum 1, & ducentas in Naſſo Burgi, in perpetuum quietas eccleſiæ ſuæ perquiſivit per cartas ejuſdem regis; una cum omnibus aliis libertatibus in cartis dicti regis evidenter expreſſis. Erat enim dicto regi valde ſpecialis amicus & familiaris: in tantum ut ipſum dictus rex patrem ſuum vocare ſolebat. Inſuper dum in tranſmarinis partibus dictus rex exercitum ſuum duceret, & bella plurima moviſſet; fuit idem abbas Willielmi Elienſis epiſcopi, & dicti regis cancellarii & regni Angliæ cuſtodis, coadjutor & conſiliarius; cujus auxilio & conſilio, & dicti regis favore omnes libertates in cartis prædicti regis contentas inpetravit.

FERTUR etenim, quod cum dictus rex a duce de Oſtriz caperetur in Alemannia, per conſilium hujus abbatis prudenter redemptus fuit. Nam cum idem dux pro redemptione dicti regis quandam turrim plenam argenti poſtulaſſet inſtanter: a dicto rege & ab omnibus ſuis dubitatum eſt, ubi & unde tantus theſaurus poſſet perquiri: Ita quod plures de majoribus Angliæ dictum regem conſulerent, ut decem de melioribus civitatibus ſuis venderet, & inde redemptionem haberet: quod audiens abbas prædictus corde & corpore quam plurimum anguſtiabatur.

ET cogitans apud ſe de dampno & dedecore dicti regis, ſi ita fieret: coram prædicto epiſcopo & cancellario, & quibuſdam aliis magnatibus Angliæ, quod ſibi Dominus inſpiraverat, humiliter & manſuete oſtendit. Videlicet, quod univerſæ calices regni Angliæ appretiarentur, & pretium earum in unum colligeretur, & pro redemptione dicti regis ſine gravamine alicujus ſolveretur. Quod conſilium ab univerſis & ſingulis approbatum & confirmatum eſt. Unde a dicto rege

1 Nunc Bigginge vocatur. *W. a manu recenti & ſupra lineam.*

&

& omnibus ſuis tanquam pater bonus, & amicus fideliſſimus in poſterum diligebatur 1.

SIQUIDEM idem abbas magnis ſumptibus & laboribus immenſis diſrationavit in curia domini regis Henrici, quod milites honoris Burgi non dabunt pro warda caſtelli de Rokingham tempore pacis niſi quatuor ſolidos de quolibet feodo militis, qui conſuevere magnis injuriis & exactionibus pro dicta warda fatigari. Quia ſemper ante dabant dimidium marcæ, & aliquando plus ſecundum voluntatem conſtabulariorum; ideoque contra tales exactiones dictos milites per cartam Ricardi regis prudenter munivit.

HIC poſt ſuſceptam abbatiam obiit anno decimo ſeptimo & anno Domini milleſimo centeſimo nonageſimo tertio in die ſancti Michaelis; cui concedat Dominus in terra viventium æternæ claritatis perpetuam manſionem. Amen.

## De Andrea abbate & ejus operibus.

ANDREAS natus ——— & monachus 2 iſtius loci profeſſus; & poſtea factus eſt prior: de priore electus in abbatem Burgi: vir magnæ religionis & auctoritatis & ætatis. Hic vir mitis & pacificus pacem & tranquillitatem in grege ſuo plantare, & perpetuo firmare cupiens, dedit coquinæ conventuali duas villas: ſc icet 3 Athelwoltone & Flettone, exceptis auxiliis ad feſtum ſancti Michaelis: quæ omnia abbas R. [i. e. Robertus] ſucceſſor ejus remiſit & dictæ coquinæ aſſignavit, ſicut in cartis ejuſdem Roberti continetur. Item hic comparavit quoddam pratum apud Pirihowe de Johanne Knivet de Suthwic, & aſſignavit a la Biginge, ſicut patet in carta ejuſdem Johannis infra. Item idem abbas poſtea dedit libere & ſolute & aſſignavit infirmis 4 fratribus: videlicet ad ſuſtentationem & recreationem eorundem, ſex marcas annuatim de Furno ville Burgi, ſicut patet in carta ſua inde confecta. Et duravit illud donum ad tempus abbatis Walteri; ſicut patet in geſtis ejuſdem abbatis Walteri. Poſtea aſſignatæ fuerunt prædictæ ſex Marcæ per prædictum

1 MCXCIV. Ricardus rex Angliæ rediit de Alemania, ubi a comite de Oſtrit captus fuit, & traditus imperatori de Ieroſolymis rediens. 2 Burgi W. 3 Alwaltone W. 4 Monachis W.

abbatem Walterum ad pitantiariam ad inveniendum vinum conventui, quantum ſufficere potuerunt. Sed poſtea per negligentiam pitantiariorum & inſufficientem reſponſionem, per conſilium & aſſenſum abbatis & conventus, prædictæ ſex marcæ aſſignatæ fuerunt in theſauro conventus ad uſus prædictos.

ITEM iſte Andreas primo aſſignavit quadraginta ſolidos de 1 Alebode ad anniverſarium abbatis Benedicti prædeceſſoris ſui: quam Alebode abbas Benedictus dirationavit contra canonicos de Berlinges, ſicut patet in cartis ejus: & duo molendina ventricia apud Paſtone: & ſex libras de Tinvelle per annum: & quadraginta ſolidos de Caſtre annuatim, ſicut patet per cartas.

MCXCIX. Ricardus rex Anglorum & Andreas abbas Burgi obierunt. *Hanc notam marginalem in textum ſuum tranſtulit Wh.*

## De abbate Akario & ejus factis.

ABBAS Akarius, qui fuerat prior eccleſiæ ſancti Albani, & monachus profeſſus, dedit magnam caſulam rubeam brusdatam, lato aurifragio & optimo pulcherrime ornatam; & unam cappam talem; & unam Dalmaticam & unam tunicam ejuſdem panni optime bruſdatam, & unam albam bruſdatam, cujus paratura violeticum habet colorem; & amitam & ſtolam cum manipulo ejuſdem coloris bruſdatam; & tria pallia pendentia, unum viride & aliud violeticum, ambo longa & ſtricta, & tertium varium; & pallium ad ponendum ſuper feretrum mortuorum; & unum pannum, qui pendet in eccleſia de opere Walteri Pikeler; & tria pallia altaris, quorum duo erant ad altare ſanctæ Mariæ: & aliud in diſpoſitione ſecretarii, & ampullas argenti, quæ furatæ fuerant, ad altare ſanctæ Mariæ; & bacinos argenti ad magnum altare.

ITEM ipſe fecit 3 parare unam capſam ad brachium ſancti Oſwaldi, de argento & auro, & lapidibus pretioſis opere pulcherrimo & ſubtiliſſimo.

1 Halebode W. 2 MCC. factus eſt abbas. 3 *Sic* MSS.

ITEM

ITEM ipſe aſſignavit decem ſolidos ad Pietantiam conventus, de uno meſuagio, quod ipſe emit in villa Burgi, quod & Willielmus Gernun tenuit. Ipſe item aſſignavit refectuario ſeptem ſolidos annuatim de hæredibus Gilberti de Bernak, pro tenemento in Cathweyt; antea vero invenit camerarius. Et ipſe dedit refectorio, duas cuppas optimas de 1 Mazaro cum magnis pedibus argenteis optime deauratis, & operculis pumulatis; quarum una geſtat in fundo tres reges munera Domino offerentes. Præterea ipſe dedit refectorio novem ciphos de 2 Mazaro magnos & novos, quos ipſe emit: & quatuor cultellos menſales cum manubriis eburneis.

ITEM ipſe aſſignavit Turleby camerario per cartam ſuam, unde habemus duodecim ſtragulas de ſancto Albano, & duodecim tunicas: Domum etiam, quam Ricardus Crocheman optulit ſancto Petro, quando factus eſt monachus, ſimiliter aſſignavit ei, quæ ſolebat reddere per annum dimidiam marcam. Item, hic, aliquando deficiente ſubſtantia cellerariæ, pavit conventum a feſtivitate ſancti Petri & Pauli uſque ad feſtum ſancti Andreæ; & fecit renovare molendinum de 3 Athelwaltone ad cuſtum ſuum, & colligere bladum & colere terras: & tunc cum blado anni illius incontaminato commiſit cellerariam Roberto de Norfolk in vigilia ſancti Andreæ. Item, hic, aliquando motus pietate, quod infirmi monachi non haberent ad recipiendum aeris ſolatium, non rogatus ſed ſponte dedit eis partem vineæ ſuæ, ubi Ricardus de Scotere fecit poſtea plantare gardinum. Item hic comparavit domos apud ſanctum Paulum Lundoniis pro ducentis quinquaginta & eo amplius marcis. Atque per diverſa loca maneriorum fecit parare aulas, cameras, & cætera ædificia. Scilicet; aulam de Scotere; aulam de Fiſkertone; aulam de Goſberchirch; aulam de Tynewelle; aulam de Irtlingburch, quam abbas Alexander poſtea tranſtulit: & domos de Stanewigge ædificare ipſe incepit.

ITEM ipſe dedit ducentas marcas regi Johanni pro carta de libertatibus; & acquietavit domum apud ſcakarium de mille marcis, & eo amplius, ſecundum dicta eorum, qui pacaverunt pecuniam, ſcilicet Thomam de Norfolk, & Galfridum

1 Murro W. 2 Murro W. 3 Alwaltone W.

Gibewine tunc ſeneſcallum. Hic item adquiſivit donationem eccleſiæ de 1 Piteſle per placitum, in curia domini regis Johannis, tempore perſecutionis, in principio ſcilicet generalis interdicti.

ITEM hic dirationavit mariſcum, qui eſt inter Sengleſholt & Croyland; unde habemus, ſingulis annis, pro recognitione dominii de abbate de Croyland, quatuor petras ceræ, quæ dividitur in cereis in ſingulis feſtivitatibus ſanctorum eccleſiæ noſtræ, ſicut ipſe conſtituit. Item ipſe revocavit manerium de Walecote de Petro filio Radulphi, qui diu illud tenuerat, & plurimas regum confirmationes inde habuerat.

ET ipſe emit terram de Stowe juxta 2 Semplengham, ubi abbas Robertus poſtea domos ædificavit.

PRÆTEREA conſuetudo erat, quod abbas deberet habere auxilia ſancti Michaelis de Alwaltone & de Flettone, ſcilicet viginti marcas: ſed ipſe dedit conventui quindecim marcas, & ſucceſſoribus ſuis quinque dimiſit, quas abbas Robertus ſucceſſor ejus plenarie conventui aſſignavit.

HÆC igitur de bonitatis ejus ſtudio data & adquiſita: ut ejus memoria in æterna benedictione ſit, memoriæ commendare curavi.

DE perſecutione vero ejus, quæ maxima fuit, de duro, videlicet, principe, de tyrannis indomitis, de foreſtariis ſævientibus, tædioſum eſſet enarrare. Dies mali tunc fuerunt. Nam diſcordia magna erat inter regnum, & ſacerdotium. Qui enim debuerunt eccleſiam defendere, contra illam arma erexerunt: & qui videbantur religionis amici, religionem nitebantur extinguere.

HIC ſuſcepit abbatiam ad rogationes, & non invenit bladum, nec cibaria, nec alicujus generis ſubſtantiam, unde domum ſuam per unam diem poſſet ſuſtentare. Nam epiſcopus ſancti Andreæ de Scocia, cui rex cuſtodiam donaverat, nihil dimiſerat, ſed omnia, quæcunque potuit, aſportaverat.

HIC præfuit eccleſiæ Burgi fere per decem annos, & erat omnibus exemplum ordinis & honeſtatis, largitatis & benignitatis. Ita ut quiſque per eum diſceret quomodo converſari deberet in clauſtro, ſimiliter & in ſeculo. In tantum enim

1 Pyhtiſlee W. 2 Sempringham W.

benignus

benignus fuit erga conventum ſuum, ut qualibet die mitteret in conventum de dominico pane ſuo, & de cibis regularibus ad conſolationem fratrum: quos prior dividebat, per ordinem, ſicut inter fercula. Ita & in domum infirmorum, infirmis fratribus de cibis carnium mittebat. In conventu vero ſæpius dicebat, domini, domini, niſi per quoſdam veſtrum ſtetiſſet, multa bona vobis facerem: & erat verbum iſtud tunc abſconditum a nobis; ſed poſt obitum ejus recordati ſumus, quare hoc dixit; & vidimus, & cognovimus de quibus hoc dixit: ſed non eſt curandum: tranſierunt; elevati ſunt, & dejecit eos Dominus, dum allevaretur.

Ita igitur vir benignum ſe habuit ſemper erga conventum ſuum, ut nulli malum pro malo redderet, ſed ſtuduit plus amari, quam timeri.

Hic etiam intuitu pietatis recepit viginti duos monachos, quorum meritis & orationibus & omnium ſanctorum tribuat Dominus veniam delictorum & ſupernæ fœlicitatis gaudium. Amen. 1 Obiit idem abbas ſecundo idus Martii, anno domini MCCX.

## De Roberto abbate qui factus eſt abbas MCCXIV.

Robertus abbas natus & vocatus de Lyndeſheye 2, vir ſapiens & diſcretus, honeſtus moribus, & in cunctis providus; habitu ſimul & profeſſione 3 noſter erat monachus: hic quando fuit ſacriſta, dedit unam cappam de rubeo Samit, & duas albas bruſdatas cum rubeis paraturis, unam ſcilicet cum Biſantiis, & alteram cum floribus. Item ipſe fecit renovare ymaginem ſanctæ Mariæ, & ſancti Johannis ultra magnum altare, & fecit dealbare volſuras in retro choro.

Item ipſe lucis & honeſtatis amator clarificavit eccleſiam triginta & eo amplius verinis. Antea vero erant feneſtræ virgis & ſtramine obſtruſæ. Et ipſe fecit unam verinam in regulari locutorio; & in capitulo ex parte prioris;

1 Anno Domini MCCX. & anno regni regis Johannis decimo ſecundo Akarius abbas obiit, poſt cujus mortem idem rex Johannes habuit vacationem Burgi per quatuor annos. *Margo interior Codicis W.* 2 Anno Domini MCCXIV. factus eſt abbas Burgi W. 3 Burgi Wh.

&

& novem in dormitorio, & in capella ſancti Nicolai tres fecit.

ITEM ipſe fecit totum cancellum de Oxeney, & tabulam cum ymagine ſanctæ Mariæ ibidem ſuper altare. Item ipſe aumentavit dormitorium noſtrum & fecit privatas cameras. Atque juxta coquinam fecit lardarium ad opus cellerarii. Poſtquam vero vidit Dominus ejus ſolicitudinis bonitatem, & voluit eum in ſuperiori gradu conſtituere, ipſo inſpirante, communi conventus aſſenſu in abbatem eſt electus 1; & domino Johanni regi præſentatus: & apud Wintoniam in die aſſumptionis ſanctæ Mariæ ab eo benigne receptus, atque poſtea, apud Norhamptune, a Lincolnienſi epiſcopo Hugone ſecundo, in die ſancti Barnabæ apoſtoli, ordinationis ſuæ benedictionem accepit.

DOMUM itaque reverſus optulit unam cappam colore violetico, & unum pallum cum glaucis ruellis.

DEINDE extendit manum ſuam ad liberandam patriam de dura ſervitute & gravi ſubjectione. Nam foreſtarii, & beſtiæ, eo tempore dominabantur hominibus; nec erat dives, nec pauper, nec religioſus, infra terminos foreſtæ habitans, qui non traheretur ad injuriam; & ideo fecit finem cum rege Johanne de mille trecentis & viginti marcis pro 2 Neſſo Burgi deadforeſtando.

ITEM ipſe fecit cooperire aulam abbatis de plumbo verſus clauſtrum: & erexit marmoreum lavatorium: & dedit partem vineæ ſuæ ad dilatandum cœmeterium. Item hic aſſignavit infirmariæ quatuor marcas argenti: duas videlicet de Parcho Lude & duas de canonicis de Tornholm, quas debent nobis, ſicut cartæ eorum teſtantur. Et cuſtodi hoſpitum aſſignavit octo ſolidos de canonicis Novi Loci ad 3 mattas emendas, & cætera utenſilia, quæ neceſſaria ſunt in miniſterio ſuo.

ITEM hic adquietavit cartam unam de manibus Judæorum pro triginta quinque marcis, per quam interrogabant ex antiquo debito pecuniæ maximam 4 multitudinem.

ITEM ipſe liberavit 5 homines noſtros de Stanwig a ſecta undredi de 6 Hicham, per pecuniam, quam dedit comiti de Ferrers. Item hic adquiſivit donationem eccleſiæ de Cloptone.

---

1 ut prædictum eſt W. 2 Naſſo W. 3 Nattas W. 4 Summam W. 5 Homagium. W. 6 Heyham W.

Item

2

Item ipſe dedit duas marcas auri & cuppam ſuam argenteam ad feretrum ſanctæ Kyneburgæ. Item ipſe fecit novam portam interiorem; & novum ſtabulum ad equos abbatis; & vivarium juxta Cœmeterium. Item hic adquiſivit recognitionem unius militis, & quartam partem unius militis erga Nicolaum de Baſſingburne in Benefeld.

ITEM hic ædificavit aulam de Colingham & aulam de 1 Stowec, ſed Martinus abbas poſtea mutavit: & cameram de Tynewelle; & cameram de Cotingham: & ſolarium de Stanewige cum capella; & capellam de Keteringe pene fecit. Item hic ædificavit quoddam bonum horreum apud Novum Locum & unum apud Undele, & unum apud Torp; & unum in villa Burgi. Et ipſe erexit magnam domum ultra piſtrinum & bracinum, & ipſe adquiſivit per placitum contra abbatem de Croyland, quod licet abbati de Burgo inſoſſare de communi paſtura eorum in mariſco de Peychirche, quantum ſibi placuerit, & facere pratum.

IPSE vero poſſeſſionum & prædiorum ad eccleſiæ ſuæ [uſum] diligentiſſimus perquiſitor & procurator fuit: emit quendam boſcum parvum ſed valde pulcherrimum, & delicioſum juxta 1 Eſtvude in aquilonari parte de Roberto del Tot; quem poſtea venerabilis vir abbas Martinus una cum dicto boſco de Eſtvude fecit includere. Præterea adquiſivit quandam culturam terræ, fere quadraginta acras, de quibuſdam hominibus patriæ, quæ jacet juxta eundem boſcum, quam adſignavit ad Belaſiſe ad opus cellerarii, & foſſato circumcinxit; quam ſacriſta tenet pro quadraginta ſolidis, cum quibuſdam aliis terris de cellerario, per annum.

VIDENS itaque, vir diſcretus & honeſtatis amator, cœmeterium eccleſiæ ſtrictum & minus amplum quam deceret, ad honorem Dei & eccleſiæ ſuæ, & ad ſepulturam monachorum, & parentum & amicorum eorum, dedit quamdam partem vineæ ſuæ ad dictum cœmeterium amplificandum, & muro forti & alto eam circumcinxit.

CUMQUE in rebus temporalibus & tranſitoriis perquirendis & cuſtodiendis, multum diligenter & vigilanter laboraſſet:

1 Stouue, Wh. 2 Eſtwode W.

Attendenſque quod unum præ cæteris eſſet neceſſarium; ſcilicet ea, quæ Dei ſunt, corde & corpore devote adimplere, pacem & tranquillitatem intus & extra; caritatem continuam inter ſenes & juvenes ſtabilius propoſuit firmare: & Domino largiente propoſitum laudabiliter adimplevit. Nam, cum ante ejus tempora inter fratres murmur & diſcordia, contentio & invidia propter minutionem fratrum ſæpius eveniſſet; nec mirum quidem, cum tunc nullus, niſi ex præcepto prioris, minutionem poſſet accipere, alii ſæpius, alii tardius, ſcilicet quidam poſt quintam ebdomadam vel ſextam minutionem habebant: cæteri vero, niſi poſt octavam vel decimam vel quindecimam, vel ſi prior vellet poſt dimidium annum, nullam minutionem haberent. Ille vero, ut omne malum, propter hujus cauſam, de cordibus eorum auferret; conſtituit, ut conventus in ſex partes divideretur, & in primo die minutionis, is, qui ſenior illius partis, quæ minui deberet, fuiſſet, terminato capitulo poſt abſolutionem animarum pro omnibus ſociis ſuis cum manu ſua a præſidente minuendi licentiam poſtularet.

ISTE modus minuendi in tempore abbatis Walteri, tantum hoc modo mutatus eſt. Nam, in tempore illius abbatis dominus Robertus quondam Lincolnienſis epiſcopus cognomento Groſeteſte in viſitationibus ſuis eſum carnium ubique monachis penitus inhibuit: niſi tantum in infirmaria & in camera abbatis. Unde circa tam artam inhibitionem & tam importabile onus, dictus abbas Walterus, habito cum conventu ſalubri & diligenti conſilio, ſtatuit quod idem conventus divideretur in quinque partes, & minuerentur modo ſupradicto. Ante iſtud ſtatutum domini Walteri abbatis minuti reficiebantur in refectorio, regularibus cibis, ter in die ſicut continetur in veteri conſuetudinario. Et ſciendum, quod conventus habuit trinam miſericordiam per annum in domo ad hoc proprie deputata, ubi comedebant carnes, ſecundum quod Deus dabat: ſimiliter & in domo hoſpitum, & alibi ubicunque comedebant extra refectorium veſcebantur carnibus, quod omnino ceſſavit per ſtatutum ſupradictum & inhibitionem epiſcopi ſupradicti.

HIC etiam per citationem generalem per totam chriſtianitatem a domino papa Innocentio [1] editam per magnos ſumptus

1 tertio W.

& labores adiit curiam Romanam; ubi idem papa generale concilium cum omnibus prælatis univerſalis eccleſiæ celebravit, quod vocatur concilium Lateranenſe, ſicut patet in eodem concilio: in quo proviſum fuit, quod conventus monachorum jejunarent, ſicut continetur in regula; ſcilicet a feſto exaltationis ſanctæ crucis uſque in Paſcham. Domi vero rediens idem abbas a dicto concilio, conventui ſuo oſtendit, & precibus obtinuit: quod prædictum jejunium per prædictum tempus obſervarent. Sunt autem quædam tempora & dies, in quibus conventus Burgi & alii monachi ſolebant bis comedere in die, videlicet ab exaltatione ſanctæ crucis uſque ad primum diem Octobris; & a dicta die Octobris omni die duodecimo, videlicet uſque ad adventum Domini; & quolibet die infra octavas ſancti Martini: & a die nativitatis Domini uſque ad octavas Epiphaniæ, & ab illo die omni die duodecimo, videlicet uſque ad quinquageſimam, in quibus omnibus diebus capparum per prædicta tempora ſolebat conventus habere unum ferculum ad cœnam cum caſeo. Aliis vero diebus, duodecimo videlicet, quoddam interferculum ſedecim diſcorum cum ſervitoribus; quæ omnia propter integritatem eleemoſynæ idem abbas injunxit eidem conventui, ut quæ apponi ſolebant ad cœnam, apponerentur ad prandium.

Hic vero, inter cætera bona opera ſua, ad conditionem conventus meliorandam & 1 ampliandam ſolicitus ſemper fuit & devotus. Nam, cum ante ejus tempora non fuerunt niſi ſeptuaginta duo monachi in congregatione Burgi, & habuerunt ad coquinam Flettone & Alwaltone cum molendino & pertinenciis (exceptis auxiliis ad feſtum ſancti Michaelis) & de Burgo qualibet ſeptimana tres ſolidos & decem denarios; & de Caſtre tres ſolidos & decem denarios; & de Tynewelle quinque ſolidos & tres obolos; & redditus de piſcariis, & duodecim marcas de camera abbatis ad principalia feſta facienda. Ipſe, vero, anno ſecundo poſtquam rediit de Roma, omnino dimiſit & quietum clamavit conventui totum auxilium de Flettone & Alwoltone, ſcilicet viginti marcas ad feſtum ſancti Michaelis, quod ipſe & anteceſſores ſui ſolebant capere. Et poſtea ad recreationem conventus, & incremen-

1 amplificandam Wh.

tum

tum octo monachorum, dedit & aſſignavit cellerariæ conventuali Goſberkirke, quæ qualibet ſeptimana quatuordecim ſolidos valet. Et præterea molendinum de Cuſwick cum octo acris terræ & cum prato & aliis pertinentiis ſuis & valent per æſtimationem duodecim marcas per annum. Et molendinum de Wakebroc, quod valet per annum triginta tres ſolidos.

Et ipſe ſolebat defendere prædictas villas, & tenere in libertatibus antiquis coram juſticiariis, & vicecomitibus, & ballivis eorum. Hic itaque fecit quaſdam magnas eſſartas, & in eis domos ædificare in loco qui dicitur Belaſis, & foſſatis, & ſepibus ſufficienter claudere cum boſcis parvis circumaſtantibus. Et juxta illud fecit terras excolere & ſeminare & circumfoſſare multas & magnas. Et ecce quidam miles Ricardus de Waterville nomine, & alii liberi homines de Caſtre, & de Marham, quidam de terris, quidam de communa paſturæ querelam fecerunt coram domino rege de prædicto abbate, & de nova diſſeiſina. At dictus abbas ſicut erat valde cautus & circumſpectus, de talibus ſibi prævidens caſibus, improvide irruentibus, ſatis fecit ſingulis eorum per dona, & per alia bona: ita quod inter eos facta fuit finalis concordia.

Et inſuper adquiſivit magnas terras in loco, qui vocatur Glintonehawe, quod jacet inter campum de Marham & campum de Wodecroft; & continent in ſe octoginta acras fere, & adſignatum fuit ad Belaſiſe.

Item emit quemdam boſcum de quodam milite Willielmo Gimiges nomine, quod eſt in campo de Meletone, & illum fecit aſſartare, & colere, & circumfoſſare, & vocatur Freneſhawe, quod æſtimatur ad viginti acras & aſſignatur ad Belaſiſe.

Item emit & adquiſivit terras apud Paſtone, partem de Roberto Peverel, partem de Roberto Tot, partem de Henrico clerico, & partem de aliis francolanis; unde fecit fieri unam culturam, circumfoſſatam continentem in ſe quadraginta acras, quod aſſignatum eſt apud Belaſiſe. Et emit viginti acras prati apud Nortburch de Galfrido milite, & aſſignatum eſt apud Belaſiſe. Et notandum, quod Belaſiſe, cum prædictis pertinentiis & aliis, in pratis, & paſturis, fuit aſſignatum ad inveniendum panem & cerviſiam ad uſus octo monachorum

monachorum

8

monachorum per eundem abbatem & conventum de novo creatos. Sed poſtea in melius mutatur per diſpoſitionem abbatis Walteri & conventus: nam, cum ſervientes cellerarii de Belaſiſe frumentum & braſium ad prædictos uſus adducerent; cellerarius abbatis, aut ſervientes ejus noluerunt illud recipere, niſi de meliori eſſet, quod inveniri poſſet, & ſic ſæpe dampnum & nocumentum evenerunt cellerario conventuali. Nunc vero per prædictam diſpoſitionem, redditur pro prædicto frumento & braſio, certum & leve pretium denariorum, ſicut in carta dicti abbatis Walteri plenius continetur.

ITA videlicet, quod abbas inveniet dictis octo monachis panem & cerviſiam, ſicut ad alios antiquitus ſtatutos. Et [1] Belaſiſe cum pertinentiis ad coquinam conventus aſſignatum eſt pro duodecim marcis, quas cellerarius conventus ſolebat accipere de camera abbatis ad quatuor anni terminos ad principalia feſta celebranda: & pro tribus marcis ad feſtum dedicationis eccleſiæ celebrandum, quas dictus Walterus abbas de camera ſua ſtatuit, & carta ſua confirmavit. Et ſic liber eſt cellerarius a ſolutione denariorum pro prædicto incremento bladi & braſei: nam æſtimatio illorum eſt quindecim marcarum, ſicut in prædicta carta abbatis Walteri inde confecta taxatur. Hoc factum Willielmus abbas carta ſua confirmavit.

HIC etiam vir magnæ prudentiæ, & amator juſtitiæ & ſcientiæ, ſtatuit & diviſit, per conſilium conventus, bona ſacriſtiæ in duas portiones: ſcilicet, unam magiſtro ſacriſtæ, & alteram ſubſacriſtæ, ut quilibet eorum evidenter ſciret, quid habere & agere ſine altercatione in ſuo officio deberet, ut patet infra [2].

ITEM, antiquitus, abbas & conventus habuerunt ad veſtimenta & ad calciamenta ſexaginta marcas argenti annuatim de Fiſkertone & Scotere, ſed hoc ipſum quid fuit inter tantos? Abbas vero Robertus videns, quod ſufficienter non habuerunt, aſſignavit viginti marcas ad prænominata veſtimenta & calciamenta de eiſdem villis, ultra ſexaginta marcas prædictas. Inſuper dimiſit, & quietum clamavit de ſe & ſucceſſoribus ſuis veſtimenta, & calciamenta, quæ ſolebant ipſe & [3] ſucceſſores ſui habere de camera conventus. Ita tamen, quod qui-

1 Wh. *addit* ſic. 2 In compoſitione inter eoſdem Wh. 3 *forſan* prædeceſſores.

libet monachus haberet omnia ſibi aſſignata & neceſſaria plenius & uberius ſine aliqua ſubſtractione & murmuratione. Item Akarius [1] prædeceſſor ejus dedit conventui parvum manerium de Thurleby ad duodecim tunicas, & totidem ſtragulas de ſancto Albano; ſalvo, tamen, hoſpitio ſuo in eundo & redeundo, quotiescunque voluerit, ſicut carta ejuſdem teſtatur. Ipſe vero abbas Robertus videns contentionem atque gravamen ſuper hoc ſæpius camerario contingere: tum propter hoſpitium ipſius abbatis, tum [2] ſervientem ejus, aſſignavit cameræ conventus decem marcas argenti annuatim percipiendas de dicto manerio, & carta ſua confirmavit.

Hic ſiquidem dedit viginti ſolidos ad tria feſta in cappis celebranda; ſcilicet transfigurationem Domini; tranſlationem ſancti Thomæ, & natale ſancti Hugonis, de duabus virgatis terræ quas tenet Perſona de Irtlingburc percipiendos, ut patet in carta ejuſdem abbatis.

Item ipſe emit quoddam pratum valde neceſſarium de Johanne [3] Gnyvet apud Sutwik; quod jacet apud Pyryhow, & aſſignavit ad Novum Locum. Sed, & terras & redditus & multa alia emit & perquiſivit, quæ modo hominum memoriæ non occurrunt: redditum vero quatuor ſolidorum annuorum de monialibus de Goucwell ad cameram abbatis, ut carta earum teſtatur, perquiſivit.

Verum tamen quando factus eſt abbas, erat maxima diſcordia inter regnum & ſacerdotium: & terra interdicta per ſex continuos annos & eo amplius: & poſt interdictum ſecuta eſt Gwerra [4] ſeveriſſima, & bellum turpiſſimum inter regem & principes Angliæ. Et erant tunc dies peſſimi; ita ut eccleſiæ deſtruebantur, frangebantur, & ea, quæ in eccleſiis erant, rapiebantur & aſportabantur.

Post novem igitur annos & decem ſeptimanas ſuſceptæ curæ paſtoralis obiit, in feſto Criſpini & Criſpiniani. [5] Siquid deliquit, ſit veniale ſibi, cui concedat [6] Dominus vitam æternam, Amen.

---

1 De ſancto Albano Wh. 2 propter ſervientes Wh. 3 Knevet W.
4 Sæviſſima W. 5 Anno Domini MCCXXII. Wh. 6 omnipotens W.

De
2

## De abbate Alexandro & ejus operibus.

SUCCESSIT 1 domino Roberto abbati abbas Alexander de Holderneſſe natus, monachus profeſſus 2 iſtius loci, de priore factus eſt abbas. Hic dedit pretioſum pallum, cujus campus rubei coloris, & beſtiæ mixti, ſcilicet, albi & nigri. Dedit inſuper quatuor cappas optimas de novo & rubeo Samyt, & duas alias. Dedit item duodecim albas, quarum una eſt bruſdata, cujus campus niger; & dedit unam caſulam ad altare ſanctæ Mariæ.

HIC libere & benigne conceſſit & carta ſua confirmavit Belaſiſe cum Wakebroc, & aliis molendinis, Goſberkirke cum pertinentiis, quæ prædeceſſor ejus abbas Robertus dederat ad aumentationem octo monachorum: Unde multum a conventu, quaſi bonus paſtor, amabatur.

IPSE inſuper ædificavit aulam de Caſtre; & aulam de Undele; & ſolarium magnum ad hoſtium cameræ abbatis, & ſubtus cellarium.

MULTUM item expendit propter wardam R. de Torpel, ut putabatur trecentas marcas: ſed morte præventus negotium conſummare non potuit. Obiit autem, poſtquam ſedit abbas quatuor annis peractis, eodem die quo in abbatem electus eſt, die ſcilicet ſancti Edmundi regis & martyris: cujus animæ propitietur miſericordia Dei omnipotentis. Amen. Dedit vero illud pretioſum vas cryſtallinum, in quo conditur ſanguis ſancti Thomæ martyris cum aliis reliquiis.

ET in tempore iſtius abbatis data fuit domino regi quinta decima 3 omnium bonorum totius Angliæ, ſicut patet in cartis ejuſdem regis 4.

---

1 In craſtino eodem anno. 2 Burgi W. MCCXXVI. 3 pars W *addit.*
4 Wh. *huc rectius tranſtulit verba ſuperiora.* Iſte autem obiit anno Domini MCCXXVI ——— cujus animæ propitietur Deus, Amen.

Martinus

## Martinus abbas.

ALEXANDER abbas obiit in vigilia ſancti Eadmundi, & in craſtino ſepultus. Martinus de Ramiſeya 1 electus quarto nonarum Decembris; & in octavis ſancti Andreæ a domino rege Henrico filio regis Johannis receptus; & eodem die ab epiſcopo Lincolnienſi Hugone ſecundo, examinatis priore & aliis tribus monachis, confirmatus eſt in capella ſanctæ Caterinæ apud Weſtmonaſterium, & in die ſancti Johannis evangeliſtæ apud Tinghirſt ab eodem epiſcopo benedictionem ſuam conſecutus eſt, & die dominica infra octabas epiphaniæ apud Burgum receptus eſt.

MCCXXVII. Hoc anno pacavit ad ſcaccarium regis de debito domini Roberti abbatis pro diſaforeſtatione Naſſi Burgi quinquaginta marcas. Eodem anno fecit Martinus abbas confirmari cartas ſuas a rege Henrico filio regis Johannis pro ſexcies viginti marcis argenti ad opus domini regis, & viginti octo marcis ad opus cancellarii, exceptis multis aliis donis. Eodem anno obiit Brianus de Lamara, & dominus rex, cum tranſiret per partes illas verſus Eboracum, ante natale, fecit ſaiſiri in manum ſuam terram prædicti Briani, quia fuit foreſtarius mariſci de 2 Ketſtevene & de Hoylonde: & abbas quæſivit breve domini regis ad Hugonem de Nevile tunc juſtitiarium foreſtæ de inquiſitione facienda, utrum prius fuiſſent anteceſſores dicti Briani feoffati de domo Burgi, an de foreſta, & ſic facta inquiſitione per duodecim legales homines apud Bernake, & tranſmiſſa domino regi ſub ſigillis domini Hugonis & juratorum, coram multis baronibus adjudicata fuit warda terræ prædicti Briani dicto Martino abbati, & ſuis ſucceſſoribus; & abbas illam wardam conceſſit domino Radulpho 3 de Nevile Ciceſtriæ epiſcopo domini regis cancellario. Et eodem anno pacavit idem abbas pro veteri debito viginti quinque marcas, & de ſcutagio Pictaviæ de tempore regis Johannis decem libras, duodecim ſolidos, tres denarios; & ſic remanſit quietus de omnibus debitis ad ſcaccarium 4.

---

1 Monachus Burgi electus eſt in abbatem Burgi W. 2 Keſtevene W. 3 le W. 4 Idem vero abbatiam per ſex annos rexerat, & vitam finivit. Animæ cujus propitietur Deus. Amen. Wh.

De

## De Waltero abbate & ejus operibus.

VENERABILIS abbas Burgi Walterus de ſancto Edmundo natus & vocatus, monachus & profeſſus eccleſiæ Burgenſis, de ſacriſta communi aſſenſu totius capituli in abbatem Burgi, Domino inſpirante, eſt electus 1. Qui ad ſtallationem ſuam dedit magnum pallum cum pavonibus, & unam cappam optimam & pretioſam, de rubeo Samyt, bene bruſdatam, cum apoſtolis & quibuſdam martyribus.

IPSE etiam dedicari fecit eccleſiam 2 noſtram a duobus epiſcopis magnis ſumptibus & propriis. Ipſe vero ter magnis laboribus, & expenſis pro defenſione ſuæ eccleſiæ verſus curiam Romanam mare tranſivit.

SEMEL dum adhuc ſacriſta eſſet, ſcilicet contra magiſtrum R. de Sumercote, tunc cardinalem pro eccleſia de Caſtre: ubi etiam adquiſivit privilegia quædam. Iterum poſtquam fuit abbas, quum dominus papa generale concilium pro pace & ſtatu eccleſiæ propoſuit celebrare: ad quod omnes prælati Angliæ, ſicut & aliunde vocati fuerunt. Cum autem veniſſet in Buregundia, audivit, quod imperator Fridericus magiſtrum Hottonem legatum Angliæ, & quendam alium legatum Franciæ, ſed epiſcopos & abbates, omnes quoque nuncios ipſius domini papæ propter diſcordiam inter ipſos, incarceravit, & male tractavit: quam ob cauſam ad prædictum concilium accedere non eſt auſus: Sed in civitate Anevers fere per dimidium annum moratus eſt. Domum tandem reverſus optulit duos pannos ſericos Baldekinos rubeos; illos ſcilicet, unde Johannes de Holderneſſe ſubſacriſta fecit duas cappas.

IPSE ſiquidem cito poſtea a domino papa tale accepit mandatum, ut inveniret ſibi per annum quinque milites cum equis & armis, & omnibus expenſis.

SED quia hoc ſibi graviſſimum eſſet, pro fine faciendo dedit centum ſeptuaginta & quatuor marcas, & hoc per diſpenſationem magiſtri Martini nuncii domini papæ. Tertio per ſpeciale mandatum ad concilium Lugdunenſe vocatus eſt: vi-

1 A. D. MCCXXXIII. Wh. 2 ſuam conventualem W.

delicet quia eccleſiam de Caſtre contra proviſionem domini papæ per præceptum regis Henrici tertii donaverat. Unde ut gratiam domini papæ adquireret, & ſententiam evaderet, obligavit ſe dare annuatim cuidam nepoti domini papæ decem libras de camera ſua. Ubi etiam adquiſivit quoddam privilegium magnum de libertatibus eccleſiæ 1 noſtræ. Quod ſic incipit: Innocentius ſervus &c. & aliud, Ne quis monaſterii noſtri ultra duas diætas coram judicibus delegatis cauſaretur: & quædam alia. Unde rediens optulit pretioſum pallum bruſdatum cum ymaginibus ſanctæ Mariæ filium geſtantis.

IPSE ſiquidem wardam R. de Meltune, quam prædeceſſor ejus abbas Martinus conventui dederat, benigne & devote eis conceſſit.

HIC vero aumentavit infirmariæ noſtræ redditum de quinquaginta ſeptem ſolidis, ſcilicet, de quodam redditu in Stanforde, quem emit; & de procuratione ſua annua, quam anteceſſores ſui de ſacriſta apud Pileſyate habebant, viginti ſolidos inſuper redditum hoſpitalariæ de quatuor ſolidis ampliavit: ſcilicet de domibus noſtris apud Lundonias de magiſtro W. de Bernake. Nunc vero mutatur in melius per abbatem Johannem de Calceto, qui dat per cartam hoſpitalariæ octo ſolidos & refectorariæ octo ſolidos de eiſdem domibus.

AUMENTUM vero bladi de Belaſiſe, quod prædeceſſores ſui ſumebant, ſub certo pretio & levi conſtituit, ſicut patet in carta ejus inde confecta; ipſe vero terram Gaufridi de Northburc, quam camerarius habet, unde reddit valorem decem marcarum, per abbatem Walterum conſtitutum magnis laboribus & expenſis adquiſivit.

HIC etiam adquiſivit de Nicolao de Baſſingburne quartam partem unius militis in 2 Clappetorn: Unde filius ejus recognovit quatuor feoda integra, abbati Johanni, & fecit relevium plenarie.

EMIT vero quoddam pratum de Rogero de Helpeſtune milite, quod vocatur Payneſholm; & aliud de Toroldo de Caſtre: quæ annuatim valent quinque marcas, de quibus aſſig-

1 ſuæ, Wh. 2 Clapthorn W.

navit

navit quadraginta ſolidos ad anniverſarium ſuum faciendum de camera abbatis percipiendos.

ABBAS Willielmus totum illud pratum aſſignavit pitantiariæ, ad anniverſarium ejuſdem abbatis plenarie celebrandum.

QUIQUE etiam pluribus voluminibus bonis & pulcherrimis eccleſiam noſtram ditavit, quæ in rotulo cantoris plenius annotantur.

REGEM quoque 1 & reginam, 2 filiumque eorum Edwardum & principes & magnates Angliæ, 3 xeniis & jocalibus auri & argenti & equis ſæpiſſime honorabat: & hæc quidem omnia pro pace & tranquillitate & libertatum defenſione ſuæ eccleſiæ.

PRÆTEREA dedit aliquando regi Henrico tertio ſexaginta marcas ad ſubſidium apud Wallias: & iterum poſtea ſexaginta ad filiam ſuam Margaretam maritandam: ipſe, quidem, quando ultimo mare tranſiturus erat, dedit feretris trium virginum, & cœlaturæ eccleſiæ, duo paria bacinarum nova & pretioſa, de pretio ſeptendecim marcarum & dimidii.

ET duas novas cuppas de argento deauratas & artificioſe operatas de pretio ſexdecim marcarum, quæ omnia ſucceſſor ejus abbas Willielmus mutuo accepit.

MAXIMAM quoque copiam vaſorum atque jocalium, cum moreretur, dimiſit. Quæ omnia in capitulo delata fuerunt, & ad voluntatem conventus diſpoſita. Dedit etiam decem marcas ad opus ſtallorum, & majorem partem groſſi meremii.

RECEPIT hoſpitio itaque ipſum regem prædictum bis, magnis ſumptibus, & honoribus pluribus. Semel quidem cum regina, & filio ſuo Edwardo. Introitus vero novi refectorii cum magna diligentia, & expenſis faciebat, ſcilicet cum abbatibus, prioribus & multis viris religioſis; ſed & militum, clericorum & ſecularium multitudine maxima. Ipſe quidem infra curiam, & ad maneria multa fecit ædificia.

EREXIT infra curiam 4 magnam illam domum, in qua habentur duo molendina equina, & horreum fœni: fecitque coquinam abbatis: apud grangias Burgi, unam grangiam novam, & bovariam novam coopertam lapide. Apud Torp renovavit totam grangiam, & fecit boveriam novam. A-

1 Henricum tertium & reginam Elianoram Edwardum, W. 2 Recepit etiam ipſum regem W. 3 Exenniis W. 4 id eſt abbatiam W.

pud

pud Caſtre augmentavit dimidiam partem grangiæ, fecit ibi coquinam novam & 1 braſeriam. Apud Glintune horreum novum, granarium novum, utrumque coopertum lapide. Apud Witheringtune granarium novum. Apud 2 Heye nobile ædificium, ſcilicet aulam, ſolarium, cum capella; & ſubtus cellaria, coquinam, omnia de lapide & ligno; inſuper duas portas; & cinxit totum boſcum largo foſſato cum ponte tractabili; horreum novum, bercariam novam, boveriam novam. Apud Wermingtune molendinum novum aquaticum cum duabus multuris. Apud Undele novam boveriam.

APUD 3 Aſſetune novam boveriam. Apud Novum Locum: magnam domum & ſumptuoſam, ad 4 opus boum. Apud Stanewigge bercariam novam. Apud Hirtlingburc bovariam novam, & ſtabulum novum. Apud Keteringe nobilem aulam coopertam lapide, bercariam novam, & boveriam novam. Apud Cotingham horreum novum, piſtrinum novum, coquinam novam. Apud Eſtune duas grangias novas, & ſolarium nobile; & ſubtus granarium; boveriam novam; fecit etiam ibidem aſſartare duas carrucatas terræ. Apud Tynewelle novam grangiam lapide coopertam, & columbarium. Apud Waltune novam grangiam. Apud Scottere grangiam, boveriam & ſtabulum: apud Fiſkertune renovavit totam aulam, & dimidium grangiæ. Apud Colingham novum talamum cum capella. Apud Walecote grangiam novam & talamum novum.

HIC etiam emit apud Stanewigge duodecim acras terræ de Roberto de Belle milite: & apud Caſtre ſeptem acras terræ de Roberto de Paſtone: apud Turleby aulam fecit novam; apud Colingham novum molendinum & tres bercarias novas.

HÆC igitur, cæteraque beneficia tam multipliciter & benigne a ſua liberalitate nobis inpenſa ſibi Domino præſtante vitam impetrent ſempiternam.

FUIT ſiquidem vir iſte erga omnes pius & miſericors. In capitulo nullum niſi ſuis meritis exigentibus calumpnians infeſtabat, aut cruciabatur; & tunc quidem invitus. In talibus

1 Bracinam W. 2 Eye W. Scilicet Eyburg. Sp: 3 Aſchtone W. 4 pro Boveria W.

vero

vero ſed & in omnibus agendis ſuis nihil ſine conſilio majorum aut ſeniorum faciebat: conſilium tamen quorundam fratrum animum ſuum ſæpe a ſuo ſtatu pervertebat. Hic vero neminem de ſuis tenentibus, neque divitem neque pauperem, aliquibus indebitis exactionibus vexare curabat. Sed ſiquis pauper, ſive vir, ſive mulier, coram eo, pro qualicumque neceſſitate, aut negotio flendo conquereretur; ſtatim in lacrymas prorumpendo miſericorditer cum eo agebat. Unde ipſis ſicut & nobis gaudium & tranquillitas, intus & extra, cunctaque bona continue habundabant. Erat etiam erga conventum ſemper adeo benignus & favorabilis, ut ſi aliquando, de pane aut potu aut de alia quacunque re, quæ eum tangebat, coram eo in capitulo fieret querela, ſtatim accerſitis hiis, qui talia miniſtrare debebant, de meliori, ubicunque inveniretur, aut de proprio, aut de empto, ut emendaretur minando præcipiebat. Similiter per maneria ſua, ore ſuo cum ibi veniret, abſens vero per litteras ſuas ſæpiſſime præcipiebat.

ERAT itaque ſemper Deo devotus, omnibus exemplum religionis & honeſtatis, continentiæ & ſobrietatis, quomodo quiſque in clauſtro & in ſeculo ſe habere deberet. Recepit itaque, Domino inſpirante, caritatis intuitu triginta monachos Jheſu Chriſto perpetue famulandos.

ULTIMO autem cum de tranſmarinis partibus infirmitate ſui corporis gravatus acceſſiſſet, 1 obiit, decimo tertio anno poſtquam ſedem curæ paſtoralis eſt adeptus. Cui dominus per ſuam gratiam, mentiſque ſanctæ Dei genitricis, & ſancti Petri, ſanctique Benedicti, necnon & omnium ſanctorum, in regione viventium vita & gaudiis concedat perfrui ſempiternis Amen.

HIC etiam ſtatuit feſtum dedicationis eccleſiæ fieri principale; ſcilicet de camera ſua, quadraginta ſolidos ad illud, ſicut ad alia principalia, ſtatuit, & vinum.

HIC etiam maximam partem mariſci de Turleby per ambulationem amiſit, propter confidentiam ſtultam cujuſdam literæ regiæ, & per conſilium quorundam, qui ſe nimis ſecuros fecerunt. Quare nimis tepide circa illud negotium & expendit & laboravit. Unde omnibus diebus vitæ ſuæ corde con-

1 Anno Domini MCCXLV.

tritus multum illud plangebat. Multum itaque circa placitum de Croylande in vanum laboravit & expendit. Reliquit omnem abbatiam omnibus bonis habundantem, ſcilicet, in ſtauro de equis, de bobus, vaccis, ovibus, ſed & de omnibus pecoribus in maxima multitudine & in multis locis bladum de tribus annis. Sed poſt deceſſum ejus magiſter R. de Goſebek, cui dominus rex cuſtodiam abbatiæ commiſerat, per ſuos fere omnia deſtruebat, vendebat & aſportabat.

HÆC inventa ſunt in camera ejus poſt mortem ejus: una cuppa deaurata & artificioſe operata de pondere ſeptem marcarum, pretium duplex pondus. Item alia plana de pondere quinquaginta duorum ſolidorum & ſex denariorum, pretium pondus & dimidium. Item duo paria bacinarum nova & pretioſa, quorum unum de pondere ſeptem marcarum, pretium pondus & quarta pars. Item aliud par de pondere ſex marcarum & decem ſolidorum, pretium pondus & tertia pars.

ISTA omnia nova & pretioſa. Item de vaſis uſualibus, una cuppa argentea deaurata, & de pondere quinque marcarum, pretium pondus & dimidium. Item alia cuppa deaurata, quæ quondam fuit Rogeri prioris, operata. Item duo ciphi argentei deaurati cum pedibus operatis, de pondere quadraginta ſolidorum, pretium pondus & dimidium. Item ſex platæ argenteæ. Item coclearia [1] viginti novem. Duo monilia auri groſſa. Annuli aurei triginta, de pondere novem ſolidorum & unius denarii. Iſta quidem monilia & annuli de pretio novem ponderum. Iſta ſufficiunt de metallo. Item quatuor cuppæ de Mazaro; omnes cum [2] operculis pedibus & [3] punulis deauratis, quarum una fuit de pretio ſex marcarum, vel eo amplius. Ciphus unus de Mazaro cum pede deaurato. Duæ nuces cum pedibus & circulis deauratis.

NAVICULA de Mazaro. Et de denariis quinquaginta libræ & una & quatuordecim ſolidi. Penula quædam de Veir [4] viginti ſolidorum: quatuor cultelli menſales [5].

---

1 Argentea W. 2 Cooperculis W. 3 Pennulis W. *recte.*
4 Pretium W. 5 Et multa alia, quæ non erant ſcripta. Eidem Waltero ſucceſſit frater Willelmus Hotot Wh.




Prænobili Domino Johanni Comiti Fitzwilliam, Vicecomiti de Miltoun, Baroni de Lyfford, S.

Tandem aliquando Tibi, Comes Illuſtris, alia forma Walteri de Wytilſey Hiſtoriam animo lubenti reddo. Gratias quam maximas Tibi agendas eſſe facile fatebitur quivis rei noſtræ antiquariæ ſtudioſus, quod tam benigne mihi atque adeo toti reipublicæ literariæ codicis iſtius copiam feceris.

De Hiſtoria quidem Petriburgenſi ex ipſis fontibus edenda jampridem me inceſſerat cupido: quum autem conſtabat narrationem mancam & imperfectam fore, niſi Hugoni Candido, Robertoque Swaphamo, qui ad

ad manus fuerint, Walterum de Wytilſey adjungerem, rem animo diu conceptam invitus deſerui: quia ubinam gentium tunc temporis Walterus ille lateret, prorſus neſciebam. Proclivis autem Tua rei literariæ juvandæ voluntas animum mihi iterum excitabat: ad lautum quippe, ac, ut Tui moris eſt, ſplendidum convivium me vocaſti; atque inter coronam quandam virorum nobilitate atque virtute ſpectabilium, quum primum inciderit Walteri Tui mentio, candide ipſum mihi codicem elegantiſſimum de Muſeo Tuo porrexeris, & ejus uſum comiter mihi conceſſeris: quantum vero lucis hiſtoriæ Anglicanæ ex hoc autore effulgeat, cuivis harum rerum perito facile patebit.

Multa mihi heic in mentem veniunt de illuſtri Tuæ gentis vetuſtate & ſplendore dicenda; jucundam vero hanc æque ac amplam materiam calamo doctiſſimi viri Johannis Bridges excolendam relinquo, qui de rebus agri noſtri communis antiquis opus accuratum, magnificum & immortale meditatur. Hoc tamen qualecunque animi mei grati teſtimonium exhibendi opportunitatem quam lubentiſſime arripio. Sum,

Tibi, Domine Ampliſſime,

Devinctiſſimus & Humillimus ſervus,

E Bibliotheca Bridgeſiana,
Kal. Maii, A. D.
MDCCXXIII.

Josephus Sparke.

## *WALTERI de WHITLESEY*

# HISTORIA

## Coenobii Burgenſis.

### De abbate Willielmo Hotot & ejus operibus.

WILLIELMUS Hotot monachus Burgi, & profeſſus, natus in Carletone juxta Cotingham, electus eſt in abbatem Burgi die Vedaſti & Amandi: Anno Domini milleſimo ducenteſimo quadrageſimo ſexto.

Hic dedit duos pannos de ſerico diverſimode radiatos, ac unam tunicam & dalmaticam de bono ſerico.

Fecit etiam fieri capellam & cameram apud Cotingham. Et quinque libros fecit fieri, ut patet in rotulis præcentoris. Adquiſivit etiam cartam domini regis de nundinis apud Oxeneye: plures ordinationes ſive conſtitutiones bonas fecit; & eas per cartam ſuam confirmavit, ſic dicendo: ſine communi conſenſu conventus nullam compoſitionem de libertatibus, vel poſſeſſionibus alienandis de cætero faciemus; nec wardas conferemus; nec boſcum, vel alnetum vendemus, ſine conventus conſilio, ut prædictum eſt: nec aliquid arduum ipſis inconſultis attemptabimus, vel faciemus. Præterea concedimus, quod unus vel duo monachi ſint cuſtodes maneriorum abbatis ſine intermiſſione: & duo receptores omnium denariorum de dictis maneriis, & de omnibus ad eadem maneria pertinentibus provenientium: videlicet unus monachus domi reſidens; & unus capellanorum abbatis: & quod denarii domini regis per manum monachi recipiantur, & ad ſcaccarium ſolvantur. Volumus etiam, quod conventus ſciat, ſemel ſingulis annis, ſtatum totius abbatiæ. Et ne proceſſu temporis conditio conventus noſtri deterioretur, concedimus & firmiter promitimus, quod neque nos, neque ſucceſſores noſtri portionem conventus diminuemus, vel diminui procurabimus. Concedimus etiam, quod parentes, & noti monachorum competenter & ſufficienter in cibo, & potu meliori quam ſolito, de cellerario abbatis procurentur. Et quod obedientiarii ſocios habentes indicent ſociis ſuis recepta, & expenſas mobilium, & immobilium; & inde invicem ſcripta habeant, ſub poena amotionis illius hoc ſtatutum contempnentis. Et quod vacantibus obedientiis omnia bona obedientiariorum illæſa & integra ſucceſſuris obedientiariis obſerventur, qui de conſilio abbatis & conventus ſine dilatione ſubſtituantur. Præterea concedimus, quod ſi dominus papa, vel aliquis ejus anctoritate aliquid nomine contributionis a noſtro exigat monaſterio, nos & ſucceſſores noſtri obedientias, niſi dominus papa in literis ſuis de conventu ſpecialem fecerit mentionem, ad contribuendum non compellemus. Omnes iſtas compoſitiones, & plures alias dominus H. Lincolnienſis epiſcopus per cartam ſuam confirmavit.

Ac etiam iſte abbas Willelmus cartam de manerio de Goſberkirke cum pertinentiis ſuis confirmavit. Similiter de manerio de Belaſiſe cum pertinentiis ſuis, prout abbas Walterus

prædeceſſor

3

prædeceſſor ejus ordinavit, per cartam ſuam confirmavit, ſcilicet, ubi abbas ſolebat recipere de cellerario conventus pro dicto manerio de Belaſiſe, quandam ſummam bladi, ſcilicet frumenti, & braſei, ut præſcribitur, pro octo monachis ſuſtinendis. Et cellerarius ſolebat recipere de camera abbatis octo libras argenti pro octo feſtis principalibus per annum celebrandis; & quadraginta ſolidos ex conceſſione dicti Walteri abbatis pro feſto principali dedicationis celebrando. Jam unum & aliud ſub æquali recompenſatione ceſſabant: Ita quod abbas ſuſtentet prædictos octo monachos ſine blado recipiendo de Belaſiſe: & quod cellerarius celebret prædicta feſta principalia more ſolito ſine denariis de camera abbatis petendis ſeu recipiendis.

ASSIGNAVIT etiam iſte abbas Willelmus conventui pratum de Peychirche, quod vocatur Paynes-holm; quod pratum abbas Walterus emit de Rogero de Helpeſtone: & quatuor acras & dimidium prati, in pratis de Caſtre, quas idem abbas emit de Willielmo filio Thoroldi de Caſtre. Et per conſenſum conventus totum prædictum pratum idem abbas Willielmus aſſignavit ad pitanciariam ad anniverſarium dicti domini Walteri abbatis annuatim honorifice faciendum: quod quidem pratum jam tenet eleemoſynarius, & facit anniverſarium prædictum.

ASSIGNAVIT etiam idem abbas Willelmus camerariæ conventus capitale meſuagium in Northburch cum omnibus pertinentiis & libertatibus ſuis in Makeſeye & alibi: quod Galfridus filius Galfridi de Northburge, ex perquiſitione dicti Walteri abbatis in perpetuam eleemoſynam memorato Burgi contulit monaſterio, ut patet per cartam ejuſdem Galfridi. Tempore enim compoſitionis iſtius cartæ, convenerunt iſte abbas Willielmus, & conventus in unum locum ſeorſum extra capitulum, ut tractarent quid, & quantum deberet reddi pro iſto tenemento, & quis illud teneret. Poſtquam autem omnium opiniones, rationes, & ſententiæ in medio prolatæ fuiſſent; per dictum abbatem Willielmum, aſſenſu conventus interveniente, diffinitum eſt; quod camararius illud teneret. Et quia ſæpius contingit, quod fratres, intus & extra minus decenter, quam conveniret, ornati fuiſſent, tum propter veſtimentorum carentiam, tum calciamentorum inopiam; redderet, ſingulis annis, præter antiquam aſſiſam, valorem decem marcarum

pro

pro prædicto tenemento; videlicet octo coopertoria, quodlibet de pretio ſex ſolidorum & octo denariorum; & duodecim tunicas, quamlibet de pretio trium ſolidorum; & duodecim paria ſotularium æſtivalium, quodlibet de pretio duorum ſolidorum; & quater viginti paria caligarum de tenui panno, quodlibet de pretio trium denariorum.

ISTE Willielmus gratis ceſſit in die ſancti Nicolai, Anno Domini milleſimo ducenteſimo quadrageſimo nono; & aſſignatum ei fuit manerium de Colingham ex ordinatione diœceſani & aſſenſu conventus; & ibi traxit moram per aliquod tempus, quouſque revocatus erat per Johannem de Caleto ejus ſucceſſorem: qui ſtatuit moram ejus apud Oxeneye, percipiendo cotidie de cellaria & de coquina conventus tanquam quatuor monachi. Et ibidem vitam finivit: & poſt apud Burgum deductus, in vigilia epiphaniæ ante altare ſancti Benedicti ſepultus eſt: Cujus animæ propitietur Deus. Amen. Succeſſit ei Johannes de Kaleto.

## De Johanne de Kaleto abbate & ejus operibus bonis.

JOHANNES de Kaleto cognominatus, natus in Normannia, de nobili proſapia: in adoleſcentia ſua factus erat monachus, quando ſeptenis extiterat annis. Et poſtea in Angliam deductus, & Wintoniæ in eccleſia ſancti Swithuni diſciplinis regularibus ſufficienter edoctus, & de virtute in virtutem proficiens, ordinis monaſtici diſciplinam, quam in adoleſcentia didicerat, operibus & exemplis formam religioſe vivendi & ſancte converſandi omnibus & ſingulis ejuſdem cœnobii fratribus miniſtrabat. Unde Domino diſponente, qui greſſus hominum dirigit ad ſalutem, meritis exigentibus, poſt multorum annorum curricula, electus eſt, & præfectus in priorem eccleſiæ Wintonienſis. Ubi ſtrenue ſe habens eccleſiam ſuam in parvo tempore multum locupletavit. Et poſtea, poſtquam abbas Burgi dominus Willielmus Hotot gratis ceſſerat, prænotatus dominus Johannes, regis interveniente favore, in abbatem Burgi electus eſt, anno Domini milleſimo ducenteſimo quadrageſimo nono.

Abbatiam in temporalibus & ſpiritualibus optime rexit. Cognatus erat reginæ Angliæ; unde theſaurarius regis Henrici IV. & juſticiarius itineris erat. Confratres ſuos multum diligebat; & ſtatum conventus melioravit; & portionem eorum in multis augmentavit: ſolicitus ſemper in unitate ſpiritus ſervare vinculum pacis. Et cellerarium ſuum videlicet Robertum de Suttone, & alios miniſtros ſuos ſolicite & frequenter admonens, ne in ejus abſentia conventus aliquem defectum pateretur. Frequenter enim abſens erat extra abbatiam, in curia regis & alibi propter officium Theſaurariæ ſibi commiſſum, & quia erat juſticiarius domini regis. Semper enim quando domi redibat, ante quam capitulum ingrederetur, a priore, & a ſenioribus diligenter inquirebat de cellerario ſuo & de aliis obedientiariis & miniſtris, qualiter circa ſtatum conventus agebatur: & utrum tempore abſentiæ ſuæ aliquem defectum confratres ſui paterentur, vel minus bene eiſdem miniſtraretur. Et ſi omnia bene & proſpere circa ſtatum conventus forent; audacter capitulum ingrederetur; ſin autem; aliquod exennium conferret eiſdem; aliquando unum dolium optimi vini, vel aliquod aliud novum ante ingreſſum capituli. Ut ſic ſine murmuratione aliqua ſeu gravi querela illa vice pertranſiret.

Dominum Willelmum Hotot prædeceſſorem ſuum revocavit de Colingham, & ordinavit moram ejus apud Oxeneye ad terminum vitæ ſuæ, aſſignando eidem, ad victum cotidianum, portionem quatuor monachorum de cellaria & coquina conventus; ſubtrahendo de portione ſua & capellanorum ſuorum quantum recipere ſolebat de cellaria & coquina conventus, ad totam vitam prædicti Willelmi.

Assignavit etiam hoſtilariæ, & refectorariæ annuum redditum ſexdecim ſolidorum de domibus in ſuburbio Londini in parochia ſancti Sepulchri, ſingulis annis in perpetuum percipiendum; videlicet octo ſolidos refectorariæ & octo ſolidos hoſtilariæ in ſuos uſus convertendos.

Hic etiam manerium de Pokebroc emit de Roberto Fleming, qui dominus erat ejuſdem villæ de Pokebroc, & rector eccleſiæ ibidem. Et decem libras argenti per ſingulos annos ad vinum pro conventu de villa prædicta aſſignavit, & cartam inde confectam conventui dedit ſigillo abbatis & conventus roboratam, cum ſententia excommunicationis in eos,

qui dictam pecuniam in alios uſus converterint. Statuens quinque dolia vini fore emenda cum dictis decem libris ad uſum conventus, quum tunc temporis pro decem libris quinque dolia optimi vini poterant emi; & pro pretio minori, videlicet unum dolium pro duobus marcis, & aliquando pro viginti ſolidis. Diſcernens vero communi conſenſu prædictum vinum cotidianis diebus in refectorio ſic expendi; videlicet quod quicunque præſidens fuerit in refectorio Burgi ſingulis diebus anni habebit coram eo unum galeonem & dimidium boni vini fratribus & hoſpitibus ibidem reficientibus diſtribuendum, prout viderit expedire, tam in abbatis præſentia quam in ejus abſentia. Similiter ſacerdos, qui in dicta eccleſia magnam miſſam celebraverit, unum galeonem de eodem vino percipiet, pro miniſtris ſuis viſitandis. Statuit, ut hoc vinum in refectorio, & non alibi pro voluntate alicujus, ſed inter fratres, ut dicitur, fideliter expendatur. Et ſciendum eſt, quod de dicto vino voluit & ordinavit, ut in die anniverſarii ſui univerſi & ſinguli de congregatione, nec non & hoſpites religioſi, ſicut moris eſt, honeſte procurentur in vino.

Dedit etiam unam cuppam de argento foris deauratam pro priore in refectorio, & duos ciphos argenteos pro dicto vino diſtribuendo in refectorio. Ac duos ciphos de murro cum longis pedibus argenteis & deauratis cum verſibus & ſcuto in fundo: & unum ciphum de murro cum circulo deaurato ſine pede, & nomen ejus ſcriptum in fundo.

## Carta ipſius Johannis.

Universis Chriſti fidelibus præſens ſcriptum viſuris vel audituris, Johannes de Kaleto divina permiſſione abbas de Burgo ſancti Petri ſalutem in Domino. Noverit univerſitas veſtra, quod cum diſponente divinæ pietatis providentia regimen eccleſiæ Burgi nobis licet immerito fuiſſet commiſſum, & nos dictam eccleſiam ære alieno aliquatenus gravatam, cujus & bona mobilia, a ballivis domini regis cuſtodiam dictæ domus tempore vacationis habentibus, in eo quod fere invenimus, confiſcata.

Ita videlicet, quod oportuit nos de neceſſitate in his, quæ victui noſtro & confratrum noſtrorum ibidem Deo ſervientium,

entium, nec non & hoſpitum ſupervenientium eſſent neceſſaria, a die purificationis beatæ Mariæ virginis uſque ad tempus meſſium proximo futurum plenius providere. Quia etiam nos libertates dictæ eccleſiæ illibatas conſervare & pro noſtræ parvitatis potentia cum omni diligentia laboravimus augmentare. Pro quibus etiam libertatibus, quæ in carta domini regis Henrici filii regis Johannis plenius continentur, dicto domino regi & ſuis quingentas & ſexaginta decem marcas contulimus, præter jocalia cæteris miniſtris regiis a latere collata; præter etiam expenſas, quas circa dictas libertates adquirendas & renovandas fecimus. Et nos etiam, præter providentiam victualium prænominatorum, interveniente divinæ largitatis beneficio, & devoti conventus noſtri ſuffragio, de quingentis & quadraginta marcis, in quibus Herfordenſis epiſcopus eccleſiam noſtram ad curiam Romanam obligavit: Et fere de omni debito æris alieni, in quantum pro qualitate temporis potuimus, exoneravimus.

DILECTI filii noſtri prior & conventus dictæ eccleſiæ humiles & devoti volentes laboribus noſtris & diligentiæ, pro facultatis ſuæ modulo, vicem rependere: Nolentes etiam hujuſmodi, nec alia beneficia noſtra licet parva videantur, oblivionem in poſterum ſubire; ut ſucceſſoribus noſtris in dicta eccleſia Deo ſervientibus ad memoriam perpetuam reducerentur, nobis unanimiter ad faciendum depoſitionis noſtræ diem anniverſarium de bonis eccleſiæ curialiter conceſſerint & benigne. Nos igitur ad dictum anniverſarium faciendum illam culturam, quam de Bisfletó juxta boſcum de Caſtre fecimus aſſartari, cellerario conventuali reddidimus, & aſſignavimus in perpetuum; ita videlicet quod cellerarius, qui pro tempore fuerit, Chriſtum in ſuis pauperibus ibidem eodem die advenientibus, ſecundum quod exitus dictæ terræ ſe poteſt rationabiliter extendere, paſcat & recreet: Panem cum allece dando cuilibet; & conventum, ut debitum Deo famulatum devotius exhibeant, & ad illius ſervitium fortius aſſiſtant, in tribus bonis ferculis ſolito uberioribus procurando. Pitantiarius vero de quinque doliis vini, quæ ad opus præſidentis in refectorio & ſacerdotis ebdomadarii contulimus, ſicut in aliis principalioribus anniverſariis, eo die, conventui vinum inveniet. Et ne aliquis ſucceſſorum noſtrorum dictæ donationi & aſſignationi noſtræ contravenire poſſit in poſterum, dilectis filiis noſtris



prænotatis

prænotatis in pleno capitulo unanimiter annuentibus & etiam intercedentibus, ſigillo noſtro una cum ſigillo capituli noſtri præſentem paginam roboravimus, & cætera.

ISTE autem Johannes dedit ad eccleſiam ſuam quinque cappas de rubeo Samito, & quinque libros, ut continetur in rotulis præcentoris: pauperes etiam dilexerat valde, & ſæpe recreaverat in cibis & potibus, ſerviens eiſdem manibus propriis. Hic etiam fecit fieri magnam domum infirmorum novam ſumptibus ſuis juxta capellam ſancti Laurentii: & poſtea, toto opere conſummato, prædictam domum pauperibus replevit, & eos per tres dies continuos habundanter refecit. Fecit etiam fieri unam magnam campanam: & eſt iſte verſus circa,

Ion de Caux abbas Oſwaldo contulit hoc vas.

MULTA alia bona fecit. Vixit autem ille in regimine abbatiæ tredecim annis. Tandem Londini in ſuis domibus obiit theſaurarius regis quinto nonarum Martii, anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſecundo: deductus etiam apud Burgum, & ſepultus eſt ante altare ſancti Andreæ. Rex autem vindicavit palefridum & cupam ejuſdem, quam nunquam ante habuit. Cupam vero, inſtanter petendo, optinuit: ſed palefridum non habuit. Ipſe dimiſit eccleſiam ſuam in debito ſeptingentarum marcarum & amplius. Omnia vaſa & utenſilia & alia bona iſtius tam in auro, quam in argento & aliis, liberata fuerunt conventui per ejus capellanos. Robertus etiam de Fulham clericus de ſcaccario habuit cuſtodiam abbatiæ, nomine regis per quinque ebdomadas; & recepit de exitibus abbatiæ centum & undecim libras & amplius. Succeſſit eidem dicto Johanni Robertus de Suttone.

## De abbate Roberto de Suttone.

ROBERTUS natus in Suttone, in parochia de Caſtre de Naſſo Burgi, monachus Burgi & profeſſus, rite & canonice in abbatem Burgi electus eſt per formam compromiſſi, decimo ſeptimo Kalendarum Aprilis, anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo ſecundo, & domini Henrici illuſtris

3

illuſtris regis Angliæ quadrageſimo ſexto, & confirmatus eſt ſexto Kalendarum Aprilis.

TERTIO vero nonarum ejuſdem menſis fecit domino regi ſupradicto fidelitatem, & recepit baroniam. Sexto autem kalendarum Maii benedictionem recepit a domino Ricardo Lincolnienſi epiſcopo, a quo erat confirmatus. In vigilia apoſtolorum Petri & Pauli recepit homagia & fidelitates tenentium eccleſiæ apud Caſtre; & in die apoſtolorum Petri & Pauli eſt inſtallatus a domino Ægidio archidiacono Norhamptonienſi ad mandatum epiſcopi, & eodem die celebravit ingreſſus ſuos cum magna multitudine militum, clericorum, & aliorum, in præſentia quinque abbatum; ſcilicet H. abbatis de Rameſeye; & W. abbatis de Thorneye; & R. abbatis de Croylande; abbatis de Brunne; abbatis de Sautre; & quinque priorum.

ET notandum, quod iſte electus dedit capam ſuam, in qua fuit benedictus, eccleſiæ Lincolnienſi de gratia ſua; ſed qui receperunt de conſuetudine illam vendicarunt. Similiter & archidiaconus Norhamptonienſis in inſtallatione iſtius electi vendicavit palefridum ipſius, ſed non habuit. Similiter notandum ſit, quod comes Mareſcallus habuit quinque marcas pro palefrido iſtius electi, quando juravit fidelitatem regi: Item camerarius regis vendicavit cappam iſtius electi, eodem tempore: ſed nihil habuit. Statim poſt factam fidelitatem, contulit electus domino Radulpho de Montibus canonico Londonenſi centum ſolidorum penſionem, de camera ſua, quod vocatur Gratia regis; quæ poſtea de voluntate regis tranſlata erat in Ricardum de Rowelle clericum de ſcaccario, pro eo quod dictus Radulphus nunquam habuit litteram obligatoriam de prædicta penſione, nec fuit in poſſeſſione ipſam percipiendi. Et ſciendum, quod, quando rex tranſtulit penſionem iſtam de uno in alium, cavebat literatorie per literam, quæ eſt in theſauraria, quod conſervaret abbatem & conventum indempnes verſus dictum Radulphum. Et notandum, quod iſte electus die ſancti Petri ſtatim poſtquam fuit inſtallatus egrediebatur capitulum cum toto conventu, ductus ab archidiacono Norhamtonienſi inſtallatore ſuo: ubi legebatur litera epiſcopi de inſtallatione; & ſecundum tenorem ejuſdem literæ injunctum fuit conventui per prædictum archidiaconum, ut eſſent eidem tanquam patri & paſtori intendentes & obedientes.

entes. Et in craſtino tenuit idem abbas capitulum, ubi omnes obedientiarii reddiderunt claves ſuas abbati, qui reſtituit eis officia ſua.

Hoc anno ſtatim poſt Paſcha ſederunt juſticiarii itinerantes apud Lincolniam, videlicet dominus Gilbertus de Preſtone miles, qui fuit capitaneus itineris; dominus Ricardus de Hemingtone, & ſocii ſui. In iſto itinere fuit abbas prædictus ad ſumptus amplos & magnas liberalitates tam juſticiariis quam narratoribus & aliis de comitatu. Verum iter iſtud remanſit indeterminatum, pro eo quod communis curſus guerræ incepit circa feſtum Pentecoſtes inter regem & barones, quorum capitaneus fuit dominus Simon de Monteforti comes Leyceſtriæ & ſeneſcallus Angliæ occaſione proviſionum Oxoniæ non obſervatarum. Unde juſtitiarii timore perterriti latenter receſſerunt. Hoc anno poſt natale durante guerra mandavit rex ſervitium ſuum apud Oxenforde: ſed facta ſummonitione ſervitii per ballivos feodales, prout moris eſt, tenentes militiam, nihil facere voluerunt. Quin immo per præceptum baronum intraverunt villam de Norhamptone, & ipſam tenuerunt contra regem, licet quibuſdam invitis; & vexillum cum clavibus ſancti Petri cum aliis vexillis comitum & baronum per muros circumquaque levaverunt. Rex autem & Edwardus filius ſuus primogenitus venientes ad partes illas cum magno exercitu, & circa medium quadrageſimæ obſederunt dictam villam & caſtrum de Norhamptone. Videns rex cum Edwardo filio ſuo primogenito prædictam villam & caſtrum circuendo vexilla plurimorum ſuper muros extenſa: tandem didicit & vidit vexillum monaſterii ſancti Petri in ſubſidium baronum contra ipſum & ſuos extenſum. Unde rex maxime commotus jurans, quod abbatem de Burgo & monaſterium ſuum funditus deſtrueret, ex eo quod eſſet de progenitorum ſuorum & ſua fundatione, & abbas & monachi, tanquam miniſtri degeneres, in ipſum eorum fundatorem & alumpnum ſic nequiter inſurrexerant. Rex & Edwardus filius ſuus villam & caſtrum de Norhampton ceperunt; & illos, qui infra extiterant, ad caſtra & loca diverſa tanquam priſonas miſerunt.

Dominus enim rex multum movebatur verſus monaſterium Burgi, & eo amplius, quod quidam de captis dixerunt ſe illuc extitiſſe per præceptum abbatis de Burgo, & falſo. Unde minante rege, quod domum deſtrueret: condolens autem ab-

bas

bas & timens, quod rex ex ira ſua concepta ad vindictam procederet: mediante pecunia cum donis, ac amicis in curia regis procurantibus idem abbas fecit plures fines. Videlicet primo apud Notingham fecit finem cum domino rege in feſto Paſchæ pro ſervitio ſuo non facto & omni tranſgreſſione pro trecentis marcis: de quibus centum marcæ ſolutæ fuerunt in garderoba in inſtanti apud Notingham; & centum marcæ apud Tunbrigge in eadem garderoba; & centum marcæ poſt bellum de Eveſham. Anno ſequenti in eadem garderoba de auro reginæ ibidem viginti libræ; de fine facto cum domino Edwardo filio regis ibidem ſexaginta libræ; de fine facto cum domino la Souche ſex libræ, tredecim ſolidi & quatuor denarii; in expenſis monachorum deferentium pecuniam verſus eundem locum quinquaginta octo ſolidi unus denarius.

Barones vero in partibus de Kent exiſtentes caſtellum de Rouceſtre viriliter obſederunt: hoc regi nunciato in ſuccurſum obſeſſorum a Notingham receſſit. Monachi vero, qui fecerunt finem iſtum, impetrarunt protectionem regis in forma petita pro ſe & hominibus ſuis, & literas clauſas habuerunt omnibus, quos nominare voluerunt, dicentes formam finis & protectionis. Nullus enim de parte regis deferre voluit literis ſuis, cum ſibi fuiſſent porrectæ. Sed unuſquiſque pro ſe deprædabatur, & cepit redemptionem. Unde ballivi Johannis de Warrena, comitis Surreienſis in Stamford habuerunt quadraginta marcas pro redemptione Naſſi. Caſtellani de Fodringeye habuerunt centum ſolidos pro contentione orta inter ipſos & homines de Wermingtone. Dominus enim Warinus de Baſſingburne familiaris domini Edwardi filii regis Henrici tunc temporis tenebat caſtrum de Benefeld; quia dominus Winfridus priſonus erat. Gentes autem domini Warini deprædatæ ſunt manerium del Bigginge, & quadam die, cum tranſirent aquam de Undele, ceperunt magnam prædam averiorum; inter quæ acceperunt averia de Aſchtone, & duxerunt apud dictum caſtrum de Benefeld. Hoc comperto, gens autem de Undele exiit, & magna pugna præmiſſa, abſtulit ab eis dicta averia: quorundam prædatorum capitibus & brachiis confractis, quorundam autem equis occiſis. Veniente rege cum exercitu ſuo apud Stanforde, in ebdomada Paſchæ, proficiſcendo apud Rouceſtre ad obſidionem removendam: abbas enim de Burgo miſit exennia ampla regibus

Angliæ,

Angliæ, & Alemanniæ, domino Edwardo, & multis aliis; qui omnes læto modo ſuſceperunt ea, præter dominum Edwardum, qui omnino renuit ea, & hoc per procurationem domini Warini: qui minati ſunt, in craſtino itinerando villam de Undele. Sed hoc dimiſſo, quoniam abbas finem fecit cum domino Warino pro ſexaginta marcis. Item abbas dedit domino regi quendam palefridum de pretio quatuordecim marcarum. Inter cætera fuerunt hæc gravamina illata monaſterio de Burgo, contra prohibitionem domini regis, & primogeniti ſui domini Edwardi. Nec aliquid dicto monaſterio reſtituere voluerunt iſti malefactores pro literis domini regis, vel cujuſcunque alterius, quouſque in denariis recepiſſent, quantum patet inferius: Alioquin omnia bona ibidem inventa diſſipaſſent & conſumpſiſſent. Erant enim deprædati ad manerium abbatis apud le Bigginge duo affri, duo boves, & una vacca, de pretio quadraginta ſex ſolidorum & octo denariorum. Item ibidem novendecim quarteria frumenti; ſeptendecim quarteria braſei, & triginta tria quarteria avenæ, de pretio tredecim marcarum & dimidii. Item Ballivi comitis Warennæ aſportarunt bladum de manerio de Tinewelle & Thurleby ad valorem decem marcarum: item deprædati fuerunt apud Walmisforde de carectis abbatis tredecim equi de pretio viginti quatuor marcarum. Item de longa carecta in itinere verſus regem quinque equi de pretio triginta marcarum. Præter hæc abbas dedit domino regi exiſtenti apud Stamforde unum equum de pretio viginti quatuor marcarum. Item Rogero de Leybourne unum equum de pretio quatuordecim marcarum. Item domino Berengario le Moine unum equum pretii decem marcarum. Item in aliis exenniis domino regi ibidem factis, & regi Alemanniæ fratri regis, & domino Edwardo regis primogenito centum quatuordecim libras, quinque ſolidos & novem denarios. In præbendis equorum expenſis eodem tempore ad opus domini Edwardi la Souche & aliorum ſeptuaginta novem ſolidos decem denarios. Summa denariorum prædictorum tempore dicti Roberti abbatis. ———

VENIENTE rege, Barones caſtellum reliquerunt, deprædationes & incendia facientes per patriam: tandem apud Lewes regi cum ſuis obviarunt, ubi pluribus interfectis in bello, rex & Edwardus filius ſuus ac alii magnates per Barones capti fuerunt.

fuerunt. Unde rex per totam æſtatem ſequentem Londini apud ſanctum Paulum moram traxit in cuſtodia Baronum. Edwardus vero filius regis miſſus eſt ad caſtellum de Dovere: alii magnates, qui capti erant cum illis, ad alia loca diverſa. Barones vero per univerſam Angliam magnalia facientes, de abbate de Burgo graves fines ceperunt, ex eo quod abbas tenuit cum rege & ſuis. Sed unum multum valuit abbati & abbatiæ; toto enim tempore guerra durante, idem abbas panem & cerviſiam cum aliis cibariis, in quantum potuit, ſemper parari fecit. Ita quod omnes, qui venerant, ſive ex parte regis, ſive ex parte baronum, portis abbatiæ ſemper apertis, fertiliter erant refecti. Ob illam cauſam maneria abbatiæ Burgi in pluribus locis ſalvata fuerunt ab incendiis & aliis malis; tanto tamen populo ſuperveniente, multotiens contigit, quod quando conventus poſt ſervitium celebratum, hora nona, more ſolito, in refectorio pro ſe victum ſperabat optinuiſſe: non erat companagium in tota abbatia, nec in partibus propinquis, quouſque de Stanforde abduceretur. Et aliquando in itinerando fuit deprædatum.

POST etiam dictum bellum de Lewes abbas fecit finem cum domino Simone de Monteforti comite Leyceſtriæ pro viginti libris argenti. Item pro fine facto cum domino Gilberto comite Gloverniæ viginti libras. Item pro fine facto cum domino Henrico de Monteforti ſex libras tredecim ſolidos & quatuor denarios. Item cum domino Simone de Monteforti juniori ſex libras tredecim ſolidos quatuor denarios. Item cum domino Johanne filio Johannis ſex libras tredecim ſolidos quatuor denarios. Item cum domino Henrico de Haſtinge ſex libras tredecim ſolidos quatuor denarios. Item cum domino Rogero de Leybourne centum libras. Item cum ballivis comitis Warrennæ novem libras octo denarios. Item cum caſtellano de Benifeld quinquaginta & tres ſolidos, quatuor denarios. Item cum domino Gerardo de Hedone quatuor libras. Et cum multis aliis magnatibus, qui non ſcribuntur, nec currunt ad memoriam. Summa denariorum pro finibus factis poſt bellum de Lewes, una cum ſolutionibus factis domino regi & aliis proceribus apud Notingham, cum expenſis deferentium——

POST hæc vero Edwardus regis primogenitus præſtito ſacramento corporali de pace fideliter obſervanda in regno cum

rege patre ſuo de cuſtodia deliberatus eſt: a patre & aba-ronibus recedens contra ſacramentum ſuum, congregato magno exercitu, villas & caſtra baronum deſtruxit, progrediens cum marchionibus & cum comite Gloverniæ & eorum exercitibus apud Kenilworthe. Quoniam comes Gloverniæ receſſit a baronibus, ex eo quod caſtella & maneria poſt dictum bellum non fuerunt inter eoſdem recte diviſa, ut dicebatur. Et ibi apud Kenilworthe prædicti Edwardus & comes, & qui cum eis erant, dominos Simonem de Monteforti juniorem, ac comitem Oxoniæ, & Willelmum de Monte Caniſo, & alios nobiles incautos & inermes ceperunt, & per diverſa Angliæ loca cuſtodiæ mancipaverunt; videlicet die ſabbati, Kalendas auguſti. Dictus vero dominus Simon comes Leyceſtriæ, & qui cum eo erant, ducentes regem & ſuos venerunt apud Eveſham. Cum quibus Edwardus, & comes Gloverniæ, ac marchiones bellum commiſerunt extra Eveſham pridie nonarum Auguſti die martis: in quo bello dictus Simon comes Leiceſtriæ, Henricus filius ſuus, Hugo Diſpenſator, Petrus de Monteforti, Johannes de Bello Campo, & Rogerus de Sancto Johanne, ac multi alii barones & magnates interfecti erat: rege capto & ſuis & ſic volentibus; alii plures per fugam evaſerunt. Bello finito, rex, qui quaſi in cuſtodia nuper fuerat, familiam ſuam collegit, pacem proclamans, & parliamentum ſuum in nativitate beatæ Mariæ apud Wintoniam denuncians, ubi magnam pecuniam, fere ab omnibus prælatis Angliæ, tam pater quam filius cæterique curiales extorſerunt. Unde abbas de Burgo fecit finem cum domino rege apud Wintoniam, videlicet pro trecentis triginta & tribus libris, ſex ſolidis, octo denariis: Quem rex impoſuit ei, qui tenuit cum baronibus poſt bellum de Lewes. De auro reginæ ibidem, triginta tribus libris, ſex ſolidis, octo denariis. Item de fine facto cum domino Edwardo primogenito regis ibidem, ducentis libris. Item de fine facto cum comite Gloverniæ ibidem, centum triginta tribus libris, ſex ſolidis, octo denariis. Item de fine facto cum comite Warennæ poſt dictum bellum de Eveſham pro maneriis de Caſtre, Tinewelle, & Thurleby, deliberandis a manibus ſuis, centum libris. Item de fine facto cum domino Warino de Baſſingburne, quadraginta duabus libris. Item cum caſtellano de Fodringeye, centum ſex ſolidis, octo denariis. Item de fine

facto

facto cum domino Roberto Typetot pro maneriis de Fiſkirtone & Scotere a manibus ſuis deliberandis una cum expenſis factis ibidem, ſexaginta quinque libris tredecim ſolidis quatuor denariis. Item cum domino G. de Fanecourt pro ſimili pro manerio de Colingham una cum expenſis ibidem, duodecim libris tredecim ſolidis quatuor denariis. Item cum domino Roberto Picot pro ſimili pro diverſis maneriis, quatuordecim libris ſex ſolidis octo denariis. Item Thomæ de Bultone, ſex libris tredecim ſolidis quatuor denariis. In expenſis monachorum & aliorum prædictam pecuniam apud Wintoniam deferentium ſexaginta ſolidos. Summa nongentæ quadraginta novem libræ tredecim ſolidi quatuor denarii.

RECEDENS autem rex a Wintonia apud Norhamptone, ad quem locum accedens abbas de Burgo deditque domino regi ibidem ſpontanea voluntate quinquaginta tres libras ſex ſolidos octo denarios. Item reginæ centum ſex ſolidos octo denarios. Item domino Edwardo filio regis viginti ſex libras tredecim ſolidos quatuor denarios. Iſto tempore plures magnates de exhæredatis poſt bellum de Eveſham tenuerunt caſtellum de Kenilworthe, quod rex obſedit, & miſit abbati de Burgo pro ſervitio ſuo militari, prout fecit aliis prælatis per Angliam. Veniente abbate cum ſervitio ſuo præcepto regis ad obſidionem caſtri, ubi ſeptemdecim equi ipſius abbatis erant deprædati, de pretio quadraginta librarum. Item ibidem decem loricæ cum toto apparatu de pretio quindecim librarum. In expenſis ibidem factis & denariis amiſſis, quindecim librarum ſex ſolidorum octo denariorum. Item in expenſis abbatis alia vice ibidem poſt feſtum ſancti Bartholomæi per tres ebdomadas, triginta ſeptem librarum, undecim ſolidorum. Item in expenſis ejuſdem abbatis ibidem per quindenam poſt feſtum omnium ſanctorum, ſeptendecim librarum.

DEINDE reddito caſtello progrediens rex apud ſanctum Edmundum, unde de abbate & conventu illius loci ſancti Edmundi cepit rex graves fines, videlicet octingentas marcas; ex eo quod homines dicti abbatis & conventus de ſancto Edmundo erant ad cuſtodiam maris, ne regina cum ſuo exercitu intraret in Angliam poſt bellum de Lewes. Veniens autem abbas de Burgo ad regem apud ſanctum Edmundum deditque idem abbas ibidem domino regi pro ejus amore perfecte recuperando triginta tres libras, ſex ſolidos,

octo denarios. Item pro auro reginæ ibidem ſexaginta ſex ſolidos, octo denarios. In expenſis abbatis ibidem circa feſtum purificationis viginti libras. In expenſis ſeneſcalli abbatis ibidem circa medium quadrageſimæ quadraginta ſolidos. In expenſis Henrici de ſancto Licio commorantis cum ſervitio regis per novem ebdomadas apud Cantuariam nomine abbatis de Burgo viginti quinque libras, ſeptendecim ſolidos, novem denarios. In expenſis fratris Willielmi Paris cum toto ſervitio apud Solopiſbiri per ſex ebdomadas quatuordecim libras, octodecim ſolidos. In armis emptis & reparandis ibidem ſex libras, quatuordecim ſolidos. In expenſis regis & reginæ in adventu ipſorum apud Burgum, ut patet per parcellas in rotulis abbatis, ſexcentas libras. Item Rogerus de Leyburne habuit duos equos de pretio octo librarum. Præter hæc omnia memoratus abbas de Burgo dedit domino Edwardo regis primogenito ducentas quadraginta libras, ut in tempore hoſtili monaſterium Burgi contra violatores & malefactores tueretur: licet ipſius tuitio tunc dicto monaſterio parum prodeſſe poterit. In diverſis expenſis dicti abbatis pro placito inter ipſum & abbatem de Croylande pro mariſco & pro brevibus impetrandis ducentas, quinquaginta tres libras: Ut patet in rotulis Willielmi de Wodeforde & Henrici de Overtone. In expenſis militum & aliorum tenentium hundredi in mariſco quadraginta libras. Præterea abbas prædictus tenebatur pro debito domini Johannis abbatis prædeceſſoris ſui in quadringentis quinque libris, apud Londoniam; & pro vino & cera apud Len & ſanctum Botulphum in centum ſexaginta libris, tredecim ſolidis, quatuor denariis. Iterum idem abbas pro diverſis debitis prædeceſſoris ſui obligabatur diverſis mercatoribus ſub gravibus uſuris in mille marcis. Summa, præter ſolutionem abbatis ſancti Edmundi, bis mille ſexcentæ octoginta novem libræ, quatuordecim ſolidi, unus denarius. Summa omnium præcedentium denariorum ſolutorum tempore dicti Roberti abbatis quater mille trecentæ viginti quatuor libræ, octodecim ſolidi, quinque denarii.

AD prædicta omnia facilius ſupportanda, & ea quæ ad abbatiam pertinebant melius tuenda, de communi conſenſu & conſilio conceſſa ſunt eidem abbati per conventum ex mera & ſpontanea voluntate infra ſcripta; videlicet, anno ejuſdem abbatis quarto de fratre Henrico de Ely tunc ſacriſta, ſexaginta

2

aginta ſex libræ, tredecim ſolidi, quatuor denarii. Item de Richero ſubſacriſta pro vino Johannis & Pauli tredecim ſolidi quatuor denarii. Item de eodem pro capa annua, quæ debetur de ſubſacriſta ad fontem benedicendum in vigilia Paſchatis, & alba, quæ debetur de eodem quolibet anno ad cereum paſchale benedicendum, centum ſolidi. Item de eodem de dono obedientiæ centum & tredecim ſolidi, quatuor denarii. Item de eodem pro anniverſario fundatorum, quadraginta ſolidi. Item de vino de ſexdecim principalibus feſtis per duos annos debito de abbate, octo libræ. Item de vino præſidentis & ſacerdotis per duos annos debito de Pokebroke, viginti libræ. Item de Godwino tunc eleemoſynario pro magno anniverſario, & pro anniverſario Walteri abbatis quatuor libræ.

ITEM anno ejuſdem abbatis ſexto ad inſtantiam & petitionem ipſius abbatis ex ſpeciali gratia & mera & ſpontanea voluntate idem conventus conceſſit prædicto abbati quandam ſummam pecuniæ infra ſcriptam; videlicet de Ricardo de Londonia tunc ſacriſta viginti libras. Ita tamen quod ſi pro utilitate domus eat vel mittatur per abbatem, de prædictis viginti libris expenſas percipiat. Item de Willielmo de ſancto Edmundo tunc camerario ſexaginta ſolidos. Ita tamen quod ſubtrahantur de ſolutione ſua viginti ſolidi ad Paſcha, & viginti ſolidi ad feſtum ſancti Johannis, & viginti ſolidi ad feſtum ſancti Michaelis. Item de Richero pro capa & alba debita, ut ſuperius dictum eſt, centum ſolidos. Item de dono ejuſdem Richeri eidem abbati ad petitionem conventus viginti ſex ſolidos octo denarios. Item de Roberto de Swafham tunc pitanciario quadraginta ſolidos. Item de Godwino tunc eleemoſynario quadraginta ſolidos, ita quod nihil ſubtrahatur de aſſiſa. Item de Johanne de Ketene tunc infirmario ſex ſolidos octo denarios.

ITEM anno ejuſdem abbatis ſeptimo ad inſtantiam & petitionem ipſius, conceſſit conventus eidem de Ricardo de Londoniis tunc ſacriſta pro multis gravaminibus ſibi illatis ſexaginta libras. Item idem abbas habuit de dono conventus poſt electionem ſuam de vaſis argenteis domini Johannis prædeceſſoris ſui viginti libras. Item de furno villæ Burgi centum ſolidos. Item de plumbo extracto a terra libras quinquaginta & unam. Item de theſauraria conventus tredecim

libras, ſex ſolidos, octo denarios. Item de auxilio de Pilleſgate centum ſolidos. Item unum cyphum argenteum cum pede Johannis abbatis pretii viginti quinque ſolidorum. Item de warda domini Galfridi domini de Milton militis, triginta tres libras, tredecim ſolidos, quatuor denarios. Item de cellerario conventus per ſex annos centum quadraginta ſeptem libras, octodecim ſolidos, quatuor denarios. Videlicet quolibet anno viginti libras & amplius. Item habuit de warda de Bringhirſt ſexaginta ſex libras, tredecim ſolidos, quatuor denarios. Item de Alfredo ballivo de Burbyri pro corrodio ſibi vendito viginti libras. Item pro corrodio matris Adæ Ceſtertone eodem anno, tredecim libras, ſex ſolidos, octo denarios. Item habuit de obedientiariis pro decima & viceſima domini regis quantum ſolvebat regi. Item habuit eodem anno de Ricardo le Suon pro uno corrodio viginti ſex libras, tredecim ſolidos, quatuor denarios.

Item de conventu anno ſuo nono ex mera & ſpeciali gratia conventus, ſcilicet de Ricardo de Londoniis ſacriſta quadraginta libras. De Richero ſubſacriſta pro capa & alba debita de duobus annis, octo libras, ſex ſolidos, octo denarios. Item de auxilio de Pilleſgate centum ſolidos. Summa ſexcentæ ſexaginta duæ libræ ſexdecim ſolidi, octo denarii.

Ad prædictas ſummas & omnes portiones pecuniæ prædictæ diverſis temporibus de conventu receptas idem abbas obligavit ſe, per cartam ſuam ſigillo ſuo ſignatam, ſolvendas quam citius commode fieri potuit: humiliter & devote regratians ſuis fratribus omnibus & ſingulis de eorum benignitate & beneficiis eidem diverſimode collatis. Item habuit idem abbas præter talliagium hominum ſuorum de boſco de Grimeſhawe octoginta ſeptem libras, quindecim ſolidos. Item de boſco de Scotere nonaginta libras. Item de boſco de Fiſkertone ultra venditionem conſuetam ſexaginta libras. Item habuit de ſpeciebus ex gratuita conceſſione conventus de portione conventui debita & conſueta per quatuor annos octodecim libras, tredecim ſolidos, quatuor denarios. Summa ducentæ quinquaginta ſex libræ, octo ſolidi, octo denarii. Summa omnium receptuum prædictorum nongentæ novendecim libræ, quinque ſolidi, quatuor denarii.

Hæc

Hæc omnia prædicta habuit idem abbas de conventu ex mera illorum & ſpontanea voluntate; & in vita ſua plurima recepiſſet, ſi voluiſſet. Sed frequenter dixit: valde ei diſplicuit, quod tantum vexabatur conventus; pro ipſo fideliter promittens, quod poſt relevationem domus reſtitueret conventui & officiis ſingulis, quicquid ab eis receperat, quod incepit, & melius conſummaſſet, ſi vixiſſet. Sed morte præveniente propoſitum ſuum ad effectum perducere non potuit.

Hic anno regiminis ſuſcepti undecimo, & prælationis ſuæ ultimo, a papa Innocentio quarto, ad concilium generale apud Lugdunum celebratum citatus, cum aliis prælatis Angliæ ibidem acceſſit, & concilio interfuit: quo celebrato ipſe iter verſus Angliam arripuit. Sed idem Robertus abbas Burgi, morbo quo obiit ingraveſcente, in tranſmarinis partibus vitam finivit decimo ſeptimo Kalendarum Aprilis, qui tunc fuit dies Veneris proximus poſt feſtum ſancti Gregorii apud Herningiſham manerium domini Johannis le Moygne, ibidem eviſceratus & ſepultus eſt in quodam monaſterio canonicorum, quod dicitur Bellus Locus juxta Bononiam ſanctæ Mariæ: domino Radulpho abbate de Croyland officium ſepulturæ ejus miniſtrante: præſentibus multis prælatis, abbate de Thorneye & aliis: cor autem ejus in cupa cooperta apud Burgum delatum eſt, & coram altari ſancti Oſwaldi in eodem monaſterio tumulatum eſt: Anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo quarto.

Hic etiam de hiis quæ contulit ei conventus, & de exitibus maneriorum ſuorum reſtauravit infra ſcripta: videlicet, levavit unam novam boveriam apud Caſtre de ſumptibus viginti duarum marcarum; apud Witheringtone, unam grangiam de ſumptibus viginti marcarum. Item ibidem unum boſcarium de ſumptibus ſeptem marcarum & dimidii: apud Thurleby unum boſcarium de ſumptibus ſex marcarum: apud Glintone unam cameram de ſumptibus octo marcarum: apud Colingham unum boſcarium, & unam bercariam de ſumptibus ſex marcarum: apud Walecote unam cameram de ſumptibus quinque marcarum: apud Burgbiri medietatem unius grangiæ de ſumptibus quindecim marcarum: apud Undele unam cameram de ſumptibus quadraginta ſex ſolidorum, octo denariorum. Summa, ſexaginta duæ libræ.

ADQUISIVIT

Adquisivit etiam idem Robertus apud Scotere quindecim ſolidos annui redditus pro duodecim marcis. Apud Fiſkertone octo ſolidos annui redditus pro ſex marcis. Summa, duodecim libræ. Summa utriuſque, ſeptuaginta quatuor libræ.

Emit inſuper ſeptendecim libros: Ut patet in rotulis præcentoris. Aſſignavit utique idem abbas Robertus ad ejus anniverſarium quinquaginta tres ſolidos, quatuor denarios, ut patet per cartam ſuam.

Omnibus Chriſti fidelibus præſens ſcriptum viſuris vel audituris, Robertus de Suttone permiſſione divina abbas de Burgo ſancti Petri ſalutem in Domino ſempiternam. Noverit univerſitas veſtra nos conceſſiſſe & aſſignaſſe devoto & prædilecto conventui noſtro unam marcam annuatim de terra quondam Johannis le Sarmouner in Reſham percipiendam, & quadraginta ſolidatas annui redditus ad anniverſarium noſtrum in die obitus noſtri perpetuo faciendum; quem quidem redditum idem conventus de quadam terra quæ quondam fuit Roberti de Scotere annuatim plenarie percipiet quam citius terra quam Alicia de Scotere pro prædicta terra de nobis in eſcambio ad manus noſtras reverterit & de nobis humanitus contigerit. In cujus rei teſtimonium præſenti ſcripto ſigillum noſtrum appoſuimus; datum apud Burgum, anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo tertio, die Lunæ proximo ante feſtum cathedræ ſancti Petri apoſtoli. Dies vero anniverſarii ſui eſt decimus ſextus kalendarum Aprilis. Receptores enim conventus percipiunt annuatim de abbate prædictum argentum & faciunt anniverſarium memoratum.

Univerſis Chriſti fidelibus præſentes literas viſuris vel audituris, Robertus permiſſione divina abbas de Burgo ſancti Petri ſalutem in Domino ſempiternam. Noverit univerſitas veſtra nos mutuo recepiſſe de conventu noſtro de Burgo octoginta marcas ſterlingorum ad liberandum nos de manibus mercatorum Caturcenſium, quas bona fide promittimus ſolvere eidem conventui noſtro, quam cito facultas ſe obtulerit, in pecunia numerata vel aliquo alio modo, ſi commodius fieri poſſit ad utilitatem ejuſdem conventus. Ad quod nos & ſucceſſores noſtros abbates tenore præſentium obligamus. In cujus rei teſtimonium præſentibus ſigillum noſtrum duximus apponendum. Datum in capitulo noſtro publice a-

pud Burgum, anno domini MCCLXX. Menſe Februarii.

Successit eidem Roberto frater Ricardus de Londone.

## De Ricardo de Londonia quondam abbate Burgi, & ejus operibus.

Ricardus de Londonia monachus Burgi & profeſſus, natus fuit in occidentali parte civitatis Londoniæ extra muros in parochia ſancti Pancratii; vir fuit elegantis formæ & ſtaturæ pulcherrimæ. Hic de gradu in gradum proficiens: Primo ſubcamerarius, ac inde tertius prior, poſtea matureſcente ætate ſacriſta efficitur. Et ſic exigentibus meritis decedente abbate Roberto de Suttone unanimi aſſenſu, ipſo tamen renitente, in abbatem eſt electus anno Domini MCCLXXIV. V iduum Aprilis die proximo poſt diem Paſchæ anno ætatis ſuæ LX. Hic pacis & caritatis amator, ſemper ea, quæ pacis & caritatis erant, fovebat. Portionem conventus continuo aumentare ſtudebat, & plura officia ex parte conventus in redditibus ampliabat. Videlicet officium infirmariæ ad mappas infirmorum renovandas de VI ſol. & VIII den. aumentavit. Et officium ſubcellerariæ ſub certo conſtituit & carta ſua confirmavit ut hic patet.

Universis Chriſti fidelibus præſens ſcriptum viſuris vel audituris, Ricardus de Londonia miſeratione divina abbas de Burgo ſancti Petri ſalutem in Domino ſempiternam. Noverit univerſitas veſtra nos conceſſiſſe ordinaſſe & ſtatuiſſe pro nobis & ſucceſſoribus noſtris perpetuis temporibus obſervandum ad honorem Dei & utilitatem tam hoſpitalitatis, quam eleemoſynæ ac religionis augmentum; pacem, & quietem tam obedientiariorum quam totius capituli noſtri; quod conventus habeat de cætero granarium per ſe ſuis ſumptibus conſtruendum & reparandum, & quod cuſtos granarii prædicti de communi conſilio conſtitutus recipiat de granario abbatis qui pro tempore fuerit totam liberationem quæ ad conventum ſpectare conſuevit, ſecundum antiquam aſſiſam frumenti & braſii cujuſcunque generis bladi fuerunt per dictum cuſtodem diſtribuendam & in uſus pios convertendam. Ita quod cuſtos qui pro tempore fuerit habeat electionem totius frumenti abbatis braſii & piſarum ſecundum aſſiſam prædictam; videlicet de frumento ſin-

gulis diebus unum quarterium & unam eſke per menſuram regis, & ſingulis ebdomadis dimidium quarterium & dimidiam eſke frumenti de aſſignatione domini Roberti de Lindeſeye abbatis pro octo monachis per ordinationem ſuam ad conventum augmentatum; præter particulares donationes quæ diſtribuuntur in principalibus feſtis & in die abſolutionis ad mandatum, & præter alias particulas minutas quæ ſæpe contingunt per annum. Idem etiam cuſtos percipiet de braſio ſingulis ebdomadis quando braciatur, de ordeo puro octodecim quarteria & quatuor eſke de braſio ordei. Quando vero braciatur de ordeo & drageto, tunc percipiet in ebdomada XX & unum quarterium & quinque eſke, & dimidiam. De drageto XIV quarteria & unam eſkem & dimidiam quando vero braciatur de Mayſmalt: quod eſt pro majore parte de avena. Tunc percipiet in ebdomada XX & IV quarteria & unam eſke & dimidiam, videlicet de braſeo ordei ſeptem quarteria & dimidium. Et de Mayſmalt XVI quarteria V eſke & dimidiam percipiet: & qualibet ebdomada unum quarterium de braſio ex dono & conceſſione noſtra præter omnem aſſiſam braſei ſupranotatam. Et ſi aliquod prædictorum frumenti, braſei vel piſarum ad opus conventus minus utile fuerit: quæratur in villa vel alibi quod melius poterit inveniri ad cuſtus abbatis. Volumus etiam, ordinavimus & ſtatuimus quod conventus habeat de cætero omnes proventus & utilitates ſecundum capituli ordinationem quæ potuerunt provenire de omnibus & ſingulis ſupranotatis. Ita quod dictus conventus per abbatem & ſuos miniſtros qui pro tempore fuerint, omni ſolatio & quiete gaudeat, ut decet, ſuo perpetuo. Et ne aliquis abbas futurus ad ulteriorem liberationem teneatur ex debito niſi aliquid facere voluerit gratioſe: Nec ad excuſationem prædictæ liberationis faciendam, nec ad retardationem ſubſtractionem ſeu diminutionem aliquam obſtare valeat vacatio abbatiæ, aut cariſtia, vel defectus cujuſcunque bladi: Quin prædicta liberatio cuſtodi granarii conventus ad ſuam & ſuorum ſuſtentationem ac conſuetam hoſpitalitatem faciendam plene fiat ſine aliqua diminutione.

Si vero placuerit & opportunum videatur conventui piſtrinum & bracinum habere ſeparatim; bene libeat eidem nova conſtruere in loco competenti ſine contradictione cujuſcunque & famulos ſibi in ipſis ordinare & ſumptibus ſuis

ſuſtentare.

ſuſtentare. Et ut iſta ordinatio & conceſſio noſtra perpetuæ firmitatis robur obtineat, præſens ſcriptum ſigilli noſtri una cum ſigillo capituli appoſitione roboravimus. Datum &c.

Ipse etiam granarium conventus ædificari fecit, & quod miniſtri abbatis de hujuſmodi non intromitterent, diffinivit. Adquiſivit enim idem abbas Ricardus cum auxilio ſui conventus manerium de Gounthorp & boſcum de Hawelound cum terris, pratis, paſcuis, & paſturis, de domino Galfrido de Suthorpe milite pro CCL marcis Sterlingorum, ad quam ſolutionem faciendam recepit idem abbas ex parte conventus de fratre Willelmo de Louhtone tunc cellerario conventus LXXXVIII marcas argenti. Super quo factum erat tunc temporis tale memorandum in regiſtro conventus. Memorandum quod anno Domino MCCLXXX & anno prælationis domini Ricardi abbatis VI conceſſum eſt per eundem abbatem & conventum, quod cellerarius conventus qui pro tempore fuerit, recipiet de theſauraria conventus annuatim pro manerio de Gonethorpe LIV ſolidos, & IV denarios, donec perſolvantur plenarie LXXX & VIII marcæ, quas idem abbas recepit ex mutuo de fratre Willelmo de Louhtone tunc cellerario conſenſu conventus ad ſolutionem faciendam domino Galfrido de Suthorpe pro manerio prædicto.

Valet enim illud manerium per annum XX marcis; Statuit etiam idem abbas quod X marcæ de eodem manerio aſſignentur annuatim ad anniverſarium ſuum: videlicet V marcæ ad refectionem fratrum, & V marcæ ad diſtributionem omnium pauperum eodem die advenientium. Conventus vero procuretur in vino, flatonibus, & piſcibus, illo die vel aliis diebus, prout melius poterit expediri: Et ponatur ferculum ad menſam ad opus pauperum illo die vel aliis diebus de dicto anniverſario prout conventus procuratur. Salvis aliis quæ fiunt pro abbatibus per cellerarium conventus debitis & conſuetis; ita ut quilibet pauper habeat unum panem pretii quadrantis & II alleces; de reſiduo ſi quod fuerit, viſitentur pauperes in villa; & illi maxime qui non valent præ verecundia mendicare, ſervientes in eccleſia in Sartrino; & alii qui libenter veniunt ad ſigna pulſanda, monacho diſtribuente debent reſpici caritatis intuitu. Alias autem X marcas aſſignavit annuatim theſaurariæ conventus ad uſum ejuſdem. Boſcum de Hawelund aſſignavit ſacriſtiæ; ita videlicet ut cum prima veſtura illius

boſci emeretur unum veſtimentum ad celebrandum officium divinum die anniverſarii ſui. Quod quidem veſtimentum frater Willelmus Salmon ſacriſta poſtea emit cum prima prædicta veſtura boſci prædicti; videlicet capam, caſulam & tria Dalmatica de rubeo veluto non brudato, & V albas cum paruris de eodem rubeo veluto cum ſcutis diverſi coloris bene brudati, cum II ſtolis & tribus manipulis de eadem ſecta bene brudata & I ſtola cum I manipulo de eodem veluto non brudato. Dedit etiam idem abbas unam albam de rubeo Samito cum ymaginibus ſtantibus aurifragiatis, cum ſtola & manipulo de eodem Samito brudatis cum vineis & capitibus regum & epiſcoporum: Libros etiam XII donavit eccleſiæ ſuæ, ut patet in rotulis præcentoris.

TEMPORE ipſius abbatis comes Gloverniæ dominus Gilbertus de Clare, qui erat unus ex majoribus terræ, quoniam filiam regis Angliæ duxerat in uxorem, dictum abbatem de manerio de la Bigginge implacitavit: exiſtente die placiti videlicet in craſtino ſancti Nicolai anno Domini MCC octogeſimo V & anno regni regis Eduuardi filii regis Henrici XIII coram juſticiariis itinerantibus apud Northampton dictus comes dictum abbatem per manum accepit & ſimul ſedebant illo die, & fraudulenter hoc fecit ut abbas non haberet ſerjanciam pro negotiis ſuis expediendis, nec ut aliquis pro cauſa ipſius abbatis ſe opponere ſeu defendere quoquomodo auderet: Abbate tunc petente a Juſtitiario ut unus ex ſuis monachis reſpondere poſſet: Juſtitiario non negante ſurrexit frater Willelmus de Wodeforde tunc ſacriſta ab abbate ſuo benedictionem petendo perrexit ad Barrum, nec faciem ipſius propter timorem comitis verebatur: Sed quaſi petra firmiſſima ſupra petram id eſt Chriſtum fundata, negotia ſua ut fidelis miniſter perſonaliter defendebat, petens viſum brevis & optinuit, quo viſo rogavit ut ab alio legeretur, quo perlecto petiit judicium ſuper defectum in brevi, quoniam ſcriptum erat, Rex Norhamtoniæ ſalutem, hoc verbo vicecomiti omiſſo unde proſtratum erat illud breve, & comes ſine die.

ISTO peracto dictus comes feſtinavit ſe apud regem ad impetrandum aliud breve ſuper eodem & optinuit: abbas autem habito ejus conſilio miſit Johannem de Aſhfordeby rectorem eccleſiæ de Caſtre, & dominum Henricum rectorem eccleſiæ de Cloptone, & Bernardum de Caſtre apud regem. Venientibus

tibus iſtis ad curiam regis invenerunt comitem prædictum loquentem cum rege. Tremebant & non audebant attingere ad regem propter timorem comitis. Recedente comite a rege cum brevi ſuo; alii ex parte abbatis acceſſerunt ſuggeſtionem regi facientes, & verum dixerunt quod domus de Burgo domus ſua erat, & ex progenitoribus ſuis fundata & nihil poſſet abbas perdere quin ipſe perderet; ita loquentes, quod dominus rex conceſſit eiſdem per breve ſuum quod abbas non reſponderet alicui ſine rege, & habuerunt per clericos cancellariæ quod datum in brevi pro comite erat talis diei hora tertia. Ideo in brevi pro abbate appoſita erat per eorum conſilium ejuſdem diei hora prima: receſſerunt a curia regis cum magna celeritate venientes apud Norhamtoniam ubi bis vocati fuerunt abbas & comes antequam venerunt. Tertia vice vocatæ fuerunt partes prædictæ & apparuerunt hora VI; tunc dictus comes demonſtravit breve regis pro ipſo, cujus datum erat tali anno, & tali die, hora tertia. Et abbas demonſtravit breve regis pro ſe quod ſine rege non reſponderet alicui. Cujus datum anno & die ut in brevi pro comite ſed hora prima. Et ſic ceſſavit placitum, ita quod abbas cum manerio ſuo ivit quietus, & comes ſine die. In ipſius etiam abbatis Ricardi tempore dum ſtetit in officio ſacriſtiæ erecta eſt turris magna ad oſtium eccleſiæ & perfecta in qua pendent magnæ campanæ. Fecit etiam fieri duas campanas dum fuit ſacriſta quæ vocantur les Londreis, quia ipſe de Londoneis erat, & de Londone eas adduci fecerat.

IN ejus tempore inchoata eſt capella beatæ Mariæ virginis anno Domini MCCLXXII per venerabilem virum dominum Willelmum Parys tunc priorem qui primum lapidem totius capellæ fabricæ apponens manu propria: plurimaque evangelia in quadam ſcedula ſcripta ſub eodem lapide appoſuit. Ad hujus etiam fundamenti initium fuerunt plures de confratribus, & alii viri nobiles; ympnum, Veni creator Spiritus, ad laudem & gloriam virginis glorioſæ devote pſallentes. Vir iſte non ſolum opus iſtud inchoavit, verum etiam per gratiam continuandam cœlitus conſummavit. Iſta capella ex lapidibus & lignis conſtructa plumbo cooperta, & feneſtris vitreis decenter ornata, ymaginem dictæ virginis glorioſæ una cum genealogia circa eam deſcripta, quæ Jeſſe nuncupatur, honori-

fice fieri fecit. Deinde ymagines regum Angliæ a primo uſque ad ultimum circa parietes ſeriatim una cum eorum vita ſub compendio ſcripta, fieri perfecit.

Iste Willelmus adquiſivit quinque libratas argenti & amplius annui redditus, ad illuminationem dictæ capellæ: mortuus enim eſt, & jacet in eccleſia coram beata virgine Maria ſedente cum filio ſuper columpnam ante caput occidentale dictæ capellæ. Sepultus etiam erat ibidem die ſancti Apollinaris anno Domini MCC octogeſimo ſexto; cujus animæ propitietur Deus.

Abbas autem Ricardus prænominatus de debitis prædeceſſoris ſui duo millia marcarum acquietavit: & laudabiliter vixit. Poſtquam etiam eccleſiam ſuam per viginti duos annos & dimidium rexiſſet; feliciter vitam finivit, anno Domini MCCXCV in craſtino aſſumptionis beatæ Mariæ, videlicet feria tertia. Corpus cujus jacuit in camera abbatis uſque ad diem ſepulturæ ejus; interim pro ejus anima diebus ac noctibus pſalteria & aliæ devotiones a fratribus dicebantur: feria vero ſexta ſequente ſtatim poſt capitulum in eccleſiam per portam abbatiæ, ut moris eſt, a toto conventu deferebatur; & in craſtino ante altare ſancti Andreæ honorifice ſepulturæ tradebatur. Abbas de Rameſeye nomine Johannes de Sautre ad hoc ſpecialiter vocatus officium ſepulturæ prædictæ miniſtravit; præſentibus domino Odone abbate de Thorneye, domino Radulpho abbate Croilandiæ, & abbate de Sautre, ac priore de Spaldinge cum baronibus, & militibus ac aliis multis magnatibus, qui eo die poſt officium ſepulturæ peractum omnes in refectorio comederunt. Poſt prandium vero cunctis adhuc in refectorio exiſtentibus acceſſit quidam famulus, nomine regis, qui ſeyſivit totam abbatiam in manum regis, tam ea quæ ſpectabant ad baroniam, quam ad ſingulares obedientiarios. Et poſt, duo alii ſucceſſive, videlicet unus miles & alius clericus nomine magiſter Ricardus de Norhamptonia: qui homagia de tenentibus abbatis tam infra Naſſum Burgi quam extra ceperunt; & in craſtino ſancti Bartholomæi hundredum apud Finſet tenuerunt, ſicut antiquitus fieri conſuevit, ſcilicet ibi vel apud molendinum de Croylandia, vel juxta fontem ejuſdem villæ.

Die autem ſepulturæ prædicti patris Ricardi, frater Willelmus de Wodeforde tunc ſacriſta, & frater Ricardus de Colſtone tunc Pitanciarius ingreſſi ſunt refectorium in fine prandii, præſentibus abbatibus, baronibus & aliis magnatibus, poſtulantes a domino Waltero de Walingforde tunc priore, & ab aliis prælatis ibidem reficientibus benedictionem, orationem, & ſuffragia: optentis illorum benedictione & ſuffragiis; ſtatim regis curiam adierunt licentiam eligendi abbatem petentes, quod & gracioſe impetraverunt a domino rege. Redeuntibus illis de curia, fuit dies electionis in feſto decollationis ſancti Johannis Baptiſtæ proximo futuro. Et ſic in eodem feſto ſuper Willielmum de Wodeforde deſcendebat electio.

## De Willielmo de Wodeforde abbate & monacho Burgi.

Willielmus natus in Schelton, & vocatus de Wodeforde, quia ibi erat nutritus cum quodam amico, de officio ſacriſtiæ per viam compromiſſi electus eſt in abbatem Burgi. Vir autem erat eloquens & in mundana ſapientia excellenter edoctus, & in jure canonico & in civili expertus. Virtutum & morum bonorum floribus repletus, inter omnes religioſos Angliæ ſingulariter effulſit. Hic per biennium ante electionem ſuam propter invalitudinem prædeceſſoris ſui abbatis Ricardi per injunctiones domini Oliveri Lincolniæ epiſcopi coadjutor abbatis erat, & omnem curam habebat tam infra monaſterium quam extra. Sed in temporibus Johannis & Roberti abbatum continuo domus negotia tam in curia regis quam alibi exequebatur.

Iste poſtquam in abbatem eſt præfectus, jura eccleſiæ ſuæ & libertates ſtrenue gubernabat. Hic enim, ut dicebatur, quoad religionem ſic habebat, quod in ſuis actibus irreprehenſibilis erat: ſubditis ſuis pium exemplum transfundens, unde propter excellentiam ſapientiæ & religionum, in generali capitulo apud Glaſconiam celebrato, præſidens erat electus anno prælationis ſuæ tertio. Hic erat manſuetus, & benignus,

nignus, mitis & affabilis omnibus & ſingulis, & præcipue confratribus ſuis, nunquam aliquem maledixit, nec juramentum aliquod emiſit: Boſcum, vel alnetum, vel aliquod genus arborum nunquam vendere voluit: ſed ſi miles, vel aliquis alius vicinus arborem ab eo poſtulaſſet, XX ſol. vel unam marcam, vel X ſol. aut dimidium marcæ ei dare præcepit, ſecundum poſtulantis conditionem; dicens ſe non auſum eſſe conſumere theſaurum eccleſiæ ſuæ. Confratres ſuos, & præcipue infirmos de cibis ſibi appoſitis, & vino frequenter viſitavit.

Hic enim dum fuit ſacriſta manerium de Suthorp cum boſco de domino Galfrido de Suthorpe milite, magnis laboribus & expenſis adquiſivit, quod valet per annum XX libras. Et poſtea dum fuit abbas aſſignavit illud idem manerium conventui. Similiter dum fuit ſacriſta fecit fieri in hoſtillaria conventus magnas cameras. Ac etiam dum abbas erat, in abbatia capellam abbatis renovavit magnis ſumptibus. Similiter in abbatia fieri fecit unam grangiam fœni. Et apud Eye unum molendinum ventricum, & aulam ibidem in manerio incepit. XVII libros eccleſiæ ſuæ donavit, ut patet in rotulis præcentoris. Acquietavit etiam de debitis prædeceſſoris ſui Ricardi DCCCC marcas. Approbavit inſuper conceſſionem, ordinationem, & ſtatutum prædeceſſoris ſui prædicti ac in perpetuum confirmavit ſub hac forma.

Ego frater Willielmus, monaſterii prædicti miniſter, & prædicti venerabilis patris domini Ricardi abbatis proximus ſucceſſor, quantum in me eſt, pro me & ſucceſſoribus meis ratifico & confirmo plene & integre ſecundum cartæ tenorem prædeceſſoris noſtri ſupradicti. Et quia in tempore meo ſuper liberationem XIII panum per diem qui dicuntur maſtivi controverſia movebatur; ego dictus Willelmus abbas mera & ſpontanea voluntate, liberationem VII maſtivorum de piſtrino abbatis perpetuis temporibus liberandorum pro me & ſucceſſoribus meis gratis aſſumpſi faciendam, viz. duobus ſervientibus in Sartrino; ſervienti camerarii qui dicitur Wodeman: ſervienti de piſtrino qui dicitur Lodeſman; & ſervienti refectorarii qui dicitur pincerna. Ita quod cellerarius conventus reſpondeat VI ſervientibus coquinæ conventualis de VI maſtivis eiſdem per diem ſpectantibus. In cujus rei teſtimo-

nium præſenti ſcripto ſigillum meum una cum ſigillo conventus eſt appenſum.

Cum autem appropinquaſſet dies reſolutionis ſuæ, tactus infirmitate, qua obiit, convocari fecit fratrem Walterum de Walingforde tunc priorem, & omnem congregationem; ſacramenta eccleſiaſtica ipſis præſentibus accepit, donans pacem omnibus. Obiit vero die ſancti Firmini epiſcopi anno prælationis ſuæ quarto finiente, præter tres ebdomadas, & VI dies. Sepultus eſt etiam ante altare ſancti Andreæ. Et vacabat abbatia a die ſancti Firmini uſque ad diem Sergii & Bachi.

## De nobili Godefrido abbate, & ejus operibus.

Godefridus venerabilis monachus Burgi & profeſſus, natus & vocatus de Croyland de officio pitanciarii electus eſt in abbatem Burgi, anno Domini MCC nonageſimo IX in die ſanctorum Sergii & Bachi; & fecit ingreſſus ſuos die ſancti Thomæ martyris infra natale Domini. Rex autem Edwardus filius regis Henrici tertii miſit eidem abbati ad ejus ingreſſus unam cuppam formoſam de argento & deauratam, cujus pretium C ſolidi, quod maximum ſignum amoris erat de tanto domino. Similiter cum idem abbas in prima creatione ſua pro vacatione abbatiæ finem fecerit cum eodem domino rege pro mille marcis de Kokedone, & pro auro reginæ pro centum marcis de Kokedone, idem rex ſecrete munivit eundem abbatem ut feſtinaret ſe cum ſolutione facienda de dicta pecunia, quoniam mutatio monetæ foret in feſto nativitatis Domini proxime ſequenti; & ita fuit. Deinde idem abbas petiit a domino rege confirmationem cartarum domus ſuæ, ut de poſſeſſionibus, libertatibus, & aliis; pro qua confirmatione dominus Walterus de Langetone, tunc regis theſaurarius petiit ab abbate mille marcas ſterlingorum ſine diminutione aliquali: tunc abbas requiſitus a rege quid & quantum theſaurarius petiit; reſpondit quod non poſſet minus evadere cum confirmatione cartarum, quam pro mille marcis. Rex autem ſubridens fecit vocari theſaurarium ſuum & quæſivit qualiter ſe habuit erga abbatem, qui reſpondit; niſi amicus veſter fuiſſet, non minus quam pro mille mar-

cis evaderet. Tunc rex conceſſit abbati confirmationem cartarum ſuarum ex gratia ſua ſpeciali, ita ut nil ſolveretur, niſi tantum feoda cancellariæ.

Anno ejus primo apud Eyebiri conſummavit aulam pulcherrimam quam prius abbas Willielmus prædeceſſor ejus inceperat: cujus ſumptus VI lib. XVI ſol. XI den. ob. Item ibidem incluſit landam quæ prius jacuit velut paſtura ad ſuſtentationem ferarum. Cujus ſumptus XXVI ſol. IV den. Item apud Caſtre fecit fieri unam novam boveriam in Eſtum pro profunda & lutoſa fuga boum tempore ſeminis evitanda; cujus ſumptus LII ſol. I den. Item apud Wermingtone unam novam bercariam in manerio juxta portam; cujus ſumptus XXV ſol. VI den. ob. Item apud le Bigginge unum novum ſtagnum. Item apud Irtlingburg fecit includi orientale latus manerii cum novis portis ante aulam, cum novo muro de petra, quoniam prius erat quaſi derelictum; cujus ſumptus LXIX ſol. XI den. ob. Item in abbatia fecit fieri unam garderobam fortem & pulcherrimam inter magnam eccleſiam & capellam ſuam cum almariis pulcherrimis in fine capellæ: cujus ſumptus XXIII. lib.

Summa XXXVIII lib. X ſol. X den. ob.

Anno ejus ſecundo apud Burgerbiri fecit fieri unum novum columbarium: unde ſumptus LXXIX ſol. IX den. ob. Item ibidem unum ſtagnum novum cum foſſato ſalicino ex una parte extra portam in occidentali parte: cujus ſumptus XXI lib. Item apud Eyebiri novam domum, piſtrinum & Deyere; cujus ſumptus VI lib. IX ſol. I den. ob. Item apud Rumpele prope Eyebiri cuniculare novum de ſumptibus IX ſol. VII. den. Item ibidem novum Gardinum cum pyris & pomœriis & aliis plurimis decenter ornatum. Cujus ſumptus XXIV ſol. VI den. Item apud Colingham unam novam bercariam in Dorinthorp, ubi nulla prius erat; cujus ſumptus VI lib. III ſol. VII den. Item unam vaccariam cum ſuis clauſuris juxta Oxeneye cum ingreſſu & egreſſu per pontem ad Burgfenne. Cujus ſumptus centum ſol. In IV pannis auri emptis LXX lib. XVIII ſol.

Summa denariorum de anno ſecundo præter non ſcripta XLIV lib. VI ſol. VII den.

Anno ejus tertio apud Eye fieri fecit novum molendinum ventricum, quoniam vetus erat combuſtum; cujus ſumptus VI lib.

lib. VI ſol. IV den. ob. q. Item apud Thorpe unam novam boveriam, cujus ſumptus XL ſol. V den. Item apud Waltone duas partes unius grangiæ fœni, cujus ſumptus IV lib. XVIII ſol. ob. q. Item apud Undele novum molendinum aquaticum, cujus ſumptus IV lib. IX ſol. II den. Item apud Waltone unam novam domum pro deſere, cujus ſumptus XXXI ſol. I den. Item apud Keteringe unum novum ſtabulum, cujus ſumptus XI lib. XVI ſol. Item apud Colingham unum molendinum ventricum: cujus ſumptus IX lib. IX ſol. VIII den. Item apud Fiſkirtone novum ſtabulum, cujus ſumptus VIII lib. XIV ſol. IV den. ob. Item unam domum ad portam Bolehithe pro navibus recipiendis. Item in liberatione, fratri Ricardo de Eſtwicke pro cancella de Oxeney elonganda XII lib. IV ſol. Et pro tribus feneſtris in dicta capella vitreandis X lib. Item fieri fecit quoddam Herbarium pulcrum juxta gardinum Dereby, quod circuivit duplicibus ſtagnis & pontibus & pyris & herbis delicatiſſimis, cujus ſumptus XXV lib. Et adquiſivit unum alnetum, Anglice, I holt, inter dictum herbarium & ripam de Neen.

Summa denariorum præter non ſcripta XCVI lib. IX ſol. II den.

Anno ejus quarto apud Eyebiri fieri fecit unum ſtabulum, cujus ſumptus VII ſol. V den. Item ibidem unum novum foſſatum ſalicinum inter Talholt & novum pratum, cujus ſumptus VI lib. XIX ſol. VIII den. Item apud Wermingtone, unum communem furnum, cujus ſumptus XLV ſol. X den. Item apud le Bigginge fecit aſſartari croftum inter manerium & parcum, cujus ſumptus LXI ſol. II den. Item apud Keteringe unum novum parcum fieri fecit. Item apud Fiſkirtone unum foſſatum ſalicinum inter clauſum parci & mariſcum, cujus ſumptus XX ſol. III den. Item in abbatia unam longam domum inter grangiam fœni & aulam regis, cujus ſumptus XII lib. Item incepit hoc anno novam portam abbatiæ, & fecit perſcrutari fundamentum illius infra terram ex profunditate XV pedum de virga regia, & ibidem latomi inceperunt operari.

Emit etiam de domino Rogero de Miridene terras & tenementa in Waltone, Paſtone, Gunthorp, & Witheringtone pro IX libris; & aliis curialitatibus: & valent per annum XXI ſol. IX den. quoniam ſic dimittuntur ad firmam.

De quibus aſſignavit XX ſol. annuatim ad anniverſarium domini Willielmi de Wodeforde prædeceſſoris ſui, & XXI den. aſſignavit ſervitoribus eccleſiæ pro laboribus eorum circa veſtimenta quæ dederat eccleſiæ ſuæ plicanda. Similiter aſſignavit ad dictum anniverſarium prædeceſſoris ſui prædicti unam marcam de Aluualtone & Flettone quæ dicitur Witherſilver: quos quidem denarios prædictos receptores conventus annuatim recipiunt, & ſecundum quod prædicitur faciunt & diſtribuunt, quoniam idem Godefridus in vita ſua ſic ſtatuit & ordinavit. Emit etiam pro magno altari haſtam & crucem cum ymaginibus Crucifixi, Mariæ, & Johannis ex utraque parte nobiliſſime factis de argento & deauratis.

ITEM duo magna Candelabra de argento. Item IV turibula de argento cum IV navettis & IV coclearibus argenteis, videlicet duo minora turibula pro corpore Chriſti in principalibus feſtis incenſando, & alia duo majora pro conventu incenſando. Item unum frontale cum capitibus hominum & diverſis beſtiis bene brudatis: pro quibus prædictis ſolvit XLVI lib. XI ſol. V den. ob. Item ſolvit eodem anno pro veſtimentis XL lib.

SUMMA CXXI lib. V ſol. IX den. ob.

ANNO ejus quinto apud Eyebiri fecit fieri unum columbare novum, cujus ſumptus XLVII ſol. II den.

INCEPIT etiam eodem anno manerium de Northholm, ubi nunquam fuit prius manerium, ſed jacuit velut paſtura. Incluſit etiam pratum de Cranemore in quo continentur CC acræ & amplius. Et in orientali parte de Cranemor, de terra arabili plantavit unum boſcum & vocatur Childholm. Et alios tres holmos de mariſco circuivit foſſato ſalicino; ac fraxinis & quercubus. Item ibidem fieri fecit unum novum foſſatum de ripa de Neen, uſque ad dictum manerium de Northolm. Et unum aliud foſſatum inter le Reche & mariſcum, quorum ſumptus XXXI lib. II ſol. IX den. ob. Item apud le Bigging incepit includere & facere novum parcum ex licentia domini regis, cujus ſumptus XII lib. XVIII ſol. VIII den. Item apud Cotingham reædificavit unam grangiam, cujus ſumptus VII lib. XVIII ſol. XI den. ob.

EMIT etiam hoc anno unum meſuagium & unum toftum, ſexaginta & qua tuordecim acras terræ, & quatuor acras prati cum pertinentiis, in villa de Burgo ſancti Petri, Waltone, Dodiſthorp, Cartone, Newerke, Thorpe, & Eye, pro LX

2 lib.

lib. ſterlingorum cum donis & aliis curialitatibus, & vocatur feodum Gymicii. Et cartam regis Eduuardi pro ingreſſu habendo in dictum tenementum ex ejus licentia adquiſivit ut inferius patet. Poſtea vero totam prædictam terram cum omnibus ſuis pertinentiis una cum XVIII den. de annuali redditu ad eandem terram pertinentibus, aſſignavit & donavit conventui. Et confirmationes dominorum Cantuarienſis archiepiſcopi, & Lincolnienſis epiſcopi ſuper ſententiam excommunicationis in omnes qui contra aſſignationem & donationem prædictam, aliquam partem dictæ terræ abſtulerint, & ablatum retinuerint; impetravit.

Eodem anno adquiſivit manerium de Lullingtone cum ſuis pertinentiis de Johanne filio domini Gregorii de Lullingtone militis, cum advocatione eccleſiæ ejuſdem villæ & aliis juribus pro CXIII lib. VI ſol. VIII den. Et pro uno corrodio annuatim percipiendo in abbatia ad totam vitam ipſius Johannis licentia domini regis Eduuardi ſuper præmiſſis ſpecialiter optenta ut infra patet. Corrodium ipſius Johannis erat tale, videlicet pro ſe & II garcionibus & II equis cum camera & ſtabulo in abbatia de Burgo. Ita videlicet quod idem Johannes cum ſuperioribus liberæ familiæ abbatis de Burgo & ſucceſſorum ſuorum in aula ipſius abbatis ad menſam declinaret & admitteretur: Et garciones ſui cum garcionibus ipſius abbatis ſimiliter in menſa admitterentur: Et ſi contingeret quod prædictus Johannes cauſa infirmitatis vel alia certa cauſa neceſſaria ad menſam in aula ut prædictum eſt declinare nequiverit, conceſſum erat ei quod reciperet de cellaria ipſius abbatis ſingulis diebus duos panes albos, & duas lagenas bonæ cerviſiæ & unum ferculum integrum cum uno intermiſſo de coquina abbatis: Et garciones ſui in aula ut prædictum eſt nihilominus reciperentur. Et quod perciperet pro equis ſuis cotidie fœnum ſufficiens & octavam partem quarterii avenæ, & focale ſufficiens tempore yemali in camera ſua, ac etiam quod perciperet de garderoba dicti abbatis annuatim duas robas, unam videlicet de meliori ſexta valettorum ad feſtum ſancti Martini; & aliam ad Pentecoſten ſibi convenientem pro ſtatu ſuo cum fururis decentibus & decem libris ſterlingorum annuatim ad IV terminos anni per æquales portiones. Iſtam conventionem fideliter facere promittebant dicti abbas & conventus ſub pœna XL marcarum eidem Johanni

ſolvendarum; cum eos contigerit, quod abſit, in prædicta conventione eidem Johanni minus plene ſatisfacere aut deſiſtendo deficere. Omnes iſtas conventiones penes dictum Johannem abbas & conventus prædicti fideliter obſervarunt & tenuerunt. Adquiſivit etiam idem Godefridus totum illud pratum perpetualiter poſſidendum cum novo calceto quod eſt inter Burgſen & Oxenlode quod valuit per annum aliquibus temporibus C. ſol.

PRÆDICTUM autem manerium de Lullingtone quod valet per annum XX lib. ac dictum pratum aſſignavit conventui ad ejus anniverſarium faciendum. Et eidem conventui una cum dicta terra Gymicii imperpetuum per ejus cartam confirmavit.

## Carta domini Godefridi abbatis.

NOVERINT univerſi quod anno a nativitate Domini MCCCVIII in feſto ſancti Andreæ Apoſtoli, dominus Godefridus permiſſione divina abbas de Burgo ſancti Petri, volens animæ ſuæ & animarum patris ſui, matris ſuæ, fratrum ſuorum, ſororum ſuarum, parentum ſuorum, abbatum ſucceſſorum, confratrum ſuorum, & omnium monaſterii Burgi benefactorum ſaluti proſpicere; ad æternam memoriam ordinavit, conceſſit, & aſſignavit ſacro conventui ſuo in eodem monaſterio Deo famulanti totum manerium de Lullingtone per ipſum abbatem regali aſſenſu & largitione adquiſitum cum omnibus ſuis pertinentiis & cum omni ſervitio liberorum hominum & bondorum cum omnibus commoditatibus prædicto manerio pertinentibus. Et LXXIV acras terræ cum IV acris prati & redditum XVIII den. per annum, quæ prædictus abbas in Burgo, Dodiſthorpe, Cartone, Eſtfeld, Newerk Waltone, & Eye perpetualiter adquiſivit, & totum illud pratum cum novo calceto quod eſt inter Burſen & Oxeneyelode quod idem abbas ſimiliter adquiſivit, & valet per annum centum ſol. habendum & tenendum, prædictum manerium & totam prædictam terram cum prato, calceto, & redditu cum omnibus ſuis juribus & pertinentiis imperpetuum prædicto conventui pro oneribus infra ſcriptis annuatim futuris temporibus fideliter faciendis & in uſus ſubſcriptos abſque di-

minutione committendis. Videlicet centum ſol. pro novis ornamentis eccleſiaſticis providendis, & in uſum eccleſiæ ante dictæ abſque alienatione conſervandis. Et ſi fortaſſis propter minoritatem pecuniæ, ad ornamentorum providentiam ſingulis annis non ſufficiant tunc pro diverſis annis in theſauro conventus ſub certa cuſtodia colligantur & reponantur, quouſque per diſpoſitionem conventus ornamenta decentia utiliter poterunt comparari. Et centum ſol. pro cera emenda ad inveniendum luminare & ſuſtinendum circa tumbam ipſius abbatis ſingulis annis ſuæ depoſitionis vel anniverſarii. Ita ut completis exequiarum anniverſariis ſolenniis, IV libræ ceræ capellæ beatæ Mariæ, & IV libræ altari ſanctæ Crucis & IV libræ capellæ beati Thomæ martyris juxta portam: ad honorem divini cultus conventus diſpoſitione fideliter erogentur. Et quia luminis providentia circa fratres dicti monaſterii decedentes tempore humiliationis nimis eſt exilis ut apparet; ideo abbas vult & concedit, quod XX libræ ceræ cedant in aumentationem illius, officio divino completo, diſpoſitione ſubſacriſtæ conſervandæ: Et totum reſiduum illius ceræ in prædicto monaſterio circa divina myſteria futuris temporibus honorifice dirigatur. Et centum ſol. annuatim pauperibus ad dictum monaſterium accedentibus certis temporibus juxta ordinationem ipſius abbatis dum vixerit, & poſt mortem ſuam tempore ſuæ diſpoſitionis perpetuis temporibus erogandos.

ET centum ſol. die ſuæ depoſitionis vel anniverſarii refectioni conventus ſeu recreationi in perpetuum diſtribuendos.

ET centum ſolidos pro ſuſtentatione unius ſacerdotis in capella de Northolm pro anima ipſius abbatis & animabus benefactorum prædicti monaſterii, & pro vivis ac defunctis perpetuis temporibus celebrantis: qui poſt mortem ipſius abbatis, prioris & conventus diſpoſitione ſit eligendus, & ibidem promovendus. Qui quidem ſacerdos infra prædictum manerium de Northolm hoſpitetur. Et ſi contingat per lapſum temporis aliquem futurum abbatem prædictum manerium de Northolme & capellam in aliquos uſus ita convertere vel alio modo occupare quod capellanus ibidem promotus vel promovendus ordinatione præmiſſa minime poterit divinis miniſtrare, tunc idem capellanus cum capellano ſacriſtæ in conventuali eccleſia vel in capella beati Thomæ martyris juxta portam

portam divinis intendat officiis modo ſupradicto, prædictos centum ſolidos de theſauraria conventus ſingulis annis percepturus. Hæc omnia & ſingula præmiſſa prædictus abbas vult inviolabiliter conſervari; quæ nec ceſſionis nec poſtulationis nec alienationis vel abſentiæ per loci diſtantiam cauſa qualicunque non impediat, quin ſingulæ ſuæ particulæ effectum capiant ordinatum. Omnia vero prædicta prior & conventus dicti monaſterii hujus gratiam ſubſidialem cum reverentia filiali gratanter acceptantes, unanimi aſſenſu concorditer & bona fide promiſerunt; ſe poſt mortem dicti abbatis juxta ſuam diſpoſitionem in vita ſua abſque dolo, fraude ſeu diminutione imperpetuum ſubituros & inviolabiliter, conſervaturos. Qui autem hujus ordinationis & aſſignationis beneficium temere perturbaverit, ejuſque aliquam partem abſtulerit vel ablatum retinuerit, ſeu aliquibus vexationibus fatigaverit, quin omnia integra conſerventur, eorum pro quorum benevolentia & anniverſario ordinata & proviſa ſunt uſibus humanis profutura; ſalva ſuperiorum auctoritate & juſtitia poteſtatis & honoris divini dignitate, reumque divino judicio ſe exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratiſſimo corpore & ſanguine Dei & Domini redemptoris noſtri Jeſu Chriſti alienus fiat, atque in extremo judicio diſtrictæ ultioni ſubjaceat. Cunctis autem hæc ſervantibus ſit pax domini noſtri Jeſu Chriſti, & fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Ut hæc omnia prædicta robur perpetuæ firmitatis optineant, præſenti ſcripto ſigilla dictorum abbatis & conventus ſunt appenſa. Data in capitulo noſtro die & anno ſupradictis.

## Confirmatio Domini Johannis Lincolnienſis epiſcopi ſuper præmiſſis.

NOVERINT univerſi præſentes literas inſpecturi, quod nos Johannes permiſſione divina Lincolnienſis epiſcopus quaſdam literas ſigillis dilectorum in Chriſto filiorum abbatis & conventus de Burgo ſancti Petri noſtræ diœceſis ſigillatas inſpeximus continentes &c. de verbo ad verbum prout in proxima præcedenti carta. Nos vero ordinationem, conceſſionem, & aſſignationem hujuſmodi, quantum ad nos pertinet

tinet approbantes, in hujus inſpectionis & approbationis teſtimonium, ſigillum noſtrum præſentibus duximus apponendum. Data apud Novum Locum extra Stanforde, III Idus Januarii, anno Domini MCCCVIII.

## Confirmatio Domini Walteri Cantuarienſis archiepiſcopi ſuper præmiſſis.

Noverint univerſi præſentes literas inſpecturi, quod nos Walterus permiſſione divina Cantuarienſis archiepiſcopus totius Angliæ primas, literas dilectorum in Chriſto filiorum abbatis & conventus de Burgo ſancti Petri Lincolnienſis diœceſeos tenorem inferius qui ſequitur inſpeximus continentes &c. de verbo ad verbum prout in præcedenti carta domini Godefridi abbatis. Nos vero ordinationem, conceſſionem & aſſignationem hujuſmodi quantum ad nos pertinet approbantes; in hujus inſpectionis & approbationis teſtimonium, ſigillum noſtrum præſentibus duximus apponendum. Data apud Ramiſeye XVIII kal. ſeptembris anno Domini MCCCXVI.

Et quia in carta ſua quædam eſt clauſula, quæ aliquibus videbatur obſcura; volens eam benigne declarare, ne ex ejus ambiguitate in poſterum diſceptatio oriatur, quod de reſiduo ceræ anniverſarii ſui infra triduum poſt anniverſarium ſuum celebratum quilibet frater unam libram ceræ per manus ſubſacriſtæ ſine diminutione percipiat, ad matutinos in choro vel alibi, ſecundum ſingulorum devotionem expendendam.

Solvit etiam idem Godefridus in dicto ejus anno quinto pro veſtimentis eccleſiaſticis emendis XXVII libras, II ſolidos, II denarios. Adquiſivit etiam eodem anno unam ſergantiam in coquina conventus quæ vocatur Whitecoke, & valet per annum X ſol. & per ejus cartam conventui aſſignavit. Ordinavit inſuper & ſtatuit ac per cartam ſuam confirmavit pro fratribus ſuis apud Oxeneye commorantibus Deo & beatæ Mariæ ibidem famulantibus, ſingulis annis imperpetuum tresdecim petras caſei pro æquali portione percipiendas in manerio de Eye, & ſingulis ebdomadis inter feſtum inventionis ſanctæ Crucis & feſtum exaltationis ſanctæ Crucis quartam partem unius petræ butyri & duas lagenas lactis ibidem, ita quod

ſingulis annis perceptio cujuslibet portionis inter cuſtodem eccleſiæ prædictæ & cuſtodem manerii de Eye plenarie tallietur, ut utriuſque partis ignorantia plenius excludatur.

VOLUIT etiam & ordinavit quod in anniverſario domini Ricardi de Londone, ac domini Willelmi de Wodeforde prædeceſſorum ſuorum XXIV cerei de reſiduo ceræ anniverſarii ſui circa tumulum eorundem honorifice apponantur & illuminentur ſingulis annis, cum dicti dies advenerint imperpetuum.

SUMMA denariorum de anno V CCLIV lib. XVI ſol. V den.

ANNO ejus ſexto fieri fecit novos redditus ad finem del Weſtgate; cujus ſumptus XIII lib. IX ſol. III den. & aſſignavit ad Burgbyri, & valent per annum ——.

ITEM fieri fecit unum calcetum ſub parco Burgi cum foſſato ſalicino. Item conſummavit manerium de Northolm, cujus ſumptus XXXVIII lib. III den. Plantavit etiam unum boſcum juxta manerium prædictum; fecit etiam fieri apud Walcote ſuper Humbrum novum columbare, cujus ſumptus LVI ſol. X den. Apud Fiſkirtone aliud novum columbare, ſumptus XXXVI ſol. Item apud le Bigginge finivit novam clauſuram circa parcum cum duplici foſſato, cujus ſumptus XXXIV lib. XVI ſol. II den. ob. q. Item liberavit Waltero de Finchinkfeld pro debitis Johannis de Lullingtone XXVI lib. XIII ſol. IV den. Eodem anno in veſtimentis emptis, XIV lib. XIII ſol. IV den.

SUMMA denariorum de anno VI CXXXII lib. V ſol. ob. q.

ANNO ejus VII apud Burgbyri incluſit unum longum pratum & fecit foſſatum ſalicinum cujus ſumptus XX ſol. Fecit, etiam fieri apud Northolm unam novam capellam & eam fecit dedicari. Cujus ſumptus VIII lib. XVI ſol. IX den. Deinde adquiſivit cartam domini regis, ut abbas & conventus habeant ibidem unam feriam per duos dies duraturam, videlicet in vigilia & in die ſancti Matthæi apoſtoli ſingulis annis imperpetuum, ac etiam ſingulis ſeptimanis unum mercatum per diem Jovis. Apud Colingham fieri fecit novam cameram cum capella. Cujus ſumptus LVII lib. XVI ſol. I den. Apud Scotere molendinum aquaticum de novo reparavit. Eodem anno idem abbas Godefridus emit de Johanne de Lullingtone totum corrodium ſuum prædictum præter XX ſol. annuatim, & unam robam de ſecta armigerorum & duos panes & II lagenas cereviſiæ in die, & de coquina pro ſe, ſicut

cut

cut uni armigero ſervitur, pro XXXIV lib. VI ſol. VIII den. Eodem anno dedit conventui ſuo X lib.

SUMMA CXI lib. XIX ſol. VIII den.

ANNO ejus VIII incluſit parcum Burgi, ſumptus IV lib. XV ſol. Item fecit foſſatum ſalicinum inter Thorpſen & le Dam, ſumptibus XX ſol. Apud Scotere unam cameram juxta cœmeterium, ſumptus XVIII lib. ob. Apud Keteringe unum cuniculare ſumptus XI ſol. Eodem anno in veſtimentis emptis XI lib. X ſol. IV den. In donis conventui de parte boſci de Weſtwode vendita LXVI lib. XIII ſol. IV den.

SUMMA CII lib. IX ſol. VIII den.

ANNO ejus IX apud Burgum fecit fieri novum pontem ultra aquam de Neen, qui in proximo yeme ſequenti obrutus fuit per glaciem, ſumptibus XIV lib. VIII ſol. Item juxta Thorpſen unum foſſatum ſalicinum. Sumptus XXV ſol. V den. Apud Eye medietatem novæ magnæ grangiæ, ſumptus XLV lib. XIX ſol. XI den. Apud Caſtre unam boveriam reædificavit, ſumptus XII lib. Apud Scotere in Brondis-croft novam bercariam ſumptibus XV lib. XVIII ſol. VII den. q. Apud Thurlebi novum murum circa manerium, ſumptibus XX ſol. In abbatia conſummavit novam portam, & incepit cameras annexas verſus eccleſiam cujus ſumptus CXL lib. Fecit etiam novum murum inter herbarium & Derebyyerd. Eodem anno in veſtimentis emptis LXVIII lib.

SUMMA denariorum de anno nono præter non ſcripta CCXCVIII lib. XI ſol. XI den.

ANNO ejus X apud Thorp reædificavit columbare quod fuit ruinoſum, ſumptibus XLVI ſol. q. Apud Wiringtone unam domum cum thorallo. Apud Burgum alium pontem fecit ultra ripam de Neen altiorem & fortiorem primo, ſumptibus XVIII lib. V ſol. Eodem anno in veſtimentis emptis XIV lib. In donis conventui XX lib. Item eidem conventui de warda Rogeri de Boys de Wodeforde XL lib. Item dedit eccleſiæ ſuæ unum vas argenteum & deauratum ad modum turris cum lapidibus impreſſis, & ymaginibus ſanctorum circumſtantibus pro corpore Chriſti in principalibus feſtis ante proceſſionem deportandum. Quod quidem vas emit pro centum & viginti libris.

SUMMA CCXIV lib. XI ſol. q.

ANNO ejus XI apud Burgbyri fecit unam novam domum

pro familia a fundo quæ dicitur aula, ſumptibus IV lib. VI den. Item apud Burgbiri incepit novum ſtagnum ex parte orientali viæ cum quodam molendino aquatico, & unum murum in occidentali parte illius ſtagni; ac dictum ſtagnum circuivit foſſato ſalicino, ſumptibus LXII lib. VI ſol. VII den. Apud Eye finivit aliam medietatem grangiæ fortis & magnæ, ſumptibus L lib. IX ſol. VI den. Quæ grangia poſt ejus mortem tota erat combuſta per fœnum aquoſum & viride infra poſitum. Item apud Eye elargiavit gardinum & incluſit cum novo muro, & infra fecit IV ſtagna pulcherrima, ſumptibus XVIII lib. II ſol. IX den. Item fecit ibidem unum novum Wayarium inter molendinum & mariſcum. Eodem anno in veſtimentis emptis LII lib. XVIII ſol.

SUMMA denariorum de anno XI præter non ſcripta CLXXXVII lib. XVII ſol. IV den.

ANNO ejus XII apud Eye fecit novam cameram ad occidentale caput aulæ plumbo coopertam cum duabus novis portis grangiæ, ſumptibus LXXXII lib. I den. ob. Item ibidem aſſartavit & fecit novum pomœrium in circuitu novi muri, & plantavit arbores diverſi fructus cum ſepibus & foſſatis per circuitum, ſumptibus XLIV ſol. Apud Scotere unam novam bercariam ſumptibus VIII lib. XI ſol. VIII den. Item apud Burgum fecit quandam magnam navem cum toto apparatu, quam poſtea dedit domino regi. Item aliam minorem, & tertiam renovavit & reparavit. Eodem anno in veſtimentis emptis XXXI lib. XVI ſol. VIII den.

SUMMA CXXIV lib. XII ſol. V den. ob.

ANNO ejus XIII apud Eye incepit novam cameram cum nova panetria & botillaria ad ingreſſum aulæ, cum longa garderoba, tam illi quam veteri cameræ: item novam coquinam ibidem cum clauſura inter aulam & dictam coquinam. Item juxta Oxeneye reædificavit vaccariam prius combuſtam, quarum ſumptus XLII lib. IV ſol. VII den. Eodem anno in veſtimentis emptis, XIX lib. XI ſol. VI den.

SUMMA LXI lib. XVI ſol. I den.

ANNO ejus XIV apud Eye finivit dictas cameras & coquinam. Apud Caſtre fecit novas portas cum quadam camera ſupra. Item apud Fiſkirtone novam piſtrinam, quæ fuit ruinoſa reædificavit.

SUMMA ſumptus XIV lib.

ANNO ejus XV in villa Burgi ad finem del Weſtgate fecit tres novas domus, quarum ſumptus eſt XIX ſol. XI den. Quas aſſignavit camerario, & valent per annum XII ſol. Apud Glintone fecit novam grangiam ſumptibus XIV lib. VIII den. ob. Apud Colingham fecit unam novam grangiam & unam bercariam novam in Dorinthorpe, quæ combuſtæ fuerunt; ſumptus XV lib. XIX ſol. II den. ob.

SUMMA XXX lib. XIX ſol. X den.

ANNO ejus XVI apud Eye fecit novam domum bracinum; & novam domum ſcilicet Thorale cum Thorallo, & unam novam domum gallinarum. Sumptus XXXV lib. XV ſol. IX den. Item apud ſanctum Botulphum emit quoddam tenementum de quadam matrona nomine Yſoudra de Wormelee pro quodam corrodio, percipiendum illud ex parte abbatis; & ibidem fecit aulam novam cum duabus cameris, ſumptus XCIV lib. V ſol. XI den. ob.

SUMMA CXXX lib. X den. ob.

ANNO ejus XVII apud ſanctum Botulphum in dictis aula & cameris conſummandis & finiendis cum aliis reparandis, VIII lib. XIV ſol. VII den. Apud Waltone fecit unum boſcum ubi nunquam prius fuit boſcus, & circuivit foſſato ſalicino ſumptibus XX ſol.

SUMMA IX lib. XIV ſol. VII den.

ANNO ejus XVIII apud Burgbyri fecit unum novum molendinum juxta Wodehythe ventricum ſtans prope aquam, cujus agger perficitur ex petra veluta ad modum parietis, ſumptibus IV lib. XIX ſol. Item apud Northolm fecit unam novam domum & cameram cum uno cuniculari, ſumptibus XL ſol. Item adhuc apud ſanctum Botulphum in emendatione domorum prædictarum, XXII ſol. III den.

SUMMA VIII lib. XV den.

ANNO ejus XIX apud Thurleby fecit unum novum columbare, ſumptibus XLIV ſol. V den. Item apud Refham unam novam bercariam, ſumptibus XVII lib. XIII ſol. VI den. ob. Item in abbatia quatuor novas cameras cum ſtabulis. Item apud Witheringtone plantavit unum boſcum ubi nunquam boſcus prius fuerat, & circuivit foſſato ſalicino.

SUMMA præter non ſcripta, XIX lib. XVII ſol. XI den. ob.

ANNO [1] ejus XX apud Keteringe fecit unum novum murum de petra veluta circa novum pomœrium, ſumptibus XXXII lib. XIII ſol. VI den. Item apud Thorp unum novum ſtagnum ex occidentali parte ſtagni cum foſſato ſalicino, cujus ſumptus IV lib. Item eodem anno adquiſivit de domino rege III acras mariſci in mariſco de Holm, & circuivit illas foſſato ſalicino.

SUMMA XXXVI lib. XIII ſol. VI den.

ANNO ejus XXI in abbatia Burgi incepit quoddam molendinum equinum cum diverſis cameris, ita ut fieret ſupra molendinum ventricum, artificioſe inceptum ſed non conſummatum, ſumptibus LIV lib. VI ſol. VIII den. Et amplius ſumma patet.

SUMMA totius præter non ſcripta II Mil. C II lib. X ſol. XI den.

ANNO ejus XXII & ultimo in quo anno mortuus eſt, XII kal. Septembris & in die decollationis ſancti Johannis Baptiſtæ honorifice traditus eſt ſepulturæ anno Dom. MCCCXXI. & jacet in monaſterio Burgi inter chorum & magnum altare, cujus animæ propitietur omnipotens & miſericors Deus, Amen, Amen, Amen, Pater noſter &c. Idem autem Godefridus portionem conventus augmentavit, & per cartam ſuam granarium conventus ſub hac forma confirmavit. Ego frater Godefridus monaſterii prædicti miniſter, prædictorum venerabilium patrum dominorum Ricardi & Willelmi abbatum continuus ſucceſſor, dictam conceſſionem, ordinationem & ſtatutum quantum in me eſt pro me & ſucceſſoribus meis ratifico, approbo & confirmo plene & integre ſecundum tenorem cartarum ſupradictarum. Et ne temporibus futuris fiat calumpnia de menſura antiqua & menſura regia, ſicut tempore prædeceſſoris noſtri actum eſſe cognoſcimus, volumus & concedimus ut cuſtos granarii conventus recipiat totam liberationem frumenti & piſarum ea menſura qua uſi fuerunt ante conceſſionem prædictam. Volumus etiam & concedimus motu fraternæ caritatis educti, quod quando conventus recipiat liberationem braſei de puro ordeo habeant

1 Anno MCCCXIX & anno G. abbatis XX incepit peſtilentia animalium in Anglia.

plenarie

plenarie liberationem ſuam ſicut ſuperius diſtinctum eſt, & ubi ſuperius dictum eſt, quinque eſke; nos ex conceſſione noſtra, addimus III eſke ut fiat quarterium integrum: Ita quod in qualibet ebdomada recipiat XX quarteria. Quando autem braciatur de ordeo & drageto, volumus & concedimus quod univerſa & ſingula ſicut ſuperius dicta ſunt effectum ſortiantur; hoc adjecto quod ubi prius cuſtos granarii conventus recepit de ordeo ad Grutmalt VII quarteria, dimidium, & de drageto XIV quarteria, I eſke & dimidium; ex nunc & in futurum recipiat idem cuſtos de ordeo ad grutmalt VIII quarteria, dimidium, eſke, & de drageto XIII quarteria V eſke; & hoc ex dono & conceſſione noſtra. Quando vero braciatur de ordeo Maſmalt quod eſt pro majori parte de avena, recipiet prædictus cuſtos VIII quarteria, dimidium eſke de ordeo ad Grutmalt, & de Mayſmalt XVI quarteria VII eſke. De multura conventus volumus & concedimus quod ſi aliquando contingat neceſſitate cogente extra abbatiam molere, ut conventus immunis ſit a præſtatione telonei, niſi fuerit in locis, qui noſtræ non ſubjacent juriſdictioni: in cujus rei teſtimonium huic præſenti ſcripto ſigillum noſtrum una cum ſigillo conventus fecimus apponi. Data in capitulo noſtro die ſancti Edmundi regis & martyris anno Domini MCCC primo.

## Veſtimenta Godefridi abbatis

IDEM etiam Godefridus licet non minimum laboraſſet in redditibus, terris & libertatibus adquirendis & plurimis bonitatibus pro ſuo conventu confirmandis, tamen eccleſiam Dei & ſuam placuit decorare, unde ejus memoria in æterna felicitate congaudet.

DEDIT de panno de Siclatoun, unam caſulam, unam capam, cum III tuniculis nobiliſſime brudatis, cum ymaginibus in tabernaculis aurifragiatis plurimorum ſanctorum ſolidiſſime ornatis. Item de rubeo Samito, I caſulam, I capam cum III tuniculis, cum ymagine ſancti Petri in dorſo bene brudata: ac clavibus & roſis aurifragiatis tenſalatis, & unum frontale magnum cum mappa adjunctum, & aliud ſtrictum ejuſdem panni & facturæ, quæ magno altari principalibus feſtis apponuntur. Item aliud frontale cum capitibus hominum & diverſis beſti-

is de aurifragio & ſerico diverſo conſutum & nobile mappa adjunctum. Item II pallia pro magno altari aurifragiata. Item de panno viridi cum glauco ſindone duplicato unam capam cum III tunicis in parte viridi cum Byzantio, & aliam aurifragiatam tenſellatam. Item de albo ſerico I caſulam cum III tunicis optime brudatis, cum ymagine glorioſiſſimæ virginis Mariæ & roſis de aurifragio tenſellatis, quas aſſignavit feſtis dictæ virginis Mariæ. Item de panno rubei ſerici, unam caſulam, I capam, cum II tunicis bene extenſellatis cum parvis roſis aurifragiatis, & roſis de viridi ſerico. Item de panno de Tars unam caſulam cum II tunicis non brudatis ſed duplicatis cum viridi ſindone. Item I capam de panno de Thars cum lunis & ſtellis aurifragiatis bene brudatam. Item I caſulam de Thars, quaſi cum Bezancio extenſellato, & in medio dorſi crux eſt de aurifragio, cum ſcutis diverſi coloris, & aquilis nigri coloris. Item unam capam de panno de Thars bene brudatam cum leonibus & floribus de Liz. Item I capam de rubeo ſamito optime brudatam cum leonibus & griffonibus. Et I caſulam quæ nunc mutatur in capam ſimiliter de rubeo ſamito bene brudatam, habentem quandam arborem extendentem ramos cum foliis, & inter ramos circumquaque ſcutos diverſorum armorum conſutos; quas emit de quadam muliere nomine Ydonia pro quodam corrodio ad terminum vitæ ipſius ex parte abbatis percipiendo. Item poſt mortem ipſius Godefridi emptum erat quoddam veſtimentum tum integrum cum denariis collectis de diverſis annis quos idem Godefridus aſſignavit ad veſtimenta emenda, videlicet annuatim C ſol. ut patet in compoſitione anniverſarii ſui, ſcilicet I caſula, I capa, cum tribus tunicis de rubeo ſamito cum ymaginibus in tabernaculis aurifragiatis bene brudatis, pretio LXI marcarum.

## Albæ Godefridi abbatis.

ITEM dedit idem Godefridus quinque albas, quarum paruræ ſunt de rubeo ſamito cum ymaginibus, clavibus & roſis ex aurifragio bene brudatis. Item XI albas cum amitis quarum paruræ ſunt de panno de Turky quæ quaſi aurum reſplendent. Item I albam optimam cum amite, cujus paruræ ſunt de rubeo

beo veluto cum ymaginibus & arboribus de argento deauratis; ſimiliter cum lapidibus magnis in argento poſitis, & eiſdem artificioſe impreſſis. Item unam albam cum amite, cum paruris de ſerico conſutis, cum ymaginibus aurifragiatis bene brudatis. Item I albam cum amite cum paruris de ſerico conſutis, cum ymaginibus paſſionis Jeſu Chriſti nobiliſſime brudatis. Item I albam cum amite cum paruris de ſerico conſutis, cum ſcutis diverſis bene aurifragiatis. Item I albam cum amite, cum paruris coopertis cum frettis & arboribus bene aurifragiatis.

## Stolæ ejuſdem.

ITem dedit idem Godefridus unam ſtolam cum manipulo de rubeo veluto cum minimis campanis, & glandibus argenteis & deauratis cum lapidibus in argento impreſſis deſuper conſutis. Item unam ſtolam cum manipulo de aurifragio. Item I ſtolam cum manipulo cum ymaginibus de ſerico & chaumpum de aurifragio. Item I ſtolam cum manipulo cum ymaginibus & tabernaculis, de aurifragio bene brudatis. Item duas ſtolas cum V manipulis de rubeo ſamito cum clavibus & ymaginibus ſanɛ̃ti Petri bene brudatis.

## Ornamenta ejuſdem.

ITem dedit magno altari quinque velamina de albo ſerico cum aurifragio ornata, pro patenario in principalibus feſtis patenam deportandam. Item ſex tapeta pro gradibus ante magnum altare in principalibus & duplicatis feſtis cooperiendis; videlicet duo de viridi colore cum ſcutis diverſorum armorum, & duo majora quaſi de rubeo & glauco colore a longe cum habeuuinis & cum albis borduris, & infra borduras cum vineis & rubeis roſis; & duo minora de diverſis coloribus repleta lozengis cum floribus de Liz. Item IV quiſchines de rubeo ſerico cum armis diverſi coloris aurifragiatis. Item unum criſmatorium de argento & deauratum. Item octo annulos pretioſos qui ſunt ſuper haſtam in cuſtodia cuſtodis horologii. Item I calicem bonum cum patena. Item corporale cum coopertorio decentiſſimo, videlicet appariti-

one. Item unum vas de argento ad aquam benedictam deportandam cum aſperſorio de argento, candelabra, turibula cum navettis & haſta cum crucifixo de argento; prænotantur in anno ejus IV. Et illud nobile vas pro corpore Chriſti deportando in principalibus feſtis ante proceſſionem, prænotatur in anno ejus decimo. Dedit etiam capellæ beatæ Mariæ virginis optimam caſulam de albo ſerico non brudatam. Item unam capſulam de ebore ad modum turris quadrati & infra tres ymagines de ebore cum yſtoria beatæ Mariæ artificioſe confecta. Item dedit apud Oxeney unam caſulam de panno de Thars cum II tuniculis de eodem: & unam albam cum amite cum paruris bene brudatis cum ſcutis & lozengis: cum ſtola & manipulo de aurifragio. Item unum ciphum de albo cornu cum circulo de argento & deaurato. Dedit etiam eccleſiæ ſuæ duas biblias, quarum una gallice ſcripta; Avicennam; Inſtitutum peritatum; ſextum librum decretalium; Legendam ſanctorum; Summum bonum; Regulam ſanctorum Benedicti & Baſilii cum aliis rebus; proceſſionarium: breviarium in duobus voluminibus; antiphonarium cum pſalterio & ympnario & canticis: Ac etiam unam tabulam quæ vocatur lignum ſcientiæ boni & mali, & pendet ante altare ſancti Andreæ. Dedit etiam magno altari unam coupam de argento & deauratam, cum tribus argenteis cathenis & circulo argenteo & deaurato, & intro capſulam argenteam & deauratam pro corpore Chriſti reponendo. Dedit etiam refectorio unam coupam de argento infra deauratam, & unum aquarium optimum cum ymaginibus circumquaque foris avelatis. Item II bacilla argentea de pondere . . . . . Item ſex diſcos argenteos, & ſex ſalſaria argentea de pondere . . . . . Dedit etiam groſſum meremium ad magnum dormitorium, & conventus fecit reparari. Similiter dedit totum meremium ad cameram de Sengliſholt, quam Hugo de Riſeburge tunc pitantiarius fieri fecit.

Ac ipſemet Godefridus dum erat cellerarius abbatis fieri fecit capellam ſancti Thomæ martyris quæ eſt inter monaſterium & capellam beatæ virginis Mariæ. Et eidem capellæ ſancti Thomæ dedit unam caſulam fulvei coloris, & aliam de rubeo ſamito, & unam albam cum paruris & ſtola & manipulo de ſerico diverſi coloris bene conſutis.

DEINDE

Deinde dum ſteterat pitantiarius, fieri fecit capellam apud Senglisholt in honore ſancti Michaelis archangeli ex lapidibus & lignis & plumbo coopertam cum VII feneſtris vitreis optime conſtructis. Ad iſtam capellam dedit unam caſulam de panno de Thars, & unam albam cum paruris & ſtola & manipulo de ſerico conſutis. Et ſic in bonitatibus vitam ſuam incepit, & ſemper continuando in talibus operibus bonis finivit.

## Solutio regis &c.

IDem abbas Godefridus anno ſuo tertio recepit honorifice apud Burgum regem & reginam, ſcilicet dominum Edwardum filium regis Henrici, ut in exenniis & jocalibus eiſdem & eorum familiæ collatis, quæ excedebant CCLIII marcas, ut patet in compotis cellerarii & receptoris. In ſolutis eidem regi anno regni ejus XXVIII pro ſervitio ſuo in Scotiam CC lib. facta allocatione de quodam debito quingentarum librarum, quas idem abbas ſolvit ſummo pontifici pro rege: in auro reginæ pro eodem ſervitio XX lib. Item anno XXXI ejuſdem regis Edwardi in ſolutis eidem pro ſervitio ſuo C lib. In auro reginæ pro eodem ſervitio X lib. Item anno ejuſdem regis XXXIV in ſolutis eidem pro ſervitio ſuo C marcas: in auro reginæ decem marcas. Recepit etiam idem Godefridus apud Burgum dominum Edwardum prædicti regis filium, & dominum Petrum de Gaveſtone, quibus contulit dona diverſa ſub hac forma: Veniente nuncio ex parte abbatis ad dictum dominum Edwardum cum quadam coupa de pretio L lib. petiit idem Eduuardus incontinenti ſi dominus Petrus fuerit de dono viſitatus, reſpondente nuncio quod non, renuit coupam, noluit eam recipere: recedente nuntio ex mandato abbatis, acceſſit ad dominum Petrum cum alia coupa de pretio XL lib. qui gratanter donum abbatis recepit, gratias agens quam facete. Nuntius autem ex parte abbatis quaſi conſilium petens a domino Petro ſi alia coupa eſſet ſufficiens pro domino Edwardo, reſpondens quod ſic; tunc nuncius revelans quod noluit eam recipere: vocavit autem dominus Petrus camerarium ſuum ſic dicens ei, vadas ad dominum Eduuardum & dicas ei, quod volo ut recipiat donum abbatis;

batis; venientibus illis ad dictum dominum Edwardum cum prædicta coupa ut præmittitur, qui feliciter illam recepit, gratias conferens abbati de donis ſuis.

Post hæc anno regni ejuſdem domini Eduuardi IV, circa feſtum ſancti Jacobi idem rex ſcripſit prædicto abbati, ut ſibi provideret magnam ſummam frumenti, avenæ, & piſarum pro guerra Scotiæ, pro qua providentia idem abbas contulit eidem regi C marcas ſterlingorum: eodem anno idem rex ſcripſit dicto abbati pro ſervitio ſuo militari; unde idem abbas miſit dominum Willielmum la Souche cum equis & armis ad regem magnis ſumptibus, qui excedebant LX marcas, & nihil placuit regi. Iterum rex ſcripſit abbati ut pecuniam pro ſervitio ſuo demandaret. Tunc autem abbas demandavit domino regi pro ſervitio ſuo CCXX lib. nihilominus ſcripſit idem rex prædicto abbati ut ei de carriagio pro neceſſariis guerræ ſuæ ſubvenire curaret, cujus mandatis abbas non reſiſtens, eodem anno tres novas carectas, cum XII equis pretio XXX lib. eidem demandavit.

Anno vero quinto ejuſdem regis poſt tranſlationem ſancti Thomæ martyris idem rex per dominum Ingillardum de Warle, & dominum R. de Stoke clericos, per literam credentiæ ſupplicavit prædicto abbati ut ei CCCC marcas uſque ad certum terminum mutuaret; quam ſupplicationem in toto facere non valens, propter onera præmiſſa, eidem regi centum libras ex dono contulit, & mandavit per Robertum de Thorp.

Eodem tempore idem abbas ſolvit pro decima temporalium ſexaginta marcas. Et in anno ejuſdem regis ſeptimo ſolvit idem abbas regi pro ſervitio ſuo centum marcas; & pro auro reginæ decem marcas.

Istis diebus pro quibuſdam contingentibus idem rex concepit indignationem verſus dominum Walterum de Langetone quondam Angliæ theſaurarium; & impoſuit ei aliqua crimina, ita quod idem rex intravit in omnes terras, caſtella, & tenementa prædicti domini Walteri. Inter cætera cepit idem rex caſtellum de Thorp Waterville quod eſt infra libertatem abbatis de Burgo, pro tranſgreſſionibus ipſius Walteri.

Tunc quidam Johannes de Miltone ſeneſcallus dicti abbatis de Burgo conſilium dedit abbati, quod peteret cuſtodiam

diam illius caſtelli a domino rege, quia infra libertatem ejus erat. Abbas primo renuit & poſt conceſſit & petiit a rege. Rex autem conceſſit abbati, ita ut reſponderet ei de proventibus. Tunc prædictus Johannes recepit cuſtodiam, & ad ſcaccarium regis ſolvit L lib. pro proventibus dicti caſtelli ſuper primo compoto. Ante vero ſecundum compotum dictus Johannes monebatur.

STATIM dominus rex dedit comiti Warennæ totum illud caſtellum cum omnibus ſuis juribus fructibus & proficuis illius anni. Unde prædictus abbas contulit dicto comiti pro benevolentia ſua optinenda & pro fructibus dicti caſtelli illius anni XCI marcas; nihilominus eodem anno ſolvit idem abbas ad ſcaccarium domini regis apud Londone CXX marcas, nomine prædicti Johannis pro warda caſtelli memorati. Solvit etiam idem abbas ad ſcaccarium domini regis ſupradicti ad filiam ſuam primogenitam maritandam CXXVII lib. videlicet pro LXIII feodis & dimidio militum per quinque tallagia. Recepit etiam idem abbas alia vice dictum dominum regem & ſuos apud Burgum magnis ſumptibus; deditque regi duo bacilla argentea de pretio XX marcarum, & infra bacilla XL marcas de pecunia numerata. Item domino J. Haward mariſcallo regis VI marcas. Item dedit XVII militibus, qui venerant cum rege, cuilibet eorum XL ſolidos. Plurima alia dona dedit eodem tempore, ſcilicet armigeris & aliis de familia, ut patet in compotis cellerarii & receptoris.

SUMMA denariorum ſolutorum regi & ſuis. MDXLIII lib. XIII ſol. IV den.

RECEPIT etiam idem Godefridus honorifice apud Burgum duos cardinales, cum eorum familia miſſos a latere papæ, pro concordia inter Angliam & Scotiam facienda, ut in cibis & potubus, diverſis donis, & jocalibus: videlicet uni cardinali nomine Gaucelino dedit quoddam pſalterium literis aureis & aſſuris ſcriptum, & mirabiliter luminatum.

ALIA vice redeundo de Scotia contulit eidem Gaucelino unam capam cum ymaginibus diverſi coloris conſutis, cujus champe de aurifragio bene brudato, quam idem Godefridus prius emerat pro C marcis ſterlingorum. Similiter & unam coupam de pretio LXXX marcarum. Dedit etiam alteri cardinali nomine Lucæ de Fliſke unam coupam argenteam & de-

auratam, quam contulit ei Eduuardus rex ad ingreſſus ſuos de pretio C ſol. ſimiliter quinquaginta ulnas de puriſſimo rubeo ſcarleto.

SUMMA denariorum ſolutorum pro veſtimentis & ornamentis eccleſiæ DXVI lib. XII ſol. VII den.

SUMMA emptarum terrarum cum parte corrodii J. de Lullingtone CCCXXXVII lib. VIII ſol. IX den.

SUMMA donorum conventui in argento CXXXVI lib. XIII ſol. IV den. præter debita obedientiariorum, quæ ſoluta erant bis per eundem Godefridum in vita ſua.

SUMMA ſummarum, præter non ſcripta, ter mille ſexcentæ XLVI lib. IV ſol. III den. Item Godefridus abbas fecit fieri baculum paſtorale de argento & deauratum cum aumayl, & in capite imago ſanctæ Trinitatis &c. Animæ cujus propitietur Deus, Amen.

EXTENTA

EXTENTA maneriorum, & omnium bonorum temporalium abbatiæ de Burgo S. Petri viz. de baronia vacante per mortem domini Godefridi ſupradicti nuper abbatis ejuſdem loci: anno R. R. Eduuardi, filii R. Edwardi XV. Norhamtone.

EXTENTA manerii de Caſtre facta coram eſcaetoribus domiin regis VIII die octob. anno R. R. Eduuardi filii R. Eduuardi XV, per ſacrametum Johannis de Cantebrigia & aliorum juratorum, qui dicunt ſuper juramentum ſuum, quod eſt ibidem quoddam capitale meſuagium ſine gardino ſeu curtilagio, quod valet per annum II ſ. Et eſt ibidem unum columbare quod valet per ann. III ſ. IV d. Item ſunt ibidem in dominico CXCV acræ terræ arabilis, quæ valent per ann. LXI ſ. VIII d. pretium acræ IV d. Et ſunt ibidem XIII & dimidium acræ prati, quæ valent per ann. XXVII ſ. pretium acræ II ſ. Et eſt ibidem quædam paſtura communis quæ valet per annum VI ſ. VIII. d. Et eſt ibidem quidam boſcus forinſecus, cujus ſubboſcus nullus quia communis: Et etiam ibidem quidam boſcus incluſus qui continet circiter VI acras cujus ſubboſcus valet per ann. X ſ. Et eſt ibidem quædam

COMPOTUS Willelmi de Braybroce, & Johannis de Munkelane, eſchaetorum domini regis, de exitibus omnium temporalium abbatiæ Burgi ſancti Petri vacantium per mortem fratris Godefridi de Croyland nuper abbatis loci prædicti, videlicet a viceſimo primo die Auguſti, anno regni regis Edwardi, filii regis Edwardi decimo quinto, quo die obiit, uſque ſeptimum diem octobris proxime ſequentis; quo die, omnia temporalia abbatiæ prædictæ fratri Adæ de Botheby, per breve regis, liberaverunt.

EIDEM reſpondent de viginti ſolidis de recognitionibus cuſtumariorum apud Caſtre. Et de decem denariis de capitali meſuagio ibidem.

ET de viginti denariis de proficuo unius columbaris per tempus hujus compoti.

ET de duodecim denariis de paſtura vendita ibidem. Et de quatuor ſolidis de ſubboſco vendito ibidem.

ET de ſex denariis de quadam

dam piſcaria ibidem vendita in ripa de Neen.

Et de viginti quinque ſolidis & ſex denariis de redditu liberorum tenentium de termino ſancti Michaelis.

De redditu nativorum nihil reſpondent ad prædictum terminum, quia nihil reddunt præter auxilium.

Et de quinque ſolidis tribus denariis, de operibus novem cuſtumariorum operantium per ſex ſeptimanas & quatuor dies, videlicet in qualibet ſeptimana octodecim opera per tempus prædictum; pretium cujuslibet operis per diem obolus, ſecundum conſuetudinem manerii.

De aruris nihil reſpondent, quia nihil ſeminabatur tempore regis.

Et

dam piſcaria ſeparalis inrpa de Neen, quæ valet per ann. II ſ. & non plus, quia ſic affirmatur. Item ſunt ibidem duo liberi tenentes qui reddunt per ann. II ſ. ad IV terminos viz. ad natale Domini ad feſta paſchæ S. Johannis & S. Michaelis æquis portionibus. Item ſunt ibidem VII virgatæ terræ & dimidium quæ ſolebant eſſe manibus bondorum, & nunc ſunt in manibus liberorum tenentium pro voluntate domini propter impotentiam bondorum, & reddunt per annum ad prædictos IV terminos C ſ. viz. pro qualibet virgata terræ XIII ſ. IV d. pro omnibus ſervitiis. Et ſunt ibidem IX cuſtumarii, qui tenent IX virgatas terræ, & reddunt per annum ad natale Domini & paſcham VI ſ. pro qualibet virgata terræ VIII d. Et quilibet eorum operabitur a feſto S. Michaelis uſque ad idem feſtum anno revoluto per duos dies in qualibet ebdomada cum uno homine; exceptis IV ſeptimanis viz. ad natale Domini II ſeptimanis, ad paſcham I ſeptimana, & ad pentecoſten I ſeptimana: & ſi non operentur dabunt domino pro opere ob. & non plus ſecundum conſuetudinem manerii; & eſt ſumma XXXVI ſ.————

Item quilibet eorum faciet duas

duas aruras per ann. viz. I yemalem, & aliam quadrageſimalem, ſi habuerit carucam propriam; Et ſi non habuerit carucam propriam, nihil arabit ſecundum conſuetudinem manerii. Et valet quælibet arura III d. & eſt ſumma IV ſ. VI d. Et ſunt ibidem II cuſtumarii, qui tenent unam virgatam terræ: & reddunt per ann. XVI d. ad terminos natalis Domini & paſchæ, & quilibet eorum operabitur quolibet die Lunæ operabili per annum cum I homine, & ſi non operetur, dabit domino ob. & non plus ſecundum conſuetudinem manerii; & eſt ſumma IV ſ. Item ſunt ibidem IV cotarii, qui reddunt IV ſ. ad IV terminos ſupradictos.

ITEM dicunt quod omnes cuſtumarii ibidem dabunt domino per ann. de auxilio ad feſtum S. Michaelis ex conſuetudine IV lib.

ET eſt ibidem quædam curia baronis quæ tenetur de III ſeptimanis in tres ſeptimanas & valet per ann. XX ſ. communibus annis.

SUMMA XVIII l. X ſ. VI d.

## Thorp.

ITEM dicunt quod eſt ibidem unum capitale meſuagium cum gardino,

ET de ſeptem denariis duorum nativorum de operibus duorum nativorum ibidem operantium, quilibet eorum, quolibet die lunæ operabili per annum cum uno homine, pretium operis obolus.

ET de duodecim denariis de redditu quatuor cotariorum ibidem pro termino ſancti Michaelis.

ET de quatuor libris de auxilio cuſtumariorum ibidem ad feſtum ſancti Michaelis.

ET de tribus ſolidis de placitis & perquiſitis unius curiæ ibidem.

SUMMA omnium receptorum de manerio de Caſtre ſeptem libræ tres ſolidi quatuor denarii in tempore regis; videlicet per ſex ebdomadas & quinque dies.

IIDEM reſpondent de ſexdecim ſolidis octo denariis de recognitionibus

nitionibus cuſtumariorum apud Thorp.

Et de duodecim denariis de proficuo capitalis meſuagii ibidem.

Et de viginti denariis de proficuo cujuſdam columbaris ibidem per tempus compoti.

Et de duodecim denariis de communi paſtura ibidem vendita per dictum tempus.

Et de duobus ſolidis de ſubboſco & herbagio ibidem venditis.

Et de viginti denariis de redditu aſſiſo unius liberi tenentis de prædicto termino ſancti Michaelis.

Item reſpondent de novem ſolidis undecim denariis de operibus ſexdecim cuſtumariorum operantium in qualibet ſeptimana triginta duo opera, pretium cujuſlibet operis obolus ſecundum conſuetudinem manerii.

Et

gardino, quæ valent per ann. II ſ. Et unum columbare, quod valet per ann. III ſ. IV d. Et ſunt ibidem in dominico CXC acræ terræ arabilis, quæ valent per ann. IV l. XV ſ. pretium acræ VI d. Et ſunt ibidem XX acræ & dimidium prati, quæ valent per ann. XXX ſ. IX d. pretium acræ XVIII d. & non plus, quia communibus annis emerguntur. Et eſt ibidem una paſtura communis, quæ valet per ann. IV ſ. Et eſt ibidem unus boſcus communis, cujus ſubboſcus cum herbagio, valent per annum VI. ſ. VIII d. Et eſt ibidem unus liber tenens qui reddit per annum VI ſ. VIII d. ad IV terminos prædictos. Et ſunt ibidem XVII cuſtumarii, qui tenent inter ſe XII virgatas terræ & reddunt per annum pro qualibet virgata terræ, IX d. ob. viz. ad natale Domini IV d. ad paſcham IV d. & ad feſtum ſancti Johannis Baptiſtæ I d. ob. & eſt ſumma IX ſ. VI d. Et quilibet eorum operabitur a feſto ſancti Michaelis uſque ad idem feſtum anno revoluto, in qualibet ſeptimana per duos dies cum uno homine, exceptis IV ſeptimanis prædictis. Et ſi non operetur, dabit domino pro quolibet opere ob. & non plus, ſecundum

dum conſuetudinem manerii; & eſt ſumma LVIII ſ. Et quilibet eorum faciet unam precariam in autumpno ad cibum domini cum duobus hominibus; & valet diæta ultra repriſam I d. Et eſt ſumma XVII d. & facient unam aruram pro qualibet virgata terræ ad ſemen yemale ad cibum domini, & aliam aruram ad ſemen quadrageſimale ad cibum domini, & valet arura ultra repriſam II d. & eſt ſumma III ſ. Et quilibet eorum reddit per ann. ad feſtum natalis Domini duas gallinas, pretium II d. & eſt ſumma II ſ. X d. Et quilibet eorum reddit ad paſcha XX ova; & eſt ſumma CCC, quæ valent XIV d. ob. prec. CV d. Et ſunt ibidem III cottarii qui reddunt per ann. ad prædictos IV terminos II ſ. Et omnes cuſtumarii prædicti dant per ann. de auxilio ad feſtum S. Michaelis de conſuetudine LX ſ. Et placita & perquiſita valent per ann. ibidem III ſ. IV d.

SUMMA XV l. XVIII d. ob.

## Burgbiri.

ITEM dicunt jurati quod eſt apud Burgbyri I capitale meſuagium cum quodam vivario, quæ valent per ann. VI ſ. & VIII d. quia non habentur

ET de ſex denariis de reditu cotariorum ibidem ad feſtum ſancti Michaelis.

ET de ſexaginta ſolidis de auxilio cuſtumariorum ad prædictum terminum ſancti Michaelis ibidem.

ET de ſex denariis de placitis & querelis unius curiæ ibidem per dictum tempus.

SUMMA omnium receptorum de manerio de Thorp per prædictum tempus quatuor libræ quatuordecim ſolidi undecim denarii.

IIDEM reddunt compotum de quadraginta ſolidis de recognitionibus cuſtumariorum. Et de duobus ſolidis de proficuo capitalis

capitalis meſuagii & unius vivarii per tempus hujus compoti.

ET de duobus ſolidis ſex denariis de proficuo unius columbaris ibidem. Et de V ſ. de uno molendino ventrico.

ET de tribus ſolidis quatuor denariis de ſubboſco ibidem vendito.

ET de duobus ſolidis ſex denariis de proficuo unius piſcariæ ibidem in ripa de Neene uſque Witliſmere.

ET de duodecim denariis de proficuo unius paſturæ ibidem juxta mariſcum.

ET de viginti duobus ſolidis ſeptem denariis obolo, quadrante, de redditu aſſiſo ſex liberorum tenentium pro termino ſancti Michaelis.

ET de quatuor libris ſexdecim ſolidis ſex denariis de redditu aſſiſo aliorum liberorum tenentium in villa Burgi pro termino prædicto.

ET de viginti & uno ſolidis decem denariis obolo de operibus viginti quinque cuſtumariorum operantium per ſex ebdomadas & quatuor dies prædictos, videlicet in qualibet ebdomada

tur ibidem curtillagium neque gardinum.

ET eſt ibidem unum columbare quod valet per ann. V ſ. Et eſt ibidem unum molendinum ventricum quod valet per ann. XL ſ. Et eſt ibidem unus boſcus communis, cujus ſubboſcus valet per ann. VI ſ. VIII d. Et eſt ibidem quædam piſcaria in ripa de Neen, quæ valet per ann. VIII ſ. ultra repriſam. Item ſunt ibidem in dominico CCCV acræ terræ arabilis, quæ valent per ann. VII l. XII ſ. VI d. pretium acræ VI d. Et ſunt ibidem LIV acræ prati quæ jacent juxta mariſcum, & valent per ann. LIV ſ. & non plus, quia per ſeptennium emergebantur. Et eſt ibidem una paſtura quæ vocatur Burgfen juxta mariſcum cujus agiſtamentum valet per ann. VI ſ. VIII d. Item dicunt quod ſunt ibidem ſex liberi tenentes qui reddunt per ann. IV l. X ſ. VII d. ad IV terminos ſupradictos. Item dicunt quod ſunt in villa Burgi diverſi liberi tenentes qui reddunt per ann. ad IV dictos terminos XIX l. VI ſ. Et ſunt ibidem XXV cuſtumarii qui tenent XXV virgatas terræ, & reddunt per ann. XXV ſ. ad terminos natalis Domini, & paſcham. Item quilibet eorum reddit

reddit per ann. ad feſtum natalis S. Johannis Baptiſtæ V d. Et eſt ſumma X ſ. V d. Et quilibet eorum operabitur a feſto S. Michaelis uſque ad idem feſtum anno revoluto per tres dies in qualibet ſeptimana cum uno homine, exceptis IV ſeptimanis prædictis. Et ſi non operetur, dabit domino pro quolibet opere ob. & non plus, ſecundum conſuetudinem manerii. Et eſt ſumma VIII l. X ſ. Et quilibet eorum faciet tres aruras in tribus ſeiſonibus, ſi habuerit carucam propriam ad cibum domini, & ſi non habuerit nihil arabit, & valet quælibet arura ultra repriſam, III d. Et eſt ſumma XVIII ſ. IX d. Et quilibet eorum faciet duas precarias in autumpno cum duobus hominibus ad cibum domini, & valet precaria ultra repriſam I d. & eſt ſumma IV ſ. II d. Et ſunt ibidem ſeptem cotarii, qui reddunt per annum X ſ. IV d. ad prædictos terminos. Item dicunt quod eſt in villa Burgi quoddam forum quolibet die Sabbati, cujus proficuum tholneti valet per ann. XL ſ. Item dicunt quod eſt ibidem quædam curia de Portmanmot, cujus placita & perquiſita valent per ann. X ſ. Et omnes cuſtumarii prædicti dabunt per ann. ad feſtum S. Michaelis da ſeptuaginta quinque opera. precium cujuſlibet operis obolus.

De aruris ibidem nihil reſpondent, quia nihil per tempus hujus compoti ſeminabatur.

Et de duobus ſolidis uno denario de una precaria ibidem:

Et de duobus ſolidis ſeptem denariis de redditu cotariorum ibidem de termino ſancti Michaelis:

Et de ſex ſolidis de tolneto fori in villa Burgi per tempus hujus compoti:

Et de duobus ſolidis ſex denariis de placitis & perquiſitis unius curiæ de Portmanmot in prædicta villa Burgi:

Et de duodecim libris de auxilio cuſtumariorum ejuſdem manerii de termino ſancti Michaelis:

Et de triginta ſolidis quatuor denariis de placitis & perquiſitis unius curiæ ibidem cum quodam viſu poſt feſtum ſancti Michaelis.

Summa omnium receptorum de manerio de Burgbiri una cum redditibus, tolnetis, & aliis, in villa de Burghe tempore regis, videlicet per ſex ebdomadas, & quinque dies, viginti tres libræ tres ſolidi decem denarii q.

Iidem reſpondent de viginti ſolidis de recognitionibus cuſtumariorum apud Glintone. Et de duodecim denariis de capitali meſuagio ibidem:

Et de tribus ſolidis de proficuo unius molendini ventrici per tempus hujus compoti:

Et de ſex ſolidis de paſtura in mariſco vendita:

Et de octo ſolidis de redditu aſſiſo libere tenentium pro termino ſancti Michaelis:

Et de novem ſolidis ſeptem denariis obolo, de operibus undecim cuſtumariorum ibidem operantium, in qualibet ebdomada, per tempus prædictum triginta tria opera, pretium operis obolus:

Et

Michaelis de auxilio XII l. Item dicunt quod placita & perquiſita curiæ ibidem cum quodam viſu in villa Burgi valent per ann. XXIII ſ.

Summa LXIV l. VII ſ. IXd.

## Glintone.

Item dicunt per ſacramentum ſuum, quod eſt in manerio de Glintone unum capitale meſuagium quod valet per annum cum uno gardino III ſ. Et unum molendinum ventricum quod valet per ann. XX ſ. Et ſunt ibidem in dominico CXLVII acræ terræ arabilis, quæ valent per ann. XLIX ſ. pretium acræ IV d. Et ſunt ibidem X acræ & dimidium prati quæ valent X ſ. VI d. pretium acræ XII d. Et XVI acræ prati quæ valent per ann. VIII ſ. pretium acræ VI d. & non plus quia communiter emergitur. Et eſt ibidem quædam paſtura in mariſco cujus agiſtiamentum valet nunc per ann. LX ſ. & non plus, quia emergitur per magnum tempus. Et ſunt ibidem VIII liberi tenentes, qui reddunt per annum ad prædictos IV terminos XXXII ſ. Et ſunt ibidem XI nativi, quorum quilibet eorum tenet unum meſuagium, & I virgatam terræ, & reddunt

per

per ann. ad terminos natalis Domini & paſchæ IV ſ. VII d. Et quilibet eorum operabitur per tres dies in qualibet ſeptimana cum uno homine per totum ann. exceptis IV ſeptimanis prædictis; & ſi non operetur dabit domino pro quolibet opere ob. & non plus, ſecundum conſuetudinem manerii; & eſt ſumma LXVI ſ. & quilibet eorum faciet duas precarias in autumpno ad cibum domini cum duobus hominibus, & valet precaria ultra repriſam I d. & eſt ſumma XXII d. Et quilibet eorum faciet tres aruras per ann. in III ſeiſonibus ad cibum domini ſi habuerit carucam propriam, & ſi non, nihil arabit; & valet quælibet arura ultra repriſam II. d. Et eſt ſumma VI ſ. VI d. Et ſunt ibidem XII Sokemanni quorum quilibet eorum tenet unum meſuagium, & quandam particulam terræ, & quilibet eorum reddit per ann. ad terminos natalis Domini & paſchæ II d. ob. & eſt ſumma II ſ. VI d. Et quilibet eorum faciet tres aruras per ann. in III ſeiſonibus & valet quælibet arura ultra repriſam III d. Et eſt ſumma IX ſ. Et ſunt ibidem V cotarii, qui reddunt per ann. ad prædictos quatuor terminos VII ſ. VI d. Et omnes cuſtumarii dant domino de auxilio ad

ET de undecim denariis de una precaria ibidem per dictum tempus.

DE aruris nihil reſpondent, quoniam nulla accidit tempore regis.

DE Sokemannis nihil, quia nihil de eis accidit tempore regis.

ET de viginti duobus denariis obolo de redditu aſſiſo quinque cotariorum ibidem de termino ſancti Michaelis:

ET de novem libris de auxilio cuſtumariorum ibidem:

ET de ſex denariis de placitis & perquiſitis curiæ ibidem.

SUMMA totius recepti de Glintone undecim libræ decem ſolidi, undecim denarii.

IIDEM

IIDEM reſpondent de viginti ſex ſolidis octo denariis de recognitionibus cuſtumariorum apud Witheringtone:

ET de ſex denariis de proficuo capitalis meſuagii ibidem:

ET de tribus ſolidis quatuor denariis de proficuo unius molendini ventrici ibidem.

ET de octo ſolidis de reddito aſſiſo liberorum tenentium de termino prædicto.

ET de ſeptem ſolidis decem denariis obolo de operibus novem cuſtumariorum ibidem operantium per tempus prædictum, in qualibet ſeptimana viginti ſeptem opera; pretium cujuſlibet operis obolus.

ET

ad feſtum S. Michaelis ex conſuetudine IX l. Et placita & perquiſita curiæ valent per ann. VI ſ. VIII d.

SUMMA XXIII l. VI ſ. I d.

## Wytheringtone.

ITEM dicunt per ſacramentum ſuum quod eſt apud Witheringtone unum capitale meſuagium quod valet per ann. XII d. Et ſunt in dominico CXXX acræ terræ arabilis, quæ valent per ann. XLIII ſ. IV d. pretium acræ IV d. Et ſunt ibidem XIII acræ prati, quæ valent per ann. XX ſ. VI d. pretium acræ XVIII d. Et eſt ibidem quoddam molendinum ventricum, quod valet per annum XX ſ. Et etiam ibidem de redditu aſſiſo liberorum tenentium per ann. ad prædictos quatuor terminos XXXII ſ. per æquales portiones. Et ſunt ibidem X tenentes, quorum quilibet eorum tenet unum meſuagium, & XII acras terræ, & quilibet eorum reddit per ann. ad terminos natalis Domini & paſchæ VIII d. & eſt ſumma VI ſ. VIII d. Et ſunt ibidem IX cuſtumarii, qui tenent VIII virgatas terræ; & quilibet eorum reddit per ann. ad terminos natalis Domini & paſchæ VIII d. & eſt ſumma VI ſ. Item quilibet

libet eorum operabitur per tres dies in qualibet ſeptimana, cum uno homine, exceptis IV ſeptimanis prædictis, & valet opus ob. Et eſt ſumma LIV ſ. & quilibet eorum faciet duas precarias in autumpno cum uno homine ad cibum domini; & valet opus ultra repriſam ob. & eſt ſumma XX d. Et quilibet eorum faciet tres aruras per ann. in III ſeiſonibus ad cibum domini, & valet quælibet arura ultra repriſam III d. & eſt ſumma VI ſ. IX d. Item ſunt ibidem IV tenentes, qui tenent IV virgatas terræ, & reddunt per ann. ad prædictos IV terminos XXXII ſ. & nihil operantur.

Item ſunt ibidem VI tenentes quorum quilibet tenet unum cotagium & duas acras terræ, & reddunt per ann. IX ſ. ad prædictos IV terminos, & non operantur. Et omnes custumarii dant domino de auxilio ad feſtum S. Michaelis communibus annis VIII l. XIII ſ. IV d. Placita & perquiſita curiæ valent per ann. V ſ.

Summa XX l. IX ſ. IV d.

## Waltone.

Item dicunt per ſacramentum ſuum quod eſt apud Waltone

Et de quatuor denariis de una precaria:

Et de octo ſolidis de redditu aſſiſo quatuor tenentium ibidem pro termino prædicto, & nihil operantur:

Et de duobus ſolidis tribus denariis de redditu aſſiſo cotariorum ibidem pro termino prædicto:

Et de octo libris tredecim ſolidis quatuor denariis de auxilio cuſtumariorum ibidem:

Et de octo denariis de placitis & perquiſitis unius curiæ ibidem:

Summa totius recepti de Wytheringtone tempore regis undecim libræ undecim ſolidi.

IIDEM reſpondent de tredecim ſolidis quatuor denariis de recognitionibus cuſtumariorum apud Waltone.

Et de quatuor denariis de proficuo capitalis meſuagii ibidem:

Et de duodecim denariis de redditu duorum libere tenentium ibidem:

Et de ſeptem ſolidis de operibus octo cuſtumariorum operantium per tempus prædictum, in qualibet ebdomada viginti quatuor opera, pretium cujuſlibet operis obolus.

Et de viginti ſolidis de redditu ſex cuſtumariorum de termino ſancti Michaelis & non operantur.

Et de quindecim denariis de redditu cotariorum ad eundem terminum, & de LIII ſolidis quatuor denariis de auxilio ad feſtum ſancti Michaelis.

tone unum capitale meſuagium quod valet per ann. XII d. Et ſunt ibidem CXXV acræ terræ arabilis, quæ valent per ann. XLI ſ. VIII d. pretium acræ IV d. Et ſunt ibidem VII acræ prati quæ valent per ann. XI ſ. III d. pretium acræ XVIII d. Et non eſt ibi paſtura niſi in communi mariſco. Item dicunt quod ſunt ibidem II liberi tenentes qui reddunt per ann. IV ſ. ad IV terminos. Et ſunt ibidem VIII cuſtumarii qui tenent VIII virgatas terræ, & reddunt per ann. V ſ. IV d. viz. pro qualibet virgata VIII ad natale Domini & ad Paſcham, & quilibet eorum operabitur per tres dies in ſeptimana per ann. cum uno homine, exceptis IV ſeptimanis prædictis. Et ſi non operetur, dabit domino pro quolibet opere ob. & non plus, ſecundum conſuetudinem manerii: & eſt ſumma XLVIII ſ. Et quilibet eorum faciet duas precarias in autumpno cum duobus hominibus ad cibum domini, & valet quælibet precaria ultra repriſam I d. & eſt ſumma XVI d. Et quilibet eorum faciet duas aruras per ann. unam yeme, & aliam quadrageſima, ad cibum domini, ſi habuerit carucam propriam; & valet quælibet arura ultra repriſam III d. & eſt ſumma IV ſ.

IV ſ. Item ſunt ibidem ſex nativi, qui tenent ſex virgatas terræ & reddunt per ann. ad prædictos IV terminos IV libras, & non operantur. Item ſunt ibidem VI cotarii qui reddunt per ann. ad prædictos IV terminos V ſ. Et omnes cuſtumarii dant domino de auxilio ad feſtum S. Michaelis LIII ſ. IV d. Et placita & perquiſita curiæ valent per ann. II ſ.

SUMMA XII l. XVI ſ. XI d.

## Eyebiri.

ITEM juratores dicunt quod eſt apud Eyebiri unum capitale meſuagium, cum quodam parvo parco adjacente; cujus paſtura ultra ſuſtentationem ferarum valet VI ſ. VIII d. Et ſubboſcus ejuſdem valet per ann. IV ſ. Et eſt ibidem unum molendinum ventricum, quod valet per ann. XIII ſ. IV d. Et ſunt ibidem CCX acræ terræ arabilis quæ valent per ann. CV ſ. pretium acræ VI d. Et ſunt ibidem XXII acræ prati quæ valent per ann. XXII ſ. pretium acræ XII d. & non plus, quia emergitur. Et eſt ibidem quædam paſtura in mariſco communi cujus proficuum valet per ann. IV ſ. Et ſunt ibidem X cuſtumarii qui tenent X virgatas terræ & reddunt per ann. VIII ſ. IV d.

ET de ſeptem denariis de una precaria.

ET de ſex denariis de placitis & perquiſitis curiæ ibidem.

SUMMA totius recepti de Waltone, tempore regis, quatuor libræ ſeptendecim ſolidi quinque denarii.

IIDEM reſpondent de decem ſolidis de recognitionibus cuſtumariorum apud Eyebiri.

ET de duobus ſolidis de proficuo capitalis meſuagii ibidem:

Et de paſtura in parco adjacente vendita:

Et de viginti denariis de ſubboſco ibidem:

Et de duobus ſolidis ſex denariis de proficuo unius molendini ventrici per dictum tempus:

Et de duodecim denariis de paſtura ibidem vendita:

Et de octo ſolidis novem denariis de operibus decem cuſtumariorum ibidem operantium per tempus prædictum; in qualibet ſeptimana triginta opera, pretium operis obolus.

Et de decem denariis de una precaria in autumpno.

Et de ſex denariis de redditu cotariorum ibidem.

Et de quinquaginta ſolidis de auxilio cuſtumariorum.

Et de ſex denariis de perquiſitis curiæ ibidem:

Summa totius recepti de Eyebiri ſexaginta ſeptem ſolidi novem denarii.

Iidem

IV d. viz. pro qualibet virgata X d. ad natale Domini & ad paſcham; & quilibet eorum operabitur per tres dies in ebdomada per ann. exceptis IV ſeptimanis prædictis, & ſi non operetur, dabit domino pro quolibet opere ob. & non plus, ſecundum conſuetudinem manerii; & eſt ſumma LX ſ. & quilibet eorum faciet II aruras per ann. viz. unam ad ſemen yemale, & aliam ad ſemen quadrageſimale ad cibum domini, ſi habuerit carucam propriam; & ſi non habuerit, nihil arabit: & valet quælibet arura ultra repriſam III d. & eſt ſumma V ſ. Et quilibet eorum faciet II precarias in autumpno cum II hominibus ad cibum domini, & valet opus ultra repriſam ob. & eſt ſumma XX d. Et ſunt ibidem VI cotarii qui reddunt per ann. II ſ. ad IV terminos. Et omnes cuſtumarii dabunt per ann. ad feſtum S. Michaelis de auxilio L ſ. Et placita & perquiſita curiæ valent per ann. III ſ. Summa XXIV l. V ſ.

## Undele.

Item dicunt juratores per ſacramentum ſuum quod eſt apud Undele unum capitale meſſuagium cum curtilagio &

ſine

ſine gardino cujus proficuum valet per ann. II ſ. & eſt ibidem unum columbare quod valet per ann. IV ſ. Et ſunt ibidem duo molendina aquatica quæ valent per ann. C ſ. Item ſunt ibidem CLXX acræ terræ arabilis quæ valent per ann. IV l. V. ſ. pretium acræ VI d. Et ſunt ibidem XIV acræ prati quæ valent per ann. XXVIII ſ. pretium acræ II ſ. Et eſt ibidem quædam paſtura ſeparalis quæ valet per ann. VI ſ. VIII d. Et ſunt in quodam loco qui vocatur le Bigginge infra dictum manerium in dominico CC acræ terræ arabilis, quæ valent per ann. L ſ. pretium acræ III d. Et ſunt ibidem CCLX acræ terræ arabilis quæ valent per ann. XXI ſ. VIII d. pretium acræ I d. & non plus, quia tota friſca. Et eſt ibidem quidam parcus qui vocatur le Bigginge, cujus ſubboſcus & herbagium ultra ſuſtentationem ferarum ibidem valent per ann. XIII ſ. IV d. Et ſunt ibidem duo liberi tenentes qui reddunt per ann. ad prædictos IV terminos VII ſ. & I libram cymini ad natale Domini, pretium ob. Et ſunt in villa de Undele XXXVII alii liberi tenentes qui tenent XXIV burgagia & reddunt per ann. ad prædictos quatuor terminos, X l. IV ſ. III d. ob.

Iidem reſpondent de viginti ſolidis de recognitionibus cuſtumariorum apud Undele.

Et de octo denariis de proficuo capitalis meſuagii ibidem:

Et de duobus ſolidis de uno columbari ibidem:

Et de viginti ſolidis de proficuo duorum molendinorum aquaticorum ibidem:

Et de ſex ſolidis octo denariis de ſubboſco ibidem vendito:

Et de duodecim denariis de paſtura ibidem vendita:

Et de viginti & uno denariis de redditu aſſiſo duorum libere tenentium ibidem:

Et de quinquaginta & uno ſolidis uno denario de redditu aſſiſo aliorum libere tenentium in villa de Undele:

Et de viginti ſolidis de redditu aſſiſo nativorum ibidem ad prædictum terminum:

Et de quadraginta tribus ſolidis quatuor denariis de redditu aliorum duodecim nativorum pro prædicto termino:

Et de duodecim denariis de una precaria.

Et de decem ſolidis de tolneto unius fori ibidem:

Et de ſex ſolidis novem denariis de redditu cotariorum ibidem.

De auxilio ad feſtum ſancti Michaelis nihil, quoniam cuſtumarii ibidem nihil dant de auxilio ad terminum prædictum:

Et de duodecim denariis de perquiſitis curiæ.

Summa totius recepti de Undele per tempus prædictum novem libræ quinque ſolidi tres denarii.

d. ob. Et ſunt ibidem XII nativi qui tenent inter ſe VIII virgatas terræ, & reddunt per ann. ad prædictos IV terminos IV l. viz. pro qualibet virgata X ſ. Item quilibet eorum faciet unam aruram ad ſemen yemale ad cibum domini, & valet diæta ultra repriſam III d. & eſt ſumma III ſ. Item ſunt ibidem XII nativi qui tenent VII virgatas terræ, & reddunt per ann. ad prædictos IV terminos, VIII l. XIII ſ. IV d. Item quilibet eorum faciet duas aruras per ann. unam ad ſemen yemale & aliam ad ſemen quadrageſimale, & valet arura V d. Et eſt ſumma VII ſ. VI d. Et quilibet eorum faciet duas precarias in autumpno cum II hominibus ad cibum domini, & valet opus cujuſlibet hominis per diem I d. & eſt ſumma XVIII d. Et ſunt ibidem XIX cotarii qui reddunt per ann. XXVII ſ. ad prædictos quatuor terminos. Eſt ibidem quædam curia de Portmanmot quæ valet per ann. cum tolneto cujuſdam fori LIII ſ. IV d. Eſt ibidem quædam alia curia quæ valet per ann. III ſ. IV d. & prædicti cuſtumarii nihil dant de auxilio per ann.

Summa XLIII l. XI ſ.

## Aſchtone.

ITEM juratores dicunt per ſacramentum ſuum, quod eſt apud Aſchtone unum capitale meſuagium ſine gardino ſeu curtilagio, quod valet per ann. XII d. Et ſunt ibidem duo molendina aquatica, quæ reddunt per ann. ad prædictos IV terminos IV l. III ſ. IV d. Et ſunt ibidem in dominico CII acræ terræ arabilis quæ valent per ann. XXXIV ſ. pretium acræ IV d. Et ſunt ibidem X acræ prati & dimidium quæ valent per ann. XV ſ. IX d. pretium acræ XVIII d. Et ſunt ibidem II libere tenentes qui reddunt per ann. ad prædictos IV terminos V ſ. Et ſunt ibidem XIV nativi quorum quilibet tenet unum meſuagium & unam virgatam terræ, & reddunt per ann. CXII ſ. viz. pro qualibet virgata terræ VIII ſ. Item quilibet eorum faciet II aruras per ann. unam viz. ad ſemen yemale & aliam ad ſemen quadrageſimale ſine cibo, & valet quælibet arura V d. & eſt ſumma XI ſ. VIII d. Item quilibet eorum falcabit per II dies cum uno homine ad cibum domini & valet opus I d. Et eſt ſumma II ſ. IV d. Item ſunt ibidem II nativi qui

IIDEM reſpondent de viginti ſolidis de recognitionibus cuſtumariorum apud Aſchtone.

ET de quatuor denariis de proficuo capitalis meſuagii ibidem:

ET de viginti ſolidis decem denariis de firma duorum molendinorum aquaticorum ibidem pro termino ſancti Michaelis.

ET de quindecim denariis de redditu aſſiſo quinque libere tenentium ad prædictum terminum:

ET de quinquaginta tribus ſolidis de redditu aſſiſo quatuordecim nativorum ibidem ad eundem terminum:

ET de quatuordecim denariis de operibus cuſtumariorum:

ET de ſex ſolidis tribus denariis de redditu aſſiſo aliorum duorum nativorum:

Et de duobus ſolidis novem denariis de redditu aſſiſo duorum nativorum ibidem; qui tenent unam virgatam terræ, & nihil operantur.

Et de uno denario obolo de redditu aſſiſo unius cotarii ad eundem terminum:

Et de tribus denariis obolo de operibus prædicti cotarii operantis per prædictum tempus quolibet die Lunæ operabili, pretium operis obolus.

De auxilio ad feſtum ſancti Michaelis nihil, quoniam prædicti cuſtumarii nihil dant de auxilio ad dictum feſtum:

Et de ſex denariis de placitis & perquiſitis curiæ ibidem.

Summa totius recepti de Aſchtone per dictum tempus centum ſex ſolidi ſex denarii.

Iidem reſpondent de XL ſolidis de recognitionibus cuſtumariorum apud Wermingtone.

Et de quatuordecim denariis de proficuo capitalis meſuagii ibidem:

qui tenent duas virgatas terræ & dimidium, & reddunt per ann. ad prædictos IV terminos XXV ſ. & nihil operantur. Item ſunt ibidem duo cuſtumarii qui tenent unam virgatamterræ, & reddunt per ann. XI ſ. ad prædictos IV terminos & nihil operantur. Item dicunt quod eſt ibidem unus cotarius qui reddit per ann. ad prædictos terminos VI d. & operabitur quolibet die lunæ a feſto nativitatis S. Johannis Baptiſtæ uſque feſtum ſancti Michaelis, & valet opus per diem ob. & eſt ſumma VII d. Item dicunt quod prædicti cuſtumarii nihil dant de auxilio ad feſtum S. Michaelis. Et placita & perquiſita curiæ valent per ann. III ſ.

Summa XV l. VI ſ. XI d.

## Wermingtone.

Item dicunt juratores, quod eſt apud Wermingtone unum capitale meſuagium quod valet per ann. cum gardinis & vivariis adjacentibus V ſ. Et eſt ibidem unum columbare quod valet per ann. III ſ. Et ſunt ibidem duo molendina aquatica quæ valent per ann. C ſ. Et ſunt ibidem in dominico CCCX acræ terræ arabilis quæ valent per ann. VII l. XV ſ. pretium acræ VI d.

3 Et

VI d. Et ſunt ibidem XXXI acræ prati quæ valent per ann. LXII ſ. pretium acræ II ſ. Eſt etiam ibidem quædam paſtura quæ valet per ann. VI ſ. VIII d. Et ſunt ibidem X liberi tenentes qui reddunt per ann. LXXVIII ſ. ad prædictos IV terminos. Et ſunt ibidem XLI cuſtumarii qui tenent XXXIII & dimidiam virgatam terræ, & reddunt per ann. ad terminos natalis Domini & paſchæ XVI ſ. VI d. viz. pro qualibet virgata terræ VI d. Item quælibet virgata terræ operabitur a feſto S. Michaelis uſque idem feſtum anno revoluto in qualibet ſeptimana per tres dies cum uno homine; & ſi non operetur, dabit domino pro quolibet opere ob. & eſt ſumma IX l. XV ſ. Et quælibet earum faciet II precarias in autumpno cum III hominibus ad cibum domini, & valet opus cujuſlibet per diem ob. & eſt ſumma VIII ſ. I d. ob. Et quælibet earum faciet duas aruras in II ſeiſonibus per ann. ad cibum domini, & valet quælibet arura ultra repriſam III d. & eſt ſumma XVI ſ. Et quilibet eorum dabit I gallinam ad feſtum natalis Domini, pretium I d. Et eſt ſumma III ſ. V d. Et ſunt ibidem V acremanni, quorum quilibet tenet unum meſuagium & dimidiam

Et de octodecim denariis de uno columbari per dictum tempus.

Et de viginti ſolidis de proficuo duorum molendinorum aquaticorum ibidem:

Et de duodecim denariis de paſtura ibidem vendita.

Et de novendecim ſolidis ſex denariis de redditu aſſiſo liberorum tenentium ibidem:

Et de viginti octo ſolidis ſex denariis quadrante de operibus quadraginta & unius cuſtumariorum operantium per prædictum tempus in qualibet ſeptimana nonaginta ſeptem opera & dimidium, pretium operis obolus.

Et de decem ſolidis de redditu quinque acremannorum ad feſtum ſancti Michaelis & nihil operantur.

Et de ſexdecim denariis quadrante de una precaria.

Et de quindecim ſolidis de redditu aſſiſo aliorum ſex nativorum pro prædicto termino, & nihil operantur.



diam … Et

Et de tribus denariis de una precaria ibidem:

Et de duobus ſolidis de redditu aſſiſo cotariorum ibidem ad eundem terminum:

Et de quatuordecim libris ſex ſolidis octo denariis de auxilio cuſtumariorum ibidem ad eundem terminum:

Et de octodecim denariis de placitis & perquiſitis curiæ ibidem:

Summa totius recepti de manerio de Wermingtone, viginti & una libræ octo ſolidi quatuor denarii obolus.

Iidem reſpondent de ſexaginta ſolidis de recognitionibus cuſtumariorum apud Keteringe.

Et de quindecim denariis de proficuo capitalis meſuagii ibidem:

diam virgatam terræ, & reddunt per ann. ad prædictos quatuor terminos XL ſ. & nihil operantur. Et ſunt ibidem VI tenentes quorum quilibet tenet unam virgatam terræ, & reddunt per ann. ad prædictos quatuor terminos LX ſ. viz. pro qualibet virgata X ſ. & quilibet eorum faciet duas precarias in autumpno cum II hominibus ad cibum domini, & valet opus ultra repriſam ob. & eſt ſumma VI d. Et ſunt ibidem VI cotarii qui reddunt per ann. ad prædictos quatuor terminos VIII ſ. Et prædicti cuſtumarii dant domino per ann. de auxilio ad feſtum ſancti Michaelis XIV l. VI ſ. VIII d. & placita & perquiſita curiæ valent per ann. X ſ.

Summa LII l. XIII ſ. IV d. ob.

## Keteringe.

Item dicunt juratores per ſacramentum ſuum, quod eſt apud Keteringe unum capitale meſuagium cum II gardinis & uno vivario quæ valent per ann. VI ſ. VIII d. Et eſt ibidem unum columbare quod valet per ann. IV ſ. Et ſunt ibidem duo molendina, quorum unum aquaticum per dictum vivarium, & aliud ventriticum; & valent per ann. LXXIII

LXXIII ſ. IV d. Eſt etiam ibidem quoddam forum per diem Veneris, cujus tolnetum valet per ann. XVI ſ. Et ſunt ibidem in dominico CCC acræ terræ arabilis quæ valent per ann. C ſ. pretium acræ IV d. Et ſunt ibidem XVI acræ prati & dimidium quæ valent per ann. XXXIII ſ. pretium acræ duo ſ. Eſt etiam ibidem quædam paſtura ſeperalis quæ valet per ann, III ſ. IV d. Et alia paſtura communis quæ valet per ann. IV ſ. Et ſunt ibidem XL cuſtumarii qui tenent inter ſe XXXIV virgatas terræ, & reddunt pro qualibet virgata terræ ad terminos natalis Domini & Paſchæ duodecim d. Et eſt ſumma XXXIV ſ. Et quælibet virgata terræ operabitur per totum ann. per duos dies cum uno homine qualibet ſeptimana, exceptis quatuor ſeptimanis prædictis; & ſi non operetur, dabit domino pro quolibet opere ob. & non plus ſecundum conſuetudinem manerii, & eſt ſumma VI l. XVI ſ. Et præter hoc omnes cuſtumarii debent CC acras terræ prædictæ de dominico quolibet anno warectare, rebinare, arare, & cum bladis domini ſeminare, herciare, ſarclare, metere, colligere, ligare & domi cariare; & valet opus cujuſlibet acræ per ann. XV

Et de duobus ſolidis de proficuo unius columbaris per dictum tempus ibidem:

Et de duobus ſolidis de proficuo unius columbaris ibidem per dictum tempus:

Et de tredecim ſolidis quatuor denariis de proficuo duorum molendinorum aquaticorum ibidem:

Et de tribus ſolidis quatuor denariis de proficuo tolneti fori ibidem:

Et de duodecim denariis de paſtura ibidem vendita.

Et de novendecim ſolidis decem denariis de operibus quadraginta cuſtumariorum operantium per prædictum tempus in qualibet ſeptimana ſexaginta octo opera, pretium operis obolus.

De aliis operibus quæ ſunt ibidem, ut de bladis metendis, ligandis, & cariandis nihil, quia nullum tale opus accidit tempore hujus compoti.

Et de duodecim ſolidis de redditu aſſiſo ſexdecim acremannorum pro termino ſancti Michaelis, & nihil operantur.



Et

ET de ſeptendecim ſolidis uno denario obolo de redditu cotariorum ibidem pro prædicto termino:

ET de quindecim libris ſex ſolidis octo denariis de auxilio cuſtumariorum ibidem ad feſtum ſancti Michaelis:

ET de ſexdecim ſolidis de placitis & perquiſitis curiæ ibidem cum quodam viſu poſt feſtum ſancti Michaelis:

ET de quindecim libris de centum acris terræ ſeminatis cum ſiligine de bonis conventus, & cum operibus cuſtumariorum ad eaſdem seminandas expenſis ſic venditis abbati ſuccedenti in groſſo.

SUMMA omnium receptorum de manerio de Keteringe per dictum tempus quadraginta libræ duo ſolidi quinque denarii obolus.

IIDEM reſpondent de triginta ſolidis de recognitione cuſtumariorum apud Cotingham.

ET de decem denariis de proficuo capitalis meſuagii ibidem per dictum tempus:

XV d. & eſt ſumma XII l. X ſ. Et iidem cuſtumarii debent C acras prædictæ terræ dominicæ quolibet anno warectare, & rebinare, & valet opus cujuſlibet acræ per ann. VI d. & eſt ſumma L ſ. Et ſunt ibidem ſexdecim acremanni qui tenent inter ſe XLIII acras terræ, & reddunt per ann. ad prædictos quatuor terminos XLVIII ſ. & nihil operantur. Et ſunt ibidem XXIV cotarii, qui reddunt per ann. ad prædictos quatuor terminos LXVIII ſ. VI d. Et omnes cuſtumarii dant domino ad feſtum S. Michaelis de auxilio ex conſuetudine XV l. VI ſ. VIII d. Item dicunt quod placita & perquiſita curiæ valent per ann. cum duobus viſibus franci plegii XXX ſ.

SUMMA LVII l. III ſ. VI d.

## Cotingham.

ITEM dicunt juratores, quod eſt apud Cotingham unum capitale meſuagium quod valet per ann. III ſ. & unum columbare quod valet per ann. II ſ. VI d. Et eſt ibidem unum molendinum aquaticum quod valet per ann. XLVI ſ. VIII d. Et ſunt ibidem in dominico CLIII acræ terræ arabilis quæ valent per ann. LXXVI ſ. VI

ſ. VI d. pretium acræ VI d. Et ſunt ibidem XII acræ prati & dimidium, quæ valent per ann. XXV ſ. pretium acræ II ſ. Et eſt ibidem quidam boſcus cujus proficuum nihil valet per ann. præter houſbote & heybote; quia in foreſta domini regis apud Rokingham. Item dicunt quod eſt ibidem de redditu aſſiſo unius liberi tenentis per ann. IV ſ. ad prædictos quatuor terminos. Et ſunt ibidem XXX cuſtumarii qui tenent inter ſe XXI virgatas terræ, & reddunt per ann. ad terminos natalis Domini & paſchæ XXI ſ. viz. pro qualibet virgata terræ XII d. & quælibet virgata terræ operabitur per totum annum in qualibet ebdomada cum uno homine per duos dies, exceptis quatuor ſeptimanis prædictis. Et ſi non operetur, dabit domino pro quolibet opere ob. & eſt ſumma IV l. IV ſ. Et quælibet virgata faciet duas aruras per ann. ad cibum domini in II ſeiſonibus. Et valet quælibet arura ultra repriſam III d. & eſt ſumma X ſ. VI d. Et quælibet earum faciet duas precarias in autumpno cum uno homine ad cibum domini, & valet opus ultra repriſam ob. & eſt ſumma XXI d. Et omnes cuſtumarii dant domino de auxilio ad feſtum S. Michaelis

Et de quindecim denariis de uno columbari per tempus prædictum:

Et de duodecim ſolidis de proficuo unius molendini aquatici ibidem:

Et de duodecim denariis de redditu aſſiſo unius libere tenentis ibidem, ad feſtum ſancti Michaelis:

Et de duodecim ſolidis tribus denariis obolo de operibus triginta cuſtumariorum ibidem operantium per tempus prædictum, in qualibet ſeptimana quadraginta duo opera, pretium operis obolus;

Et de centum ſolidis de auxilio cuſtumariorum ibidem ad feſtum ſancti Michaelis:

ET de ſex ſolidis ſex denariis de placitis & perquiſitis unius curiæ cum quodam viſu poſt feſtum ſancti Michaelis.

SUMMA omnium receptorum de manerio de Cotingham per tempus prædictum octo libræ quatuor ſolidi octo denarii obolus.

IIDEM reſpondent de ſexdecim ſolidis de recognitionibus cuſtumariorum apud Stanewigge.

ET de quatuor denariis de proficuo capitalis meſuagii ibidem:

ET de duodecim denariis de proficuo unius columbaris ibidem:

ET de quindecim ſolidis de firma unius molendini aquatici ibidem ad feſtum ſancti Michaelis:

ET de viginti denariis de redditu aſſiſo de liberis tenentibus ibidem ad prædictum terminum:



ET

S. Michaelis IV l. & placita & perquiſita curiæ valent per ann. cum duobus viſibus X ſ.

SUMMA XIX l. IV ſ. XI d.

## Stanewigge.

ITEM dicunt juratores, quod eſt apud Stanewigge unum capitale meſuagium ſine gardino ſeu curtilagio quod valet per ann. XII d. & unum columbare quod valet per ann. II ſ. & unum molendinum aquaticum quod reddit per ann. ad prædictos quatuor terminos LX ſ. Et ſunt ibidem in dominico CXVI acræ terræ arabilis quæ valent per ann. LVIII ſ. pretium acræ VI d. Et ſunt ibidem XIX acræ prati quæ valent per ann. XXXVIII ſ. pretium acræ II ſ. Et ſunt ibidem ſex liberi tenentes qui reddunt per ann. ad prædictos quatuor terminos VI ſ. VI d. Et ſunt ibidem XX cuſtumarii qui tenent inter ſe XIV virgatas terræ, unde reddunt per ann. ad feſtum purificationis beatæ Mariæ XXVI ſ. & ad feſtum S. Johannis Baptiſtæ IV ſ. VIII d. pro quadam conſuetudine quæ vocatur Wethirſilvir; & quælibet dictarum virgatarum terræ operabitur in qualibet ſeptimana per duos dies cum uno homine per totum annum,

exceptis

exceptis IV ſeptimanis prædictis; & ſi non operetur, dabit domino pro quolibet opere ob. & eſt ſumma LVI ſ. Et quilibet de illis cuſtumariis dabit domino ad feſtum natalis Domini unam gallinam, pretio I d. Et eſt ſumma XX d. & X ova ad paſcham, & eſt ſumma CLXXX quæ valent per ann. VIII d. ob. q. Et omnes cuſtumarii prædicti dabunt per annum de auxilio ad feſtum ſancti Michaelis LXVI ſ. VIII d. Et placita & perquiſita curiæ ibidem valent per ann. cum duobus viſibus VI ſ. VIII d. & non plus communibus annis, quia nulli debent ſectam ibidem niſi prædicti tenentes.

Summa XVI l. VII ſ. X d. ob. q.

## Irtlingburghe.

Item dicunt juratores, quod eſt apud Irtlinburghe unum capitale meſuagium quod valet per ann. cum quodam clauſo XX d. Et eſt ibidem unum molendinum ventriticum quod valet per ann. XXVI ſ. VIII d. Et ſunt ibidem in dominico LXX acræ terræ arabilis quæ valent per ann. XXIII ſ. IV d. pretium acræ IV d. Et ſunt ibidem XXI acræ prati quæ valent per

Et de octo ſolidis tribus denariis de operibus viginti cuſtumariorum ibidem operantium per prædictum tempus in qualibet ſeptimana viginti octo opera, pretium cujuſlibet operis obolus:

Et de ſexaginta ſex ſolidis octo denariis de auxilio cuſtumariorum ad feſtum ſancti Michaelis ibidem:

Et de tribus ſolidis ſex denariis de perquiſitis unius curiæ ibidem cum quodam viſu poſt feſtum ſancti Michaelis.

Summa omnium receptorum de manerio de Stanewigge per dictum tempus centum duodecim ſolidi quinque denarii.

Iidem reſpondent de viginti ſolidis de recognitionibus cuſtumariorum apud Irtlingburgh.

Et de ſex denariis de proficuo capitalis meſuagii ibidem:

Et de ſex ſolidis octo denariis de proficuo unius molendini ventrici ibidem per dictum tempus:

Et de duobus ſolidis de paſtura ibidem vendita:

Et

Et de duobus ſolidis ſeptem denariis obolo de redditu aſſiſo libere tenentium de termino ſancti Michaelis:

Et de undecim ſolidis ſex denariis pro operibus terræ dominicæ:

Et de quinque ſolidis tribus denariis de operibus viginti trium cuſtumariorum operantium per prædictum tempus, in qualibet ſeptimana octodecim opera, pretium operis obolus.

Et de quinque ſolidis ſex denariis de redditu cotariorum ibidem ad prædictum terminum.

Et de ſexaginta ſex ſolidis octo denariis de auxilio cuſtumariorum ibidem ad feſtum ſancti Michaelis:

Et de decem denariis de placitis & perquiſitis curiæ ibidem:

Summa

per ann. XLII ſ. pretium acræ II ſ. Et eſt ibidem quædam paſtura quæ valet per ann. VI ſ. VIII d. Et ſunt ibidem VII libere tenentes qui reddunt per ann. X ſ. VI d. ad prædictos quatuor terminos.

Et ſunt ibidem XXIII cuſtumarii qui tenent inter ſe XVIII virgatas terræ, & reddunt per ann. ad terminos natalis Domini & paſchæ LXXII ſ. & prædicti cuſtumarii debent quolibet anno warectare, rebinare, arare, ſeminare, cum bladis domini herciare, ſarclare, metere, colligere, ligare, adunare, domi cariare XLVI acras dictæ terræ, & valet opus cujuſlibet acræ terræ XV d. & eſt ſumma LVII ſ. VI d. Et prædicti cuſtumarii debent quolibet anno warectare, & rebinare XXIV acras prædictæ terræ dominicæ, & valet opus cujuſlibet acræ VI d. & eſt ſumma XII ſ. Et præter hoc quælibet virgata terræ operabitur per I diem cum uno homine in qualibet ſeptimana per totum annum, exceptis IV ſeptimanis prædictis; & ſi non operetur, dabit domino pro quolibet opere ob. & eſt ſumma XXXVI ſ. Item ſunt ibidem XV cotarii qui reddunt per ann. ad prædictos IV terminos XXII ſ. Et omnes cuſtumarii prædicti dant domino per ann. de

de auxilio ad feſtum S. Michaelis LXVI ſ. VIII d. Et placita & perquiſita curiæ ibidem valent per ann. V ſ.

SUMMA XVIII l. XII ſ.

SUMMA omnium receptorum de manerio de Irtlingburgh per dictum tempus ſex libræ octodecim denarii obolus.

## Northburghe.

ITEM dicunt quod eſt apud Northburge unum capitale meſuagium quod valet per ann. II ſ. & ſunt ibidem LXX acræ terræ arabilis quæ valent per ann. XLVI ſ. VIII d. pretium acræ VIII d. Et ſunt ibidem VII acræ prati, quæ valent per ann. XIV ſ. pretium acræ II ſ. Et eſt ibidem quædam paſtura communis quæ valet per ann. V ſ.

SUMMA LXVII ſ. VIII d.

IIDEM reſpondent de octo denariis de proficuo capitalis meſuagii apud Northburgh:

ET de duodecim denariis de paſtura ibidem vendita.

SUMMA totius recepti de Northburgh viginti denarii per tempus prædictum.

## Norhamtone.

ITEM dicunt juratores quod abbas de Burgo S. Petri habet in comitatu Norhamtoniæ Hundreda ſubſcripta, viz. Naſſum Burgi, Pokebroke, Okeſlowe, & Navisforde, quæ tenentur de tribus ſeptimanis in tres ſeptimanas, quorum placita & perquiſita curiæ valent per ann. IV l. Et ſunt in quolibet prædictorum hundredorum duo magni turni per ann. viz. poſt paſcham & poſt feſtum S. Michaelis qui valent per

IIDEM reſpondent de triginta ſolidis quatuor denariis de placitis & perquiſitis quatuor hundredorum in comitatu Norhamtoniæ; ſumma hundredorum patet.

IIDEM reſpondent de ſex libris de quatuor turnis in quatuor hundredis poſt feſtum ſancti Michaelis.

SUMMA de turnis patet.

IIDEM reſpondent de viginti ſex ſolidis octo denariis de recognitionibus cuſtumariorum apud Tynewelle.

ET de decem denariis de proficuo capitalis meſuagii ibidem:

ET de octodecim denariis de uno columbari ibidem:

ET de quatuor ſolidis quatuor denariis de proficuo unius molendini aquatici ibidem per dictum tempus:

ET de ſex denariis de paſtura vendita:

ET de decem denariis de redditu aſſiſo unius libere tenentis, de termino ſancti Michaelis.

ET

per ann. auxilio vicecomitis X l. VI ſ. VIII d.

SUMMA hundredorum cum turnis XIV l. VI ſ. VIII d. ſumma prædictorum maneriorum cum hundredis & turnis in comitatu Norhamtoniæ CCCC IX l. X ſ. II d. ob. q.

ITEM dicunt juratores quod eſt apud Tinewelle unum capitale meſuagium quod valet per ann. II ſ. Et unum columbare quod valet per ann. III ſ. Eſt etiam ibidem unum molendinum aquaticum debile quod valet per ann. XX ſ. Et ſunt ibidem in dominico CX acræ terræ arabilis quæ valent per ann. XXXVI ſ. VIII d. pretium acræ IV d. Et ſunt ibidem XI acræ prati quæ valent per ann. XXII ſ. pretium acræ II ſ. Et ſunt ibidem III acræ prati quæ valent per ann. III ſ. pretium acræ XII d. Et paſtura communis valet per ann. II ſ. Et eſt ibidem de redditu aſſiſo de uno libere tenente per ann. III ſ. III d. Et ſunt ibidem & in Ingethorp XXVI cuſtumarii qui tenent XIX virgatas terræ & reddunt per ann. ad natale Domini & ad paſcham XXII ſ. IV d. viz. pro qualibet virgata XIV d. Et quælibet virgata operabitur per duos dies in qualibet ſeptimana cum uno homine per totum annum exceptis quatuor ſeptimanis

prædictis,

prædictis, & ſi non operetur, dabit domino pro quolibet opere ob. & eſt ſumma LXXVI ſ. & quælibet earum faciet duas precarias per annum ad cibum domini cum duobus hominibus, & valet diæta ultra repriſam I d. & eſt ſumma III ſ. II d. Et quælibet virgata faciet III aruras per ann. in III ſeiſonibus ad cibum domini, & valet quælibet arura ultra repriſam III d. & eſt ſumma XIV ſ. III d. Item dicunt quod ſunt ibidem VI cotarii qui reddunt per ann. ad prædictos IV terminos IX ſ. Et prædicti cuſtumarii dant domino de auxilio per ann. ad feſtum S. Michaelis C ſ. Et placita & perquiſita curiæ valent per ann. cum duobus viſibus X ſ. & non plus communibus annis, quia nihil dant de chevagio ſeu de certo fine.

SUMMA XVI l. VI ſ. IX d.

## Eſtone.

ITEM dicunt juratores ſuper ſacramentum ſuum quod eſt apud Eſtone unum capitale meſuagium quod valet per ann. II ſ. & unum molendinum ventriticum quod valet per ann. XL ſ. Et ſunt ibidem in dominico CCCX acræ terræ arabilis quæ valent per ann. VII l. XV ſ. pretium

ET de undecim ſolidis uno denario de operibus viginti ſex cuſtumariorum operantium per tempus hujus compoti viz. in qualibet ſeptimana triginta octo opera, pretium operis obolus:

ET de viginti denariis de una precaria ibidem:

ET de duobus ſolidis tribus denariis de redditu cotariorum ibidem ad eundem terminum:

ET de centum ſolidis de auxilio cuſtumariorum ibidem ad dictum terminum ſancti Michaelis:

ET de ſex ſolidis ſex denariis de placitis & perquiſitis unius curiæ cum quodam viſu ibidem.

SUMMA omnium receptorum per tempus hujus compoti de manerio de Tynewelle ſeptem libræ ſexdecim ſolidi unus denarius.

IIDEM reſpondent de XL ſolidis de recognitionibus cuſtumariorum apud Eſtone.

ET de octo denariis de proficuo capitalis meſuagii ibidem:

ET

Et de ſeptem ſolidis de proficuo unius molendini ventrici per tempus hujus compoti:

Et de tribus ſolidis quatuor denariis de boſco ibidem vendito:

Et de quindecim ſolidis novem denariis de operibus viginti custumariorum ibidem operantium per tempus hujus compoti, in qualibet ſeptimana quinquaginta quatuor opera; pretium operis obolus:

Et de quinque ſolidis quatuor denariis de redditu aſſiſo ſexdecim ſokemannorum de termino ſancti Michaelis:

Et de quindecim denariis de redditu aſſiſo unius tenentis ad dictum terminum ſancti Michaelis:

Et de undecim libris tredecim ſolidis quatuor denariis de auxilio cuſtumariorum ibidem: Et

tium acræ II ſ. Et eſt ibidem quidam boſcus cujus ſubboſcus valet per ann. VI ſ. VIII d. & non plus communibus annis, quia communis. Et dicunt quod non ſunt ibi liberi tenentes niſi qui tenent per ſervitium militare. Et ſunt ibidem XX cuſtumarii qui tenent inter ſe XVIII virgatas terræ, & reddunt per ann. ad natale Domini & paſcham XXXVI ſ. viz. pro qualibet virgata II ſ. Et quælibet virgata terræ operabitur per tres dies in qualibet ſeptimana cum uno homine per totum ann. exceptis quatuor ſeptimanis prædictis, & ſi non operetur, dabit domino pro quolibet opere ob. & eſt ſumma CIV ſ. & quælibet virgata faciet III aruras per ann. ad cibum domini ſi habuerit carucam propriam; & valet quælibet arura ultra repriſam III d. & eſt ſumma XIII ſ. X d. ob. Et quælibet virgata faciet I precariam in autumpno ad cibum domini, & valet opus ultra repriſam ob. & eſt ſumma IX d. Et quilibet eorum dabit domino ad natale Domini unam gallinam, pretio I denarii; & eſt ſumma XX d. Et quilibet eorum dabit domino ad paſcham X ova, & eſt ſumma CLXXX & valent per ann. IX d. q. pretio centenæ V d. Et ſunt ibidem XXVI

3 Sokemanni

ſokemanni qui tenent inter ſe VIII virgatas terræ, & reddunt per ann. ad IV terminos XXI ſ. IV d. Et quilibet eorum faciet duas aruras per ann. in II ſeiſonibus ad cibum domini, & valet quælibet arura ultra repriſam III d. & eſt ſumma XIII ſ. & quilibet eorum faciet unam precariam in autumpno cum uno homine ad cibum domini, & valet opus ultra repriſam ob. & eſt ſumma XIII d. Et eſt ibidem quidam tenens qui reddit per ann. ad prædictos IV terminos V ſ. & facit duas aruras per ann. ad cibum domini; & valent ultra repriſam VI d. Et omnes prædicti cuſtumarii dant domino ad feſtum S. Michaelis per ann. de auxilio X l. XIII ſ. IV d. Et placita & perquiſita curiæ valent per ann. cum II viſibus franci plegii, XL ſ.

SUMMA XXXV l. X ſ. I d. ob. q.

## Colingham.

ITEM dicunt juratores ſuper ſacramentum ſuum quod eſt apud Colingham unum capitale meſuagium cum quodam parvo vivario, quæ valent per ann. III ſ. IV d. Et eſt ibidem unum columbare quod valet per ann. III ſ. VI d. Item dicunt

ET de viginti uno ſolidis ſex denariis de perquiſitis unius curiæ ibidem cum quodam viſu poſt feſtum ſancti Michaelis.

SUMMA omnium receptorum de manerio de Eſtone per tempus hujus compoti, ſexdecim libræ octo ſolidi duo denarii.

DE redditu aſſiſo unius liberi tenentis de uno termino, & de auxilio cuſtumariorum ad feſtum ſancti Michaelis, & de placitis & perquiſitis curiæ de hoc manerio de Eſtone, una cum ſumma receptorum de eodem plenarie notata in præcedenti parte hujus folii.

IIDEM reſpondent de quadraginta ſolidis de recognitione cuſtumariorum apud Colingham:

ET de duodecim denariis de proficuo capitalis meſuagii ibidem:



ET

Et de viginti duobus denariis de proficuo unius columbaris ibidem:

Et de duobus ſolidis de paſtura ibidem vendita:

Et de octodecim denariis de quadam ſeperali piſcaria ibidem.

De proficuo cunicularis nihil per dictum tempus:

Et de ſeptem ſolidis ſex denariis de proficuo duorum molendinorum ventricorum:

Et de duodecim ſolidis novem denariis obolo quadrante de redditu aſſiſo quinque libere tenentium ibidem ad feſtum ſancti Michaelis:

Et de ſeptendecim ſolidis tribus denariis de redditu aſſiſo quadraginta ſokemannorum ad eundem terminum.

dicunt quod ſunt ibidem in dominico CCVIII acræ terræ arabilis, quæ valent per ann. LXIX ſ. IV d. pretium acræ IV d. Item ſunt ibidem XV acræ prati quæ valent per ann. XXII ſ. VI d. pretium acræ XVIII d. Eſt etiam ibidem quædam paſtura communis quæ valet per ann. VI ſ. Et eſt ibidem quædam alia paſtura quæ vocatur Stones, quæ continet tres acras, & valet per ann. XII d. Et eſt ibidem quædam alia paſtura communis quæ valet per ann. III ſ. Item eſt ibidem quædam piſcaria ſeperalis quæ valet per ann. X ſ. Eſt etiam ibidem quoddam cuniculare quod valet per ann. XII d. Sunt etiam ibidem duo molendina ventritica quæ valent per ann. ultra repriſam LIII ſ. IV d. Item dicunt quod ſunt ibidem V liberi tenentes qui reddunt per ann. LI ſ. II d. ob. viz. ad terminos natalis Domini, paſcham, S. Johannis & S. Michaelis, per æquales portiones. Item ſunt ibidem XL ſokemanni qui tenent inter ſe XLVI bovatas terræ, unde reddunt pro qualibet bovata terræ per annum ad prædictos terminos XVIII d. & eſt ſumma LXIX ſ. Item quilibet eorum prædictorum ſokemannorum faciet duas aruras per ann. ad cibum domini cum

quot averiis habuerint junctis in caruca; viz. unam yemalem, aliam quadrageſimalem, & valet quælibet arura II d. Et eſt ſumma XIII ſ. IV d. Item quilibet eorum ſarclabit per unum diem cum uno homine; & valet opus ob. & eſt ſumma XX d. Et quilibet eorum falcabit per unum diem cum uno homine, & metet per unum diem cum uno homine, & valet opus cujuſlibet hominis per diem ob. & eſt ſumma III ſ. IV d. Item dicunt quod ſunt ibidem XIII cuſtumarii, quorum quilibet tenet duas bovatas terræ, & reddunt per ann. ad prædictos quatuor terminos XIII ſ. per æquales portiones, & quilibet eorum faciet duas aruras per ann. viz. unam yemalem & aliam quadrageſimalem; & valet quælibet arura II d. & non plus, quia ſi non habuerit carucam propriam, nihil arabit ſecundum conſuetudinem manerii, & eſt ſumma IV ſ. IV d. Item quilibet eorum operabitur a feſto S. Michaelis uſque ad idem feſtum anno revoluto per duos dies in qualibet ſeptimana cum uno homine, exceptis quatuor ſeptimanis prædictis, & ſi non operetur, dabit domino pro quolibet opere ob. & non plus, ſecundum conſuetudinem manerii, & eſt ſumma LVI ſ. & II d. Item dicunt



De aliis operibus prædictorum ſokemannorum nihil, quia nullum opus accidit tempore hujus compoti:

Et de tribus ſolidis tribus denariis de redditu aſſiſo tredecim cuſtumariorum ibidem pro prædicto termino:

Et de ſeptem ſolidis ſeptem denariis de operibus eorundem operantium per tempus prædictum; in qualibet ſeptimana viginti ſex opera; pretium operis obolus:

Et de quinque ſolidis de redditu aſſiſo de decem cotariis ibidem ad eundem terminum:

Et de tredecim libris ſex ſolidis octo denariis de auxilio cuſtumariorum ibidem ad eundem terminum:

Et de duobus ſolidis de placitis & perquiſitis curiæ per dictum tempus ibidem.

Summa

SUMMA totius recepti de manerio de Colingham per tempus hujus compoti octodecim libræ octo ſolidi quatuor denarii obolus quadrans.

IIDEM reſpondent de centum ſolidis de recognitionibus cuſtumariorum apud Fiſkirtone:

ET de ſexdecim denariis de proficuo capitalis meſuagii ibidem:

ET de duodecim denariis de proficuo unius columbaris:



dicunt quod ſunt ibidem X cotarii qui reddunt per ann. XX ſ. ad prædictos quatuor terminos per æquales portiones. Item quilibet eorum cotariorum operabitur per unum diem in autumpno cum uno homine; & valet opus ob. ſecundum conſuetudinem manerii, & eſt ſumma V d. Et omnes cuſtumarii, ſokemanni, & cotarii dant domino ad feſtum S. Michaelis de auxilio XIII l. VI ſ. VIII d. ex conſuetudine. Item dicunt quod placita & perquiſita curiæ valent per ann. XIII ſ. IV d.

SUMMA XXXIV l. IV ſ. V d. ob.

## Fiſkirtone.

ITEM dicunt juratores ſuper ſacramentum ſuum quod eſt apud Fiſkertone unum capitale meſuagium quod valet per ann. cum curtilagio & vivario adjacentibus VI ſ. VIII d. Eſt etiam ibidem unum columbare quod valet per ann. II ſ. Item ſunt ibidem CCCX acræ terræ arabilis, quæ valent per ann. VII l. XV ſ. pretium acræ VI d. Et ſunt ibidem XXX acræ prati, quæ valent per ann. LX ſ. pretium acræ II ſ. Eſt etiam ibidem quidam boſcus cujus ſubboſcus valet per ann. X l. &

paſtura prædicti boſci valet per ann. VI ſ. VIII d. Item eſt ibidem unum molendinum ventriticum quod reddit per ann. LIII ſ. & IV d. ad prædictos quatuor terminos. Item eſt ibidem quædam piſcaria in ripa de Wythem, quæ reddit per ann. LIII ſ. & IV d. Item dicunt quod ſunt ibidem IV liberi tenentes qui reddunt per ann. XXVI ſ. VIII d. ad quatuor terminos prædictos per æquales portiones. Item ſunt ibidem XXXIII custumarii qui tenent LXVI bovatas terræ & reddunt per ann. ad prædictos IV terminos viz. natalis Domini, paſchæ, S. Johannis & S. Michaelis IV l. VIII ſ. viz. pro qualibet bovata terræ XVI d. & quilibet eorum faciet tres aruras per annum ad cibum domini, viz. unam yemalem, & aliam quadrageſimalem & tertiam æſtivalem, ſi habuerit carucam propriam; & valet quælibet arura ultra repriſam II d. & eſt ſumma XVI ſ. VI d. Item quilibet eorum operabitur a feſto S. Michaelis uſque ad idem feſtum anno revoluto, exceptis IV ſeptimanis prædictis, in qualibet ſeptimana per duos dies cum uno homine; & ſi non operetur, dabit domino pro quolibet opere ob. & eſt ſumma VI l. XII ſ. Et quilibet eorum faciet duas precarias

Et de centum ſolidis de ſubboſco ibidem vendito:

De paſtura nihil reſpondent, quia nulli erant emptores per dictum tempus:

Et de tredecim ſolidis quatuor denariis de firma unius molendini ventritici:

Et de tredecim ſolidis quatuor denariis de firma unius piſcariæ ibidem in ripa de Wythem ad feſtum ſancti Michaelis:

Et de ſex ſolidis octo denariis de redditu aſſiſo libere tenentium ibidem ad eundem terminum:

Et de viginti duobus ſolidis de redditu de triginta tribus cuſtumariis ibidem ad feſtum ſancti Michaelis:

Et de novendecim ſolidis tribus denariis obolo de operibus prædictorum cuſtumariorum

riorum ibidem operantium per prædictum tempus in qualibet ſeptimana ſexaginta ſex opera; pretium operis obolus.

Et de ſeptem ſolidis de redditu aſſiſo viginti unius aliorum cuſtumariorum de termino prædicto:

Et de ſex ſolidis uno denario obolo de operibus prædictorum cuſtumariorum operantium per tempus prædictum in qualibet ſeptimana viginti unum opera; pretium operis obolus:

Et de undecim ſolidis tribus denariis de redditu aſſiſo viginti novem cuſtumariorum in Sudbroc & Scotthorne pro termino prædicto:

Et de decem ſolidis undecim denariis de redditu aſſiſo triginta cotariorum in Fiſkirtone, Refham, Sudbroke & Scotthorn pro termino prædicto:

Et de ſeptendecim libris tredecim ſolidis quatuor denariis de auxilio cuſtumariorum ad feſtum ſancti Michaelis:

Et

precarias in autumpno ad cibum domini, cum II hominibus, & valet opus cujuſlibet hominis ultra repriſam I d. & eſt ſumma XI ſ. Et ſunt ibidem XXI cuſtumarii qui tenent XXI bovatas terræ, & reddunt per ann. ad prædictos quatuor terminos XXVIII ſ. viz. pro qualibet bovata terræ XVI d. & quilibet eorum operabitur in qualibet ſeptimana per unum diem cum uno homine per totum ann. exceptis IV ſeptimanis prædictis. Et ſi non operetur, dabit domino pro quolibet opere ob. & eſt ſumma XLII ſ. & arabunt inter ſe XXI aruras in tribus ſeiſonibus ad cibum domini, & valet quælibet arura ultra repriſam II d. & eſt ſumma III ſ. VI d.

Item dicunt quod ſunt in Sudbroc & Scotthorn XXIX cuſtumarii, qui tenent inter ſe XXXIV bovatas terræ, & reddunt per ann. ad prædictos IV terminos XLV ſ. viz. pro qualibet bovata XV d. Et quilibet eorum faciet tres aruras per ann. ad cibum domini in tribus ſeiſonibus prædictis, ſi habuerit carucam propriam; & valet quælibet arura ultra repriſam II d. Et eſt ſumma XXIV ſ. VI d. Item dicunt quod ſunt in Fiſkirtone Refham, Sudbroc, & Scotthorn XXX cotarii, qui reddunt

dunt per ann. XLIII ſ. VIII d. Et omnes cuſtumarii dant domino de auxilio ad feſtum S. Michaelis XVI l. XIII ſ. IV d. Item dicunt quod placita & perquiſita curiæ valent per ann. cum duobus viſibus Franci plegii XXX ſ.

SUMMA LXIX l. XIV d.

## Scotere.

ITEM dicunt juratores quod eſt apud Scotere unum capitale meſuagium quod valet per ann. cum uno vivario V ſ. Et eſt ibidem unum columbare quod valet per ann. III ſ. Sunt etiam ibidem in dominico CCV acræ terræ arabilis, quæ valent per ann. LXVIII ſ. IV d. pretium acræ IV d. Et ſunt ibidem XXX acræ prati quæ valent per ann. XLV ſ. pretium acræ XVIII d. Eſt etiam ibidem quædam paſtura quæ valet per ann. VI ſ. VIII d. Et eſt ibidem unus boſcus cujus ſubboſcus valet per ann. VI ſ. VIII d. Et eſt ibidem unum molendinum ventriticum quod valet per ann. XL ſ. Item ſunt ibidem quinque liberi tenentes qui reddunt per ann. XX ſ. Item dicunt quod ſunt ibidem XX ſokemanni qui tenent inter ſe XX bovatas terræ, & reddunt per ann. ad prædictos

ET de ſexdecim ſolidis de placitis & perquiſitis curiæ ibidem cum quodam viſu poſt feſtum ſancti Michaelis:

SUMMA totius recepti de manerio de Fiſkirtone cum membris per tempus hujus compoti triginta quatuor libræ novendecim denarii.

IIDEM reſpondent de quadraginta ſolidis de recognitionibus cuſtumariorum apud Scotere.

ET de ſexdecim denariis de proficuo capitalis meſuagii ibidem:

ET de octodecim denariis de proficuo unius columbaris ibidem:

ET de duodecim denariis de paſtura ibidem vendita:

ET de tribus ſolidis quatuor denariis de ſubboſco ibidem vendito:

ET de decem ſolidis de uno molendino ventritico:

ET

ET de quinque ſolidis de reddito aſſiſo liberorum tenentium ibidem ad feſtum ſancti Michaelis:

ET de duodecim ſolidis ſex denariis de redditu aſſiſo viginti ſokemannorum ibidem ad eundem terminum.

ET de decem denariis de una precaria ibidem:

ET de ſexdecim ſolidis uno denario obolo de redditu aſſiſo quadraginta trium cuſtumariorum ibidem ad eundem terminum:

ET de duodecim ſolidis ſex denariis obolo de operibus eorundem cuſtumariorum operantium in qualibet ſeptimana per tempus prædictum quadraginta tria opera; pretium operis obolus.

ET de ſex ſolidis uno denario obolo de redditu aſſiſo octodecim cotariorum pro prædicto termino:

ET de tredecim libris ſex ſolidis octo denariis de auxilio omnium cuſtumariorum ad feſtum ſancti Michaelis:

ET de undecim ſolidis ſex denariis de placitis & perquiſitis unius curiæ forinſecæ cum quodam viſu poſt feſtum ſancti Michaelis:

ET de decem denariis de placitis

tos quatuor terminos L ſ. Et quilibet eorum faciet tres aruras per ann. in tribus ſeiſonibus ad cibum domini, & valet quælibet arura ultra repriſam II d. Et eſt ſumma X ſ. Et quilibet eorum faciet tres precarias in autumpno ad cibum domini cum uno homine, & valet opus ultra repriſam ob. Et eſt ſumma II ſ. & VI d. Et ſunt ibidem XLIII cuſtumarii, qui tenent XLIII bovatas terræ, & reddunt per ann. ad prædictos terminos LXIV ſ. VI d. viz. pro qualibet bovata XVIII d. Et quilibet eorum operabitur per totum ann. exceptis quatuor ſeptimanis prædictis, in qualibet ſeptimana per unum diem cum uno homine. Et ſi non operetur, dabit domino pro quolibet opere ob. & eſt ſumma IV l. V ſ. Et quilibet eorum faciet tres aruras per ann. in tribus ſeiſonibus prædictis, ſi habuerit carucam propriam ad cibum domini, & valet quælibet arura II d. & eſt ſumma XXI ſ. VI d. Et ſunt ibidem XVIII cotarii qui reddunt per ann. XXIV ſ. VI d. Et omnes cuſtumarii, ſokemanni, & cotarii dant domino de auxilio ad feſtum S. Michaelis XIII l. VI ſ. VIII d. Item dicunt quod eſt ibidem una curia forinſeca cujus placita & perquiſita valent per ann. cum duobus

duobus viſibus XX ſ. & quædam alia curia de manerio prædicto quæ valet per ann. VI ſ. VIII d.

SUMMA XXXVII l. VI ſ.

## Walcote.

ITEM dicunt juratores quod eſt apud Walcote unum capitale meſuagium quod valet per ann. XVIII d. Eſt etiam ibidem unum columbare quod valet per ann. III ſ. VI d. Et ſunt ibidem in dominico CIII acræ terræ arabilis, quæ valent per ann. LI ſ. VI d. pretium acræ VI d. Et eſt ibidem quædam placea prati quæ continet V acras, & valet per ann. X ſ. Eſt etiam ibidem unum molendinum ventriticum quod valet per ann. XIII ſ. IV d. Et ſunt ibidem duo liberi tenentes qui reddunt per ann. ad prædictos terminos IV ſ. VIII d. Et ſunt ibidem XVI cuſtumarii qui tenent inter ſe XVIII bovatas terræ, & reddunt per ann. ad prædictos terminos XXVII ſ. viz. pro qualibet bovata XVIII d. Et quilibet eorum operabitur per totum annum exceptis quatuor ſeptimanis prædictis in qualibet ſeptimana per unum diem cum uno homine, & ſi non operetur, dabit domino pro quolibet opere ob.



placitis & perquiſitis curiæ cuſtumariorum ibidem:

SUMMA totius recepti de manerio de Scotere per tempus prædictum novendecim libræ novem ſolidi tres denarii obolus:

IIDEM reſpondent de viginti ſolidis de recognitionibus cuſtumariorum apud Walcote:

ET de ſex denariis de proficuo capitalis meſuagii ibidem:

ET de viginti uno denariis de proficuo unius columbaris ibidem per dictum tempus:

ET de duobus ſolidis ſex denariis de proficuo unius molendini ventrici per tempus hujus compoti:

ET de quatuordecim denariis de redditu aſſiſo duorum liberorum tenentium ad feſtum ſancti Michaelis:

ET de ſex ſolidis novem denariis de redditu aſſiſo ſexdecim cuſtumariorum ibidem ad dictum tempus:

 ET

Et de quatuor ſolidis octo denariis de operibus eorundem operantium in qualibet ſeptimana per tempus prædictum ſexdecim opera; pretium operis obolus:

Et de octodecim denariis de redditu aſſiſo quatuor cotariorum ibidem:

Et de quadraginta ſolidis de auxilio cuſtumariorum ibidem ad feſtum prædictum:

Et de octo denariis de perquiſitis unius curiæ ibidem:

Summa totius recepti de manerio de Walcote ſuper Humbrum per dictum tempus ſeptuaginta novem ſolidi ſex denarii.

Iidem reſpondent de tredecim ſolidis quatuor denariis de recognitionibus cuſtumariorum apud Thurleby:

Et de ſex denariis de proficuo capitalis meſuagii ibidem:

Et de octo denariis de proficuo unius columbaris:

ob. & eſt ſumma XXXIII ſ. Et quilibet eorum faciet duas aruras per ann. ad cibum domini ſi habuerit carucam propriam, ut ſupradictum eſt, & valet quælibet arura ultra repriſam duobus d. Et eſt ſumma V ſ. IV d. Et ſunt ibidem IV cotarii qui reddunt per ann. ad prædictos quatuor terminos VI ſ. Et cuſtumarii dant domino de auxilio ad feſtum S. Michaelis XL ſ. & placita & perquiſita curiæ valent per ann. III ſ. IV d.

Summa IX l. XIX ſ. II d.

## Thurleby.

Item dicunt juratores quod eſt apud Thurleby unum capitale meſuagium quod valet per ann. XII d. Et eſt ibidem unum columbare quod valet per ann. XX d. Sunt etiam ibidem in dominico LV acræ terræ & dimidium, quæ valent per ann. XVIII ſ. pretium acræ IV d. Sunt etiam ibidem IV acræ prati quæ valent per ann. VIII ſ. Et eſt ibidem quædam paſtura in mariſco in communi quæ valet per ann. VI ſ. VIII d. Eſt etiam ibidem quidam boſcus cujus ſubboſcus valet per ann. III ſ. IV d. Sunt ibidem IV liberi tenentes qui reddunt per ann. ad prædictos IV terminos

minos XVIII ſ. Sunt etiam ibidem XII cuſtumarii qui tenent XII bovatas terræ, & reddunt per ann. ad natale & paſcha XVI ſ. viz. pro qualibet bovata XVI d. Item quilibet eorum operabitur in qualibet ſeptimana per duos dies per ann. cum uno homine exceptis quatuor ſeptimanis prædictis, & valet opus ob. & non plus ſecundum conſuetudinem manerii; & eſt ſumma XLVIII ſ. Et quilibet eorum faciet duas aruras per ann. in duobus ſeiſonibus ad cibum domini, & valet arura ultra repriſam III d. & eſt ſumma VI ſ. Et quilibet eorum faciet duas precarias in autumpno cum uno homine ad cibum domini, & valet opus ultra repriſam ob. & eſt ſumma XII d. Et quilibet eorum dabit domino unam gallinam ad natale Domini, pretio I d. & eſt ſumma XII d. Et prædicti cuſtumarii dant domino per ann. ad feſtum S. Michaelis de auxilio XXIII ſ. IV d. Item dicunt quod placita & perquiſita curiæ valent per ann. cum duobus viſibus Franci plegii VI ſ. VIII d.

Summa VII l. XVIII ſ. VIII d.

Et de duodecim denariis de paſtura vendita in mariſco:

Et de duobus ſolidis de ſubboſco ibidem vendito:

Et de quatuor ſolidis ſex denariis de redditu aſſiſo quatuor liberorum tenentium ibidem ad feſtum ſancti Michaelis:

Et de ſeptem ſolidis de operibus duodecim cuſtumariorum operantium in qualibet ſeptimana, viginti quatuor opera; pretium operis obolus:

Et de ſex denariis de una precaria in autumpno ibidem:

Et de viginti tribus ſolidis quatuor denariis de auxiliis cuſtumariorum ibidem ad feſtum ſancti Michaelis:

Et de tribus ſolidis octo denariis de perquiſitis curiæ ibidem cum quodam viſu poſt feſtum ſancti Michaelis:

Summa totius recepti de manerio de Thurleby per dictum tempus quinquaginta ſex ſolidi ſex denarii.

IIDEM respondent de quinque ſolidis de redditu quorundam tenentium in Stanforde ad feſtum ſancti Michaelis:

ET de undecim ſolidis ſex denariis de perquiſitis unius curiæ ibidem cum quodam viſu poſt feſtum ſancti Michaelis:

SUMMA totius recepti de Stanforde per dictum tempus ſexdecim ſolidi ſex denarii.

SUMMA omnium receptorum de maneriis abbatis ſupradictis per tempus prædictum. ducentæ ſeptuaginta quatuor libræ octo ſolidi quinque denarii obolus.

## Stanforde.

ITEM dicunt juratores quod in Stanforde ſunt diverſi liberi tenentes qui reddunt per ann. ad prædictos IV terminos XX ſ. Item dicunt quod eſt ibidem quædam curia tenta de III ſeptimanis in tres ſeptimanas & valet per ann. cum duobus viſibus XX ſ.

SUMMA XL ſ.

SUMMA maneriorum abbatis de Burgo de baronia in comitatibus Lincolniæ Notinghamiæ, Leiceſtriæ, & Rotelandiæ CCXII l. VI ſ. ob.

SUMMA omnium maneriorum abbatis de Burgo de Baronia tam in comitatu Norhamptoniæ, quam in comitatibus Lincolniæ, Notinghamiæ, Leyceſtriæ & Rotelandiæ, cum hundredis & turnis, DCXXI l. XVI ſ. III d. q.

Abbas

3

# HISTORIÆ
# Coenobii Burgenſis
# CONTINUATIO
## Per *ANONYMUM.*

### Abbas Adam de Botheby MCCCXXI.

ANNO Domini milleſimo trecenteſimo, viceſimo primo, Godefrido de Croylande quondam abbate monaſterii de Burgo ſancti Petri, ordinis ſancti Benedicti, Lincolnienſis Diœceſeos, viam univerſæ carnis ingreſſo viz. XII Kal. Septembris, ipſius quoque corpore eccleſiaſticæ ſepulturæ tradito, fratre Alexandro de Wiſtowe ipſius mo-

naſterii priore, una cum aliis monaſterii ejuſdem monachis in domo capitulari hora conſueta congregatis, ac morte ejuſdem domini Godefridi eiſdem notificata, petita prius a domino Edwardo rege Angliæ, filio regis Edwardi, de electione facienda licentia, petita & optenta, ac deliberatione inter ſe habita diligenti, diem ſeptimum menſis Septembris in loco capitulari ad electionem futuri prælati in ipſo loco celebrandam præfixerunt & aſſignarunt: quo die adveniente, dictis priore & monachis convenientibus dictam electionem faciendis, ut prius comparentibus, ac deliberatione aliquali præhabita per quam viam eſſet in hujus electionis negotio procedendum; tandem placuit omnibus & ſingulis per viam procedere compromiſſi, eccleſiæ deſolatæ de paſtore providere; Unde dictus conventus nullo penitus diſcordante, in duodecim comonachis plenam poteſtatem ad eligendum abbatem dicti monaſterii conceſſerunt. Qui quidem compromiſſarii fratrem Adam de Botheby tunc dicti monaſterii ſubcellerarium divina favente clementia concorditer in abbatem & paſtorem ipſius monaſterii dicto ſeptimo die elegerunt.

QUA quidem electione coram priore & conventu prædictis in forma juris propoſita, & tandem eodem die poſt horam nonam præfato electo præſentata, idem electus electioni de ſe factæ, utilitate dicti monaſterii poſita, annuit & conſenſit; & ſtatim eodem die verſus dictum dominum regem conſenſum ejuſdem petiturus iter arripuit.

TEMPORALIBUS dicti monaſterii in manibus dicti regis a tempore vacationis ejuſdem continuo exiſtentibus; & licet idem electus prædictum dominum regem primo Londoniæ & poſtea Rouceſtriæ, ubi familia ipſius domini regis aliquamdiu morabatur, diligenter quæſiviſſet, certa tamen nova de eodem domino rege, ubi videlicet perſonaliter inveniri poſſet, per duodecim dies continue expectando in dicta civitate Rouceſtriæ idem electus cum familia ſua continua morabatur, & explorare non potuit, niſi quatenus ex relatu quorundam didicit, quod idem dominus rex in inſula de Tenet juxta Cantuariam permanſit, transfretationem domini Hugonis le Deſpencer expectando. Qui quidem dominus Hugo a regno Angliæ de conſenſu majorum totius regni relegationi deputatus extitit & addictus. Quo quidem ſupradicto relatu plenius intellecto, dictus electus verſus dominum regem ad locum an-

tedictum, ex conſilio domini Rogeri de Northborou tunc garderobæ domini regis theſaurarii & aliorum amicorum, iter arripuit; ac domino regi in dicta inſula exiſtenti fuerat præſentatus, & electioni de ſe factæ negotium humiliter extitit expoſitum, implorando quod regiæ ſuæ majeſtatis electioni prædictæ ſuum præbere dignaretur aſſenſum. Cujus benevolentia gratanter impetrata Londoniam eſt reverſus, & ſic dictus electus verſus dominum Henricum tunc Lincolniæ epiſcopum apud Bokedene exiſtentem confirmationem ſuæ electionis petivit inſtanter. Idem tamen dominus epiſcopus variis ut aſſeruit tunc præpeditus negotiis, ad negotium præfatum terminandum intendere nequivit; ſed quod ibidem electus coram eo in eccleſia parochiali de Stevingtone in comitatu Bedefordiæ in dicto electionis negotio proceſſurus, & recepturus quod juſtum foret, compareret [ad] certum diem præfixum. Quo die adveniente idem electus coram dicto domino epiſcopo loco præfixo comparuit, & electionis ſuæ confirmationem in forma juris inſtanter petiit.

TANDEM poſt multas altercationes idem dominus prædictam electionem canonicam fore pronunciavit, & pontificali autoritate tanquam canonicum confirmavit prædictum. Poſt quam quidem confirmationem, ſicut præmittitur, non ſine gravibus laboribus & expenſis habitam, idem electus confirmatus iterum verſus dominum regem præfatum, pro temporalibus ſuis, [per] prædictum dominum regem & ipſius miniſtros tempore vacationis dicti monaſterii occupatis, recuperandis & liberandis iter ſuum arripuit. Quem idem electus confirmatus in caſtro de Porceſtria in diœceſi Ciceſtriæ ſupra mare poſt multos & diverſos labores invenit. Coram quo idem electus negotium ſuum propoſuit; & ut idem dominus rex fidelitatem ſuam admitteret, & temporalia dicti monaſterii juxta conſuetudinem regni liberaret, inſtanter petiit. Idemque dominus rex fidelitatem dicti electi [accepit] per manus domini Ricardi de Eyremine, qui ſigillum privatum ejuſdem domini regis tunc detulit, & domino cancellario Angliæ tunc Londoniæ commoranti per literas ſuas ſub privato ſigillo, quod temporalia dicti monaſterii præfato electo reſtitueret, ſcribi mandavit & fecit.

SOLUTIS quoque poſtea feodis diverſis per electum præfatum mareſcallo domini regis, & camerario, ut eſt moris, quæ

ſe

ſe extendebant ad decem libras ſterlingorum; idem electus Londoniam rediit, & diverſa brevia in cancellaria ipſius domini regis ad excaetores ejuſdem pro temporalibus ſuis liberandis juxta mandatum domini regis ſub ſigillo ſuo privato, prædicto domino cancellario prius directum impetravit. Ipſaque brevia [ad] excaetores domini regis, timore oppreſſionum diverſarum, de quibus iidem excaetores comminabantur, celeriter tranſmiſit. Et ſic idem electus per finem CCCXXXII lib. VI ſol. VIII den. quæ faciunt quingentas marcas, domino regi ſolvendarum pro tempore vacationis monaſterii prædicti, temporalia ſua de manibus domini regis liberavit & adquiſivit, pro quibus ſicut præmittitur, celeriter liberandis, idem electus excaetoribus & aliis LXVI lib. IX ſol. X den. præter expenſas diverſas eorundem, quæ extendunt in pecunia XII lib. XIX ſol. III den. Solvit etiam præter expenſas per menſam, quas fecit frater Ricardus de Offorde monachus tunc ſeneſcallus de Burgo, & Johannes de Monklane tunc ſubeſcaetor domini regis in comitatu Norhamptoniæ circa compotum ordinandum, faciendum, & reddendum, apud Weſtmaſter ad ſcaccarium domini regis pro tempore vacationis prædictæ, quæ ſunt VII lib. & IX ſol. Et præter unam annuam penſionem C ſol. & unam robam, quam habuit Ricardus de Rodeneye tunc excaetor domini regis pro filio ſuo. Et unam annuam penſionem C ſol. quam habuit dominus rex jure ſuo regio pro magiſtro Willelmo de Maldone tunc domini regis notario. Et ſe extendunt expenſæ prædictæ cum fine facto domino regi præter annuas expenſiones & victualia [ad] CCCCXLI lib. IV ſol. II den. quæ faciunt in marcis DCLXI marcas, XI ſol. V den. Quibus per prædictum electum ſicut præmittitur expeditis, munereque benedictionis eidem electo per præfatum dominum epiſcopum die dominico proximo poſt feſtum S. Firmini anno Domini ſupradicto in eccleſia de Bradewelle, prout decuit, impenſo; idem frater Adam de Botheby tunc abbas monaſterii præfati, primo ad manerium ſuum de Keteringe, poſtea ad manerium de Eye acceſſit, & ibidem uſque feſtum conceptionis virginis glorioſæ ex tunc proximum futurum moram traxit. Eodemque die per officialem domini archidiaconi Northamtoniæ, auctoritate domini epiſcopi Lincolnienſis, in corporalem poſſeſſionem dicti monaſterii inductus fuit, & per eundem officialem inſtallatus. Et



licet

licet idem officialis palefridum domini abbatis pro feodo ſuo petiit, nihil tamen nomine feodi reportavit. Hiis ſupradictis expeditis, deſcendendum eſt ad expenſas varias ſingulorum annorum temporis ſui.

IN primis idem abbas cum feodis & penſionibus non ſolutis, ac etiam creditoribus pro diverſis generibus bladorum emptis, quia cariſtia bladi fuit nimis exceſſiva per ſex annos, propter ſterilitatem terræ, & inundationes aquarum, & quaſi continue ſupererant; Computatis iſtis autem omnibus & ſingulis, cum funeralibus expletis, indebitabatur de tempore prædeceſſoris ſui de MCCLXXI lib. II ſ. V den. ob. Quod quidem debitum idem Adam abbas tempore ſuo perſolvit. Item eodem anno dominus Thomas comes Lancaſtriæ una cum aliis comitibus & proceribus regni contra dominum regem inſurrexerunt, ac domino regi apud pontem de Burtone obviam dederunt. In ſubſidium cujus guerræ idem abbas Adam prædicto domino regi de mandato domini regis contulit CXXXIII lib. VI ſol. VIII den. Item eodem anno idem abbas prædictus domino regi ad gulam Auguſti pro ſervitio ſuo verſus Scotiam CC lib. & pro auro reginæ XX lib. perſolvit. Item cum clerus provinciæ Cantuariæ prædicto domino regi quinque denarios de marca in ſui ſubſidium conceſſiſſent; idem abbas pro portione ſua præfato regi XIV lib. XI ſol. VIII den. perſolvit. Et ſic extendunt ſolutiones prædictæ prædicto domino regi factæ [ad] CCCLXVII lib. XVIII ſol. IV den. Summa ſolutionum prædictarum tam pro vacatione quam aliis expenſis circa alia recuperanda, quam domino regi, ut præmittitur, ex cauſis prædictis factarum, viz. a tempore obitus Godefridi abbatis uſque ad feſtum ſancti Michaelis proximum ſequens, & ab illo feſto uſque ad idem feſtum anno ſuo primo finiente, una cum emptione bladorum & ſtauri MMMCCCCLXIII lib. XIII ſol. V den.

ITEM eodem anno tanta ſterilitas terræ ratione inundationis aquarum quaſi continuo ſupererat, quod omnia blada ad omnia maneria, ad dictum monaſterium illo anno pertinentia pro expenſis dicti monaſterii uſque feſtum purificationis nequaquam ſufficere poterant; ſed a dicto feſto purificationis uſque ad gulam Auguſti ex tunc proximum ſequentem idem abbas omnia bladorum genera, quæ per dictum tempus pro

expenſis in ipſo monaſterio faciendis requirebantur, & per ſuos miniſtros emi fecit, viz. CCCCXCI quarteria VII eſk & dim. frumenti, XI quarteria III eſk ſiliginis, CCCCXVII quarteria VI eſk ordei, CCXCI quarteria avenæ, LXVII quarteria, VI eſk fabarum, CCLXXV quarteria, duo eſk braſei ordei, duo quarteria braſei drageti, & decem quarteria VI eſk moturæ emptum. Summa quarteriorum emptorum, MDLXIX quarteria, I eſk & dimidium. Summa prædictorum in pecunia DCXXIX lib. XIX ſol. IV den. ob. q. & erat cariſtia ſingulorum quarteriorum omnium bladorum multum exceſſiva, ut patet in compotis. Sic idem abbas de anno in annum tempore ſuo bladum, quæ ſe extendunt temporibus ſuis in pecunia numerata ad MCCXL lib. II ſol. I den. ob. præter venditiones quaſcunque factas. Et ne recedatur a memoria qualiter omnes prædeceſſores iſtius abbatis ſufficientiam boſci pro focali temporibus ſuis ſine emptione quacunque poſſederunt ſicut in alnetis, Burgſen, Talneholt, & Peykirkeſirth: Tempore tamen dicti abbatis fiebat emptio continua ſingulis annis prætextu defectus focalis, ratione inundationis aquarum, & corruptionis dictorum alnetorum, & aliarum ſylvarum cæduarum; videlicet CCCLXXX lib. VIII ſol. XI den. Propterea inter alia infortunia, peſtilentia ſive morina animalium ſic contigit immenſa, ut in primo anno ſuo expendit in ſtauro, emptum de claro CXXXIII lib. II ſol. V den. & ſic per plures annos in ſui principio permanebat, quod prætextu dictæ morinæ per XVI annos, quæ ſe extendebat ad XIV MXXXIII animalia; dictus abbas ſolvit in denariis pro reſſauratione ſtauri maneriorum per XIII annos, MCCXIII lib. XI ſol. XI den. nam trina vice omnia animalia empta pro prædictis maneriis continue moriebantur, excepta emptione in annis poſtmodum futuris.

ANNO ſecundo dicti abbatis accidit, quod per nunciationem cujuſdam fratris prædicatoris eiſdem abbati & conventui conſtabat, quod quatuor albæ cartæ falſæ, fabricatæ ad modum ſigilli abbatis & conventus Londoniæ extiterant conſignatæ, una cum quodam ſcripto obligatorio CC lib. ſigillo abbatis & conventus falſe fabricato & conſignato, adjecta conditione in eodem ſcripto, quod ſi abbas & conventus in ſolutione terminis in ipſa obligatione contentis deficerent

facienda,

facienda, ex tunc C lib. nomine pœnæ in ſubſidium terræ ſanctæ applicandas perſolverent una cum ſorte prænotata. Quibus, per abbatem & conventum prædictos, conceptis & intellectis, fratrem Gilbertum de Aſlokbi commonachum eorundem ad explorandum de præmiſſis celerius deſtinarunt. Qui de mandato ſuperiorum ejuſdem Londoniæ accedens & cum prædicto fratre prædicatore colloquium habens de præmiſſis, quis cartas albas & obligationem prædictam habuit, concepit, & non ſine magna difficultate ipſas obligationem & cartas vidit. Et licet idem frater Gilbertus abbatem & conventum de hujus obligatione & cartis, quod de ipſorum conſenſu nullatenus ordinaverunt, quantum potuit excuſavit; ipſas tamen obligationem & cartas ſine redemptione immenſa recuperare non potuit, ſed inducias XX dierum ad conſulendum dominos abbatem & conventum ſuper hiis cum difficultate optinuit; & ſic apud Burgum rediit, & quæ vidit abbati & conventui ac eorum conſilio nunciavit; qui non ſine turbatione maxima conſilium eorum, ut quid in tanto periculo cautius foret agendum ordinarent, convocari fecerunt; & habita plena deliberatione cum eiſdem, quod hujus cartæ & obligatio, ex quibus dampna intolerabilia dicto monaſterio provenire poſſent, redimerentur, ordinarunt. Super quibus præfatum fratrem Gilbertum Londoniis remiſerunt, cum ſumma pecuniæ viz. L lib. & gravibus laboribus & aliis expenſis ipſas cartas & obligationem redemit, & ipſis uſque Burgum detulit: & in capitulo, abbate & conventu præſentibus, oſtendi, & literam obligatoriam legi & etiam ibidem cancellari fecit.

ITEM eodem anno quidem Willelmus de Aſcheby tunc ſeneſcallus libertatis domini abbatis, duas albas cartas ſigillo abbatis & conventus ſignatas apud Stanewigge pro XX marcis redemit. Nec potuit aliquis cognoſcere ſigillum fabricatum & ſigillum conventus niſi conjunctim apponerentur, & vix tunc, quia tunc plures monachi non cognoſcebant. Nec moveatur quis quod talium cartarum cum ſigillis fabricatarum redemptio emergebat: quia, qui poſſidebant illas Londoniis maxime minabantur, niſi de adeptione earum celerius tractaretur, ad manus domini Hugonis filii domini Hugonis le Eſpenſer devolverentur; quem tunc tanquam domini regis conſiliarium habebant, & illius timore præ oculis inito ad finem levius

levius perducitur prælocutum. Item anno prædicto cum clerus provinciæ Cantuariæ domino regi decimas conceſſiſſent, idem dominus abbas ſolvit pro portione ſua XLVIII lib. XVIII ſol. XI den. Item eodem anno conſtruxit de novo quandam grangiam lapideam apud Glintone de ſumptibus.——

IN emptione bladorum eodem anno, ſuper venditiones quaſcunque factas, CCCLXXIII lib. IX ſol. VII den. ob. In ſtauro empto CXIX lib. XIX ſol.

ANNO tertio idem dominus abbas ſolvit domino regi pro decima per dominum Johannem papam XXII. de clero conceſſa XLVIII lib. XVIII ſol. XI den. Nota, cum oppreſſionibus & peſtilentiis prædictis per ipſum abbatem & conventum diligenter conſideratis, volentes expenſis monaſterium ſuum ære alieno quamplurimum oneratum quantum poterant relevare, ut idem dominus abbas cum aliquali familia ad partes Oxoniæ ſe transferret, ordinarunt. Idem quoque dominus abbas, ſicut præmittitur, conſultus in die ſancti Marci evangeliſtæ ad partes illas ſe tranſtulit, & per VI menſes ibidem moram trahens: & caſualiter dum ibi moram traxit, contingebant incendia domorum in die ſanctorum Gordiani & Epimachi in le Hythegate, Preſtegate & in Marketſtede apud Burgum, quod redditus dicti abbatis minuebantur fere in C ſol. annuatim. Item accidit eodem anno quod cum humida in quadam grangia magna lapidicina & de novo conſtructa per abbatem Godefridum in manerio de Eye una cum omnibus bladis ad dictum manerium pertinentibus reponerentur, ex foeno prædicto ignis generatur: unde prædicta grangia cum omnibus bladis prædictis, quæ juxta communem æſtimationem ad MCCC quarteria ſe extendebant, penitus concrematur. Idem abbas expendit circa reparationem prædictæ grangiæ præter groſſum meremium & præter expenſas immenſas.———In emptiones bladorum, ſuper venditiones quaſcunque factas, CX lib. XVIII ſol. IV den. In ſtauro empto, CL lib. IX ſol. X den.

ANNO quarto idem abbas domino regi ſolvit pro decima per prædictum dominum papam commiſſa tunc currente XLVIII lib. XVIII ſol. XI den. In emptione bladorum ſuper venditiones quaſcunque factas CCLXXV lib. XIII ſol. I den. In ſtauro empto

empto CLXVII lib. VI ſol. VIII den. Item eodem anno accidit, quod cum manerium de Torpel & Uptone ad manus dicti Edmundi de Wodeſtoke, tunc comitis Canciæ, fratris Eduuardi regis, filii regis Edwardi, de novo perveniſſet, ac oppreſſiones hominibus dicti domini abbatis ſibi & in maneriis ſuis frequenter per ſe & miniſtros ſuos intuliſſet, ac idem abbas in iſto parliamento Londoniæ tractatum habens cum dicto comite & ſuis, de conſilio ſuo conſiderans & attendens pericula majora futura ratione duritiæ & dominationis anxiæ dicti comitis temporibus futuris imminere; ductus conſilio ſuorum, tandem tales mediatores erga dictum comitem habuit, quod dictum manerium ab ipſo comite ad firmam recepit pro CVI lib. XIII ſol. IV den. eidem comiti pro firma præfata annuatim ſolvendis; idem tamen manerium juxta verum valorem LXXX lib. ſummam annuatim non exceſſit. Sed quia idem dominus abbas oppreſſiones prædictas evitare voluit, de conſenſu conventus & totius conſilii ſui præfatum manerium pro ſumma ita exceſſiva ad firmam admiſit. Et fuerunt ſolutiones dicti manerii de Torpel majores per ſex annos quam firmam de CCCCXLVII lib. VI ſol. IX den.

ANNO quinto cum dominus Edwardus de Carnarevan filius regis Edwardi fuiſſet apud Waterneutone juxta Walmisforde, idem abbas expendit in dicto domino rege & familia ſua, viz. in exenniis & aliis donis XXIII lib. X ſol. In emptione bladorum ſuper venditiones quaſcunque factas CCXV lib. XIV ſol. IV den. In ſtauro empto CLVII lib. XIII ſol. XIII den.

ANNO ſexto dominus Edwardus tertius a conqueſtu, filius regis Edwardi, in feſto paſchæ ex tunc proximo futuro una cum regina matre ſua domina Iſabella, & dominus Johannes de Eltham frater domini regis & comes Cornubiæ & duæ ſorores domini regis cum aliis comitibus, nec non tribus epiſcopis cum cancellaria ſua apud Burgum venit, & feſtum ſuum paſchale ibidem tenuit, ac per decem dies continue moram traxit. In quibus præfatus abbas in donis diverſis, viz. in pecunia numerata, in jocalibus & aliis diverſis donis præter palefridum & præter lardarium, panem vinum & cerviſiam de ſtauro [expendit] CCCCLXXXVII lib. VI ſol. V den. Item eodem anno idem abbas cartas diverſas de libertatibus per progenitores dicti domini regis eccleſiæ de Burgo

conceſſas confirmari, & aliquas libertates in eiſdem de novo addi fecit, & unam novam cartam de uno ſaltero habendo ad parcum de Bygginge, & de prædicto domino rege tunc impetravit. Pro quibus LIII lib. XIII ſol. IV den. dicto domino regi ſolvit.

ITEM eodem anno ſolvit domino regi, pro ſervitio in Scotia, quando idem dominus rex Scotos in parco de Stanhop obſedit, & ipſos Scotos ad fugam poſuit, C libras; & pro auro reginæ X libras. In emptione bladorum ſuper venditiones quaſcunque factas CXL lib. XIX ſol. VII den. ob. In ſtauro empto LXXX lib. II ſol. I den.

ANNO ſeptimo idem abbas ſolvit domino regi pro decimis ſibi conceſſis XLVIII lib. IV ſol. VIII den. ob. Item idem abbas eodem anno expendit in exenniis factis domino regi apud Undel & Stanforde commoranti XXXIV lib. VII ſol. IV den. Eodem anno contigit quod juſtitiarii itinerantes domini regis Norhamptoniæ ſedebant. Ad quam quidem villam idem dominus abbas, prior, & quatuor monachi, cum familia ſua in craſtino omnium ſanctorum perſonaliter acceſſit, & uſque tranſlationem beati martyris cum magna familia ibidem moram traxit; & hoſpitium magnum & oneroſum valde tenuit, [ad] juſtitiarios & alios nobiles quoſcunque ibidem commorantes ſæpius convivandum; libertates inſuper eccleſiæ de Burgo, de quibus prius dubium vertebatur allocari, coram domino Galfrido le Scroup & ſociis ſuis per diverſa placita & oneroſa fuerunt allocatæ. In quacunque etiam actione contra eccleſiam de Burgo in dicto itinere mota ſemper optinuit, nec in aliquo ſuccubuit quoviſmodo.

ACCIDIT quippe quod dominus Galfridus de la Mare miles, qui tria feoda militum de dicto abbate in Makeſeye & Thorleby tenuit, anno Domini MCCCXXVII diem ſuum clauſit extremum, & ſepultus eſt apud Burgum ſancti Petri in capella beatæ Mariæ juxta anteceſſores ſuos.

DICTUS vero dominus Galfridus tenuit de comite Herfordiæ viz. de domino Johanne Bown in Eſſex terras & tenementa per feodum militare. Prædictus vero Galfridus tres duxit uxores; ex tertia uxore, ſcilicet Margareta nomine, prægnante in abbatia de Burgo ſancti Petri, dimiſit, & poſtea in eadem abbatia ratione partus ſui per aliquod tempus cuſtodita, filium maſculum peperit; quem amici ſui fecerunt

in

in monaſterio Burgi baptizari & Galfridum nuncupari. Et quia dominus Galfridus prædictus dum vixit duas habuit ſorores, quarum unam dictus Radulphus de Crombwelle, & aliam dominus Johannes de Foleville duxit in uxorem, qui prædictæ Margaretæ impoſuerunt quod uxor legitima dicti Galfridi non extitit, ſed concubina, ex hoc arguentes, quod Galfridus puer præfatus extitit illegitimus & de legitimo thoro nullatenus procreatus, & ſic patri ſuo prædicto jure hæreditario ſuccedere non valebat.

SUPER quibus dictæ ſorores contra dictum puerum Galfridum primo in conſiſtorio Lincolnienſi, & poſtea in curia de arcubus cauſam movebant. Quæ quidem cauſa in dicta curia quia tres annos extitit agitata, quod dictus dominus abbas per idem tempus quaſi tutor legitimus cauſam defendebat: circa cujus defenſionem XL lib. expendebat. Et tandem propoſita contra dictas ſorores quadam exceptione, dictæ ſorores dictam cauſam proſequi non curabant. Accidit namque, quod cum domina Philippa filia domini Johannis comitis de Hanow regina Angliæ futura, quam dominus Rogerus de Northburge epiſcopus Ceſtriæ procurator domini regis Angliæ ad hoc ſpecialiter deputatus, in partibus tranſmarinis deſponſaverat; in Anglia [die] circumciſionis Domini venit ad Burgum, & in ejus comitiva comes de Herforde, quæ verſus dominum regem tunc Eboraci commorantem fuiſſet adducta. Idemque dominus comes dicto domino abbati in prædicta dictæ dominæ reginæ impoſuit, quod cuſtodia dicti pueri, eo quod pater ſuus dominus Galfridus præfatus aliquas terras in Eſſexia a dicto comite tenuit, ad eum pertinuit, mero jure petens dicti pueri poſſeſſionem & reſtitutionem, graves minas incendii monaſterii ipſius domini abbatis publice inferendo. Idemque dominus abbas crudelitate dicti comitis, necnon alia mala & ſcandala, quæ in præſentia tantæ dominæ, ſi puerum detinuiſſet, veriſimiliter contigiſſe potuiſſent, volens evitare; prædictum puerum dicti comitis metu ductus liberavit, ea ratione puerum abduxit, abbatem & monaſterium de cuſtodia dicti pueri illa vice ſpoliavit. Quem puerum idem comes ad caſtrum ſuum de Pleſeys duci fecit. Poſtea vero durante itinere prædicto idem dominus abbas, deliberato conſilio ſuo injuriam ſibi & monaſterio ſuo per prædictum comitem illatam diligenter conſiderans, breve contra dictum

dictum comitem, quod puerum prædictum rapuit in itinere præfato, impetravit, & contra prædictum comitem proceſſum fecit. Idem quoque dominus comes conſiderans quod puerum prædictum, virtute proceſſus contra ipſum inchoati, prædicto domino abbati inevitabiliter reſtitueret, niſi viam aliquam obliquam ordinaret: habito tractatu cum quodam domino Umfrido de Waldene tunc ſeneſcallo ſuo, & aliis de conſilio ſuo falſas machinationes formare non verentibus, querelam injuſtam contra dictum abbatem, monachos ſuos, ac nonnullos alios dicti abbatis familiares indictamentum fabricarunt, viz. quod idem dictus abbas commonachi & familiares ſui prædictum caſtrum ſuum de Pleſeys & parcum ſuum ibidem fregiſſe nonnullaque bona in dicto caſtro inventa aſportaſſe; feras ſuas etiam in dicto parco occidiſſe debuiſſent.

SUPER quibus idem dominus comes ad audiendum & terminandum in comitatu Eſſexiæ juſtitiarios, viz. dominum Ricardum de Wiluby & Johannem de Chardeloy impetravit, qui contra dictum abbatem proceſſum inchoatum primo die ad XL lib. ſecundo vero die in quatuor libris eo quod non venit in exitibus poſuerunt. Tertio vero die ſi non veniſſet in C lib. in exitibus poſuiſſe propoſuerunt. Quæ cum idem abbas relatu quorundam intellexiſſet, præhabito ſuper hoc conſilio tum pariter monaſterium ſuum indempne cupiens præſervare, malitiis & prædictis quantum potuit obviare; aſſumptis ſecum paucis de familia Londoniam acceſſit, & athornatum viz. magiſtrum Johannem Tryvet ad litigandum cum dicto comite, & alios ſervientes placitores viz. Willelmum Caſſe, & Willelmum Stotte ibidem ordinavit, qui ad diem tertium litis apud Stratford Attebowe acceſſerunt, & ibidem dominum abbatem commonachos & familiares prædictos inculpabiles fore de ſibi impoſitis coram dictis juſtitiariis aſſeruerunt. Tandem idem dominus abbas malitiis ipſius domini comitis reſiſtere non valens, mediantibus quibuſdam amicis cum eodem comite diem ſumſit amoris; in quo poſt multas altercationes concordarunt in hunc modum. viz. quod idem dominus abbas prædicto comiti C libras in pecunia ſolveret numerata, quam quidem pecuniam idem abbas prædicto comiti ibidem perſolvit; præter quas idem abbas alias C libras circa dictum negotium expendit & perſecutionem ſuam in dicto itinere penitus omiſit. Poſtea vero idem dominus

nus comes rubore confuſus, dictum puerum prædicto domino abbati, delictum ſuum agnoſcens, libere reſtituit; quem quidem puerum præfatus abbas domino Galfrido de Scrop tunc domini regis juſticiario meritis ſuis exigentibus filiam ſuam deſponſaturum contulit & conceſſit. Poſtmodum dictus comes languens in extremis & ductus conſcientia de injuria abbati & monaſterio ſuo multipliciter illata, injunxit executoribus ſuis illas prædictas C lib. dicto monaſterio reſtituere; & reſtituerunt; ſed non in toto. Itinere non facto recedamus ulterius.

ITINERE quoque prædicto nondum finito, ſed durante, abbate prædicto negotia ſua in eodem proſequente, inquiſitio magna militum, & aliorum conventus Norhamptoniæ ſpeciali clamore immenſo præcedentium, coram dictis juſtitiariis præſentarunt, quod in quodam loco, qui vocatur Uppwelle in curſu aquæ de Nene, quæ tendit verſus Linne, obſtructio quædam erat, facta in præjudicium & dampnum populi comitatuum Norhamptoniæ, Lincolniæ, Bedefordiæ, Huntingdoniæ, & Cantebrigiæ, ad quem deobſtruendum præfatus abbas cum toto conſilio ſuo quamplurimum nitebantur, & tandem ſumptibus propriis deobſtructionem prædictam coram domino Galfrido le Scroup apud Lincolniam coram militibus & francolanis patriæ obtinuit, per decretum, quod quidem decretum abbas Rameſeye, Thorneye, Croyland, aliorum magnatum juxta mariſcum præſidio aſſumpto, executioni debitæ demandavit; locum prædictum, qui Welledam nuncupatus C pedes in longitudine & L vero in latitudine continebat, penitus deobſtruendo, ſic quod per locum illum ſolito curſu aquæ adquiſito, inundationes aquarum in mariſcis adjacentibus non morantur, ſed citius ſolito evacuantur; quæ facta non fuiſſent, niſi prædictus abbas ac commonachi ſui expenſas ad id LXIII lib. XI ſol. I den. præbuiſſent. Memorandum quod idem dominus abbas circa iter Norhamptoniæ & itinera Bedefordiæ & Notinghamiæ, nec non circa wardam de Makeſeye expendit MCLXXVI lib. XVIII ſol. IV den.

ITEM eodem anno expendit circa emptionem bladorum, præter venditiones quaſcunque factas, LXXIX lib. XIX ſol. VI den. In ſtauro empto LVI lib. XII ſol.

ANNO VIII expendit dominus abbas in exenniis domini regis XV lib. X ſol.

IN emptione bladorum, præter venditiones quaſcunque factas, CLXXXIII lib XV ſol. V den.

ANNO IX dominus abbas expendit in exenniis miſſis domino regi, & duabus reginis ſcil. Iſabellæ matri domini regis & Philippæ uxori & reginæ domini regis apud Broune, præter ſtaurum panis, vini, & cerviſiæ & aliorum minutorum cum donis & eorum hominibus factis, XXXVI lib. V ſol. V den. Et præter tres palefridos, pretium XXX lib. & X den. datis eorum hominibus diverſis pro bonis domini in maneriis ſalvandis.

IN emptione bladorum præter venditiones quaſcunque factas CCXLI lib. II ſol. V den. in ſtauro empto CIII lib. X ſol. VIII den.

ANNO decimo dominus abbas expendit in rege, & ſuis apud Croylande, & in mora reginæ apud Burgum per VII dies, in donis & jocalibus ſibi & ſuis, præter unum palefridum quem regina habuit, CXXIV lib. V ſol. V den. Præterea in donis hominibus regis & reginæ pro bonis abbatis in diverſis locis ſalvandis VIII lib.

IN emptione bladorum, præter venditiones quaſcunque factas, CXCIII lib. VI ſol. I den. in ſtauro empto L lib. XIII ſol. I den.

ANNO undecimo dominus abbas expendit in exenniis miſſis domino regi & reginæ apud Walmisforde & Staunforde XLII lib. Et cum uno palefrido dato comiti Ceſtriæ pretium XLII lib. IV ſol. XI den. Præterea dedit idem abbas hominibus regis & reginæ pro bonis abbatis in diverſis locis ſalvandis VII lib. VI ſol. VI den. In emptione bladorum præter venditiones quaſcunque factas CCXXXVII lib. XIX ſol. IX den.

ANNO duodecimo dominus Adam abbas ſolvit domino regi & miniſtris ſuis pro magna carta de libertate clarificanda CLXX lib. ut patet in eadem carta; allocando in mareſcallia domini regis XI lib. X ſol. Eodem anno grangia nova de Aſchetone facta fuit de ſumptibus. . . . . . . In emptione bladorum præter venditiones quaſcunque factas CXXV lib. XII ſol. I den. In ſtauro empto LV lib. XV ſol. III den.

ANNO decimo tertio dominus abbas expendit in adventu domini regis, & reginæ, cum familia eorum apud Burgum,

præter

præter duos palefridos datos regi & reginæ, CCCXXVII lib. XV ſol. præter unam cupam de ſtauro, pretium XXXV lib. Præterea dedit idem abbas hominibus regis & reginæ pro bonis ſalvandis in maneriis de Burgo XVII lib. X ſol. Eodem anno nova grangia lapidicina apud Thorp facta fuit de ſumptibus . . . In ſtauro empto L lib. IX den.

ANNO XIV dominus Edwardus comes Ceſtriæ primogenitus regis Angliæ, cum duabus ſororibus ſuis & famulis eorum venit ad Burgum ſancti Petri, & ibi moram traxit per VIII ebdomadas & IV dies, viz. in die proxima poſt feſtum ſanctorum Gervaſii & Prothaſii viz. ad diem Veneris proximam poſt feſtum aſſumptionis beatæ Mariæ. Dominus abbas expendit in jocalibus & donis . . . . ſumma . . . . . præter expenſas ſuas & familiæ ſuæ in diebus feſtis.

EODEM anno fecit cameras apud Eye cum neceſſariis de ſumptibus XII lib. X ſol. VIII den. ob. præter expenſas in menſa. Eodem anno rex habuit unam carectam cum quinque equis bonis in Scotiam cum carectario & duabus gartionibus. Eodem anno in mutuo reginæ non reſtituto XXVI lib. Eodem anno in mutuo magiſtro Johanne de Durham theſaurario comitis Ceſtriæ, in receſſu comitis non reſtituto X lib. Eodem anno in decimis conceſſis per clerum domino regi XXVII lib. præter maneria in Borea & præter maneria conventus. Eodem anno aula domini regis cum duabus cameris in abbatia Burgi patiebatur ruinam.

ANNO XV dominus abbas expendit anno XV & XVI circa reparationem aulæ domini regis cum duabus cameris, præter groſſum meremium, & præter expenſas operariorum ad menſam domini, CXXVIII lib. VIII ſol. III den. Item eodem anno dictus abbas cum Johanne filio Johannis Overtone pro LXXX marcis ſibi ſolvendis pro renuntiatione juris feodi cujuſdam & alterius cujuſcunque contractus juſque mareſchalliæ, quod clamavit habere in abbatia in aula dicti abbatis, ut aſſeruit hæreditario per prædictum patrem Johannis in prædicto itinere Norhamptone petito; & ipſo filio ſuo idem jus inſtanter proſequente cum auxilio domini Henrici tunc Lincolnienſis epiſcopi, & domini Bartholomæi fratris ſui, quas quidem quater viginti marcas ſibi ſolvit certis temporibus ſibi promiſſis. Idem abbas convenit cum Johanne de Draytone pro reverſione de Cathewyt pro XXVI lib. XIII ſol. IV den. Et ſolvit etiam unam robam per annum de ſecta armigerorum

gerorum ſuorum ad terminum vitæ ſuæ. Idem abbas convenit cum domino Ricardo de Rodeneye pro renuntiatione centum ſolidorum annuæ penſionis ſuæ pro XXXIII lib. VI ſol. VIII den. quæ faciunt L marcas.

ANNO XVI dominus abbas fecit novam grangiam lapide tectam apud Burgbyri de ſumptibus . . . . . . Eodem anno magnum infortunium accidit in manerio de Wermyngtone quadam tempeſtate horribili ad dampnum XX lib. & amplius. Item dedit unam crucem bonam argenteam & deauratam, in qua imprimitur De ligno Domini.

VESTIMENTA; duæ caſulæ cum imaginibus brudatis, quarum una eſt de rubeo veluto dorſo de purpuræ veluto: & alia de tulæ ſamito. Item una amita optima de margaritis ſuper laminis deauratis conſuta.

ITEM duo panni viridis coloris de ſerico. Item panni Turky admodum deaurati.

LIBRI domini Adæ de Botheby.

DECRETALES; Sermones; Johannis de Abbevile media pars; Miſſale; Breviarium; Manuale; liber cartarum; actus Apoſtolorum, & epiſtolæ canonicæ; Gerardus ſuper pſalterium; ſumma ſummarum; diurnale; dicta Senecæ, cum XXXVI tractatibus contentis in eodem volumine.

ANNO Adæ abbatis XVIII incipiente & anno Domini MCCCXXXVIII diem clauſit extremum, viz. XXV die novembris ſcil. die ſanctæ Katharinæ virginis.

PRÆLATUS fuit magnæ religionis & diſcretionis, mitis, pacificus, benignus, caritativus, moribus honeſtus; pacem & tranquillitatem inter fratres ſuos firmare ſtuduit: habitu ſimul & profeſſione Burgi fuit monachus, pulcher, & mediocris ſtaturæ; dilectus erat a Deo & hominibus, nec mirum, qui Deum diligit, ſi ab hominibus diligitur: a rege Edwardo & ab Iſabella regina, & ab Edwardo rege, & Philippa regina & a magnatibus terræ multum diligebatur. Cujus animæ propitietur [Deus] Amen.

AC quarto die menſis decembris circa horam diei tertiam, priore & conventu in albis reveſtitis, a camera ſua, in qua medio tempore jacuit, uſque ad monaſterium, prout decuit, deportatus: in craſtino viz. die ſabbati hoc eſt nonis ipſius menſis honorifice traditus eſt ſepulturæ. Abbate de Rame-

ſeye exequias cum miſſa celebrante, ac clero & populo ſermonem faciente.

ET notandum quod ſtatim poſt mortem ejuſdem abbatis, ſigilla ipſius fracta, in capitulo ordinati fuerunt per priorem & conventum duo fratres R. de Offorde, T. de Croylande ad nunciandum domino regi mortem ipſius abbatis & petendum ab ipſo licentiam eligendi paſtorem Deo & eccleſiæ ydoneum & regiæ majeſtati acceptum. Et quia dominus rex fuit tunc temporis cum ſuo exercitu in partibus tranſmarinis, deliberato conſilio, prior & conventus direxerunt literas ſuas per prædictos duos fratres propter dubium eventum, unam viz. domino regi, alteram filio ſuo duci Cornubiæ, & cuſtodi Angliæ, & tertiam epiſcopo Londonienſi tunc cancellario domini regis. Ac prædicti fratres de conſilio ſapientum prædicto duci & cuſtodi Angliæ negotia expoſuerunt; & ab eo licentiam eligendi optinentes; litteras ipſius ducis cancellario prædicto reportaverunt: Et ſic de cancellario literam patentem magno ſigillo domini regis conſignatam licentiam paſtorem eligendi plenius continentem habentes, apud Burgum ante diem ſepulturæ prædicti abbatis, expedito ſic negotio, redierunt.

EXPENSÆ circa funeralia ſunt hæc, viz. In cera CC [lib.] & dimidium. De frumento pro diſtributionibus pauperum XLV quarteria; de halecibus pro eiſdem M; cuilibet pauperum VI. Item in pane pro feſto die ſepulturæ XX quarteria frumenti. Et pro cerviſia, eodem XL quarteria braſii. In vino unum dolium & una pipa. In halecibus pro expenſis diei ſepulturæ VIIIMCCCCC. De lupis aquaticis groſſis C. De codlingis XII ſem. De haddoke I ſem. De Sparling unum ſem. De ſalmonibus XXIV. De Milvell CXX. De Dogge Drove C. De plaiſe X ſem. De congris I. De wilkis V ſek. De groſſis anguillis V eſtik. De minutis anguillis LXX eſtik. De Sturgon I bareile. De linea tela pro nappis menſarum & pro naperouns CC ulnæ. De platellis & diſcis garnitis MCCCC. De trowes XII boll. IV. De ciphis de ligno pro vino & cerviſia . . In ollis luteis pro vino & cerviſia CCC. De corbell. V.

## De Henrico de Morcote electo & in abbatem confirmato. MCCCCXXXVIII.

DICENDUM eſt de Henrico de Morcote. Die dominica proxime ſequenti prior cum pluribus de conventu ſapientioribus, & eorum conſilio aſſiſtentibus, eiſdem militibus eccleſiaſticis viris peritis, in capella ejuſdem prioris tractavit cum eiſdem diligenter de agendis in negotio tam arduo, & maxime de electione paſtoris futuri; quoad hoc quod eccleſia non potuit ſolatio paſtoris carere abſque diſcrimine maximo & periculo quodammodo inevitabili. Et etiam qualiter poſſit evitare manus eſcaetoris domini regis, viz. domini Willelmi Truſſell militis; & pro celeri expeditione conſilio plene deliberato, ſtatuit diem electionis, ſexto idus decembris, viz. diem conceptionis S. Mariæ. In cujus adjutorio ſpem ſuam potiſſime ponens, electionem illo die fieri in capitulo communiter decrevit, præcipiens abſentes, ſi qui eſſent, interim prout juris eſt & moris, fore vocandos.

Quo die adveniente celebrata ſummo mane ſolenniter ad magnum altare miſſa de Sancto Spiritu, & fratribus particulariter celebrantibus miſſis, poſtea pulſata campana, ut moris eſt, capitulum fratres intraverunt, ægrotis & debilibus ſolummodo exceptis, & invocata gratia Spiritus Sancti, Veni creator Spiritus, cum nota devote cantato; placuit omnibus & ſingulis per viam compromiſſi, mediam viam cum beatis acceptantes ad electionem procedere; & ſic per illam viam fratres compromiſſarii poteſtate eis tradita a capitulo, fratrem Henricum de Morcote, virum diſcretum in ſpiritualibus & providum in temporalibus, circa horam ipſius diei ſextam, poſt eorum tractatum in capella ſancti Laurentii habitum ad capitulum redeuntes, unus de compromiſſoriis electionem vice ſua & vice compromiſſoriorum ſuorum ac omnium & ſingulorum de capitulo, conſenſu ægrotorum & debilium primitus requiſito, & eorum conſenſu habito, dominicam electionem præſentibus omnibus ſollenniter publicavit, & mox, Te Deum laudamus, incipientes, dictum electum in humeris & brachiis uſque ad magnum altare cum jubilo portaverunt, & dicta oratione a priore uſque ad pulpitum perduxerunt, ubi prior populo, ſicut moris eſt, electionem de ipſo factam in continenti publicavit.

vit. Et ſic ad hoſteleriam perductus eſt electus ad prandium, & tanquam hoſpes ibidem pernoctavit, & die Mercurii, ordinatis ſecum per priorem duobus fratribus, uno clerico, pro expenſis coquinæ tribus valectis tantum, ſummo mane verſus Londonias iter arripuit, & eodem die apud Huntingdon pernoctavit; nec majorem diætam facere potuit propter gelu fortiſſimum, quod duravit fere per undecim ſeptimanas ſequentes. Die Veneris ſero venit Londoniam, & die ſabbati ſequenti, viz. II idus Decembris apud Weſtmonaſterium coram cancellario domini regis, theſaurario ejuſdem, domino Nicolao de la Beche, magiſtro. . . . duce Cornubiæ cuſtode Angliæ, domino Willelmo de Mundene gerulo ſigilli privati ducis prædicti, vicem domini regis, ipſo in remotis agente, repræſentantibus; per litteram prioris & conventus ſigillo capituli conſignatam, eiſdem in quadam parva camera juxta ſcaccarium cum aliis de conſilio domini regis exiſtentibus exhibitam, perſona ipſius electi gratioſe eſt acceptata; quia dominus rex tunc temporis cum ſuis apud Andwarp in Brabantia morabatur, & dux Cornubiæ apud Byſter. Et ſic cancellarius certificata per literam ducis de favorabili acceptatione perſonæ ipſius ſcripſit: cancellarius vicario generali epiſcopi Lincolnienſis, ut ipſe, quod ſuum foret, exequeretur. Verum quia zelantes commodum monaſterii, vehementer timebant pericula eminentia propter diuturnam vacationem eccleſiæ veriſimiliter opinatam, & maxime incidere in manus eſcaetoris, & optimo conſilio ducti fecerunt finem cum domino rege, coram viz. cancellario, theſaurario & aliis de conſilio vicem ipſius regis gerentibus, apud Novum Templum die lunæ ſequenti viz. decimo nono Kalend. Januarii pro vacatione dicti monaſterii, viz. a prædicto die lunæ uſque ad feſtum purificationis beatæ Mariæ pro ducentis libris, auro dominæ reginæ excepto. Et notandum quod finis iſte factus fuit pro tota abbatia Burgi, tam pro maneriis conventus quam abbatis. Sed dominus rex ſibi reſervavit feoda militum, & advocationes eccleſiarum medio tempore, & ſcripſit cancellarius per brevia regia ſub data die finis facti eſcaetori & ſubeſcaetoribus cujuſcunque comitatus in quibus maneria abbatiæ & obedientiariorum exiſtebant; quod ipſi in nullo ſe intromitterent, niſi tantum de reſervatis domino regi, ut prædicitur. Plura tamen mala fecerunt medio tempore priuſquam

quam prædicta brevia ad eos pervenerunt, quamvis cum feſtinatione diligenti per diverſos quæſiti. Et ſic expeditus rediit verſus partes Burgi ſicut potuit per dietas. Et quia potuit in maneriis abbatiæ ante confirmationem ſuam morari; petita licentia ab abbate de Thorneye & optenta ad manerium de Standground declinavit, viz. die ſancti Thomæ Apoſtoli: & ibidem moram traxit, uſque ad dominicam proximam poſt feſtum epiphaniæ viz. tertio nonas Januarii. Interim quia dies ſolennes fuerunt & non juridici, ex commiſſione magiſtri Simonis de Iſlepe vicarii generalis epiſcopi Lincolnienſis, ipſo in remotis agente, facta fuit proclamatio per decanos de Burgo & de Jakele in monaſterio Burgi publice & palam coram multis aſtantibus; ut ſi qui vellent opponere ſe contra electum, objiciendo aliquid contra perſonam ſuam vel electionis formam die lunæ II Kal. Januarii in eccleſia ſancti Jacobi de Thrapſtone pro termino peremptorie, coram vicario prædicto comparerent. Ad quam diem electus ibidem comparuit coram domino commiſſario petendo confirmationem electionis de ſe factæ per procuratorem a priore & conventu ſufficienter conſtitutum. Et facta diutina diſputatione & altercatione ſuper forma ipſius electionis: & quia dies breves, uſque ad diem Martis immediate ſequentem, dictus vicarius negotium prorogans. Quo die quia nulli oppoſitores comparuerunt quamvis alta voce præconis, primo, ſecundo, tertio vocati; nec audebant comparere quia foreſtarii & multi alii cum arcubus & ſagittis, baliſtis & quarellis, gladiis & fuſtibus pontem & villam de Thrapſtone circumvallabant. Et ſic via præcluſa eiſdem de cætero quicquam opponendi; proceſſu electionis per vicarium prædictum diligenter & exquiſite rimato, electionem factam, per multas quæſtiones & varia argumenta quaſſata & irritata fuit electio, circa horam illius diei nonam per prædictum magiſtrum Simonem ex mero motu & ſpeciali affectione erga eccleſiam Burgi ſancti Petri dedit & ſolenniter confirmavit.

CUJUS facti litteras ſuas patentes idem vicarius duci Cornubiæ tunc cuſtodi Angliæ abſque moræ diſpendio deſtinavit. Litera etiam ab eodem conceſſa cuique epiſcopo catholico electo confirmato benedictionem conferendi infra diœceſis Lincolniæ vel extra, & die ſequenti, viz. Idus Januarii verſus Londoniam cum feſtinatione, qua potuit, iter arripuit: Et ibidem

ibidem die Veneris licet difficulter pervenit hora veſperarum, & die proxima ſequenti porrecta littera confirmationis ſuæ, coram domino cancellario & aliis de conſilio regis, fidelitatem ſuam fecit, & ſtatim priuſquam pontem prope Weſtmonaſterium aſcenderet, acceſſit quidam cum breve domini regis continente CC libras pro fine vacationis jam facto domino Johanni de Molins aſſignatas, & ſine moræ diſpendio eidem ſolvendas, & ſic neceſſitate coactus inevitabili incidit in manus mercatorum viz. ſocietatis Longobardorum, non abſque gravi jactura pro dicta pecunia ab eiſdem ad tempus mutuata.

ET die dominica ſequenti viz. XV Kal. Februarii ab epiſcopo Londonienſi tunc cancellario domini regis in capella hoſpitii domini Elienſis epiſcopi ſupra Holburne, auctoritate litterarum vicarii generalis domini Lincolnienſis epiſcopi, benedictionem ſuam cum magna ſolennitate conſecutus eſt. Et conſequenter cancellarius ſcripſit ſub data die fidelitatis factæ litteris patentibus ſub magno ſigillo priori & conventui de Burgo, quod eidem tanquam abbati ſuo de cætero obedirent; militibus, francolanis, ac aliis tenentibus ſuis quibuſcunque juxta gradus & conditiones eorundem, [ut] facerent ei quod facere deberent: & domino Willelmo Truſſel eſcaetori citra Trentam, quod manus ſuas a reſervatis per dominum regem ſubſtraheret indilate: nec potuit dictas literas optinere de cancellario priuſquam ſolviſſet centum ſolidos pro feodo camerarii domini regis, clerico ſuo ibidem exiſtenti, præter alia feoda electorum; nec inde acquietantiam habere potuit quovismodo. Et ſic negotiis expeditis verſus manerium ſuum de Eye iter arripuit, & die ſabbati proxima ſequenti ad prandium pervenit ibidem, ubi per quindenam continue morabatur uſque ad VII Idus Februarii, quo die acceſſit ad monaſterium Burgi, & ibidem per commiſſarios officiales archidiaconi Norhamptoniæ, aſſiſtentibus ſibi militibus, clericis, & aliis amicis quampluribus, ad hoc ſecrete præmunitis, honorifice fuit inſtallatus; oneroſa multitudine nullatenus occurrente.

# HISTORIA
## VETUS
## CŒNOBII
# PETRIBURGENSIS
## VERSIBUS
## GALLICANIS.

# HISTORIA
## VETUS
## Cœnobii Petriburgenſis
## Versibus Gallicanis.

Cumencement de geſte fort eſt atruver
Choſe ke ſeit honeſte ben deit lum eſcuter:
Io endirai une duce choſe en rime,
Clere cum la lune, quant lum apele prime:
A Seinur e a Dame deit eſtre prive,
Si null la blame, par li ſeit amende.
Dire voil une choſe, ki ke le voile entender
De aunciene geſte parti pot aprendre.
Si ſage hume leſcute, ſun ſen nert ia lemender;
Ia ſi ſage ne ſeit, ki uncore ne pot aprendre,
Io ſui preſt de primer, ki ke le volt defendre.
De une aboie ert la geſte Burch eſt anume;
Mes Burch ne out ele anun quant primes fu truve,
Medeſhamſtede par dreit nun eſteit apele.
Primes dirum de tuz le luis de cele cunte;
Puis dirrum les aſſeres de chaſcun abbe.

Ke puis cel ure de kes ceſt vir lunt guverne.
Un des luis eſt Rameſeie par la grace Deu;
Torneie, Cruland & autrez aſez.
A nul de ces ne pot venir, ſi lum ni alt per nef,
Fors a Rameſeie del une coſte.
Ely eſt un ile en cele cunte,
Set luis lunge & auter taunt le
Vint & deus miles de ewe envirune,
Mais ne par hoc de treis punz eſt ele honure.
Al chef del graunt palu eſt Burch herberie.
A Burch cummence le palu ſi vart vers orient.
Seiſaunte liues dure ſi cum io entend:
Mult eſt profitable a la bone gent;
Lingne & ſtuple, iunt al fu, ſein aſez as iument,
Cuverture a maiſuns icret eſpeſſement.
Mult iat volatile e peiſun enſement:
Mult eſt Burch ben aſis co ſacex verreiment;
Del une part mareis e ewe mult eſpeſſement,
Del auter part tere & pre, e bois a lur talent.
De tutes parz plentiuus e bel eſtraungement;
De tutes parz i pot lum venir; fors ſul del orient,
Si par nef nun dicele part ni pot lum venir nent.
UN ewe icurt de iuſte Nen eſt apele.
U quil nut pot aler ki utre ſeit paſſe.
En un liu iat une funteine neſt gueres le,
Mult eſt profund e taunt en freit en un eſte
Ke nul de no auerz par freit ni pot afunx aler,
Ne par hoc en iuer ia neſt engele:
Li auncien Medeſuuelle lunt apele.
Ecous ke primes cumencerent le graunt muſter:
Medeſhamſtede apres la funteine le firent apeler.
Kar ſi cum Torneie pur le ſpine eſt anume;
E Ely pur les angules qui at a plente;
E Crulande pur la crue tere fu apele;
Auſi Medeſhamſtede par la funteine fu anume.
TREIS freres furent ki primes le cumencerent,
Peada, Uulfer, Ethelred; tuz furunt reis Creſtiens.
Mes lur pere Pende eſteit rei paen.
Cil ociſt ſeint Oſuuald le rei Creſtien.
Li treis freres quant ceſt lui ourent truvez,

Veant

Veant le bon e bel, mult ſunt ioius e lez.
Od lur ſeintes ſorurs cumencent le muſter,
Kyneburch e Kyneſwit uncor iſunt co ſacez ;
E dan Oſuuy le rei lur ad aide.
De or & de argent ben lunt honure :
Si ke Parays en tere puſt eſtre apele.
U la file Rume en Engletere cumence.
De ces treis freres ici envoil laſſer,
Tut al cumencement voil ore cumencer,
Ki ſaver volt de cele geſte, ore entendes ben.
Ia dis en Engeltere eſteit un noble rei,
Paien eſteit pur co nout pas bon fei,
Pende out anum, ben tint paien lei ;
Ciſt engendra les treis freres, dunt orenz cuntai.
Uncore ſi mis plaiſt, io vus numerai,
Peada, Uulfer, Ethelred, lur uvers nume enai.
Quant Pende fu auncien, Peada devint rei:
De ſux li recut la gent Creſtiene lei.
Deus anuz devaunt la mort ſun pere Pendei
Mult fu bel e vigrus en deu aſiont ſei.
Ben amout le oueraine deu e Creſtiene lei.
Si eſpuſat Alfled la file Oſuuy le rei,
Frere ſeint Oſuuald, ki deu amout de fei.
Ealfrid le frere Alfled le fiz Oſuuy us
Eſpuſat ſeint Kyneburc la ſorur Peadei.
Quant ceſt liu ad truve od Oſuuy le rei,
Mult le volt ben fere de quer e de fei,
Saxulf un hume religiuſe en aie prent od ſei.
Par le conſeil de eus cumencet le fundement
Teles peres fait euz geter od grant maſſe de gent.
Ke dis e VIII paire de bos ne tarreient lun ſenglement,
Uncore hui ceſt iur igiſent co ſacez uerreiment
Quant enter lui e Saxulf unt fait le fundement.
Medeſhamſtede lapelent tut al cumencement,
Avaunt le voleient fere bel e noblement :
Mais li diable ki envius eſt encunter bone gent,
Pas ne volt ico ſuffrir ſenz deſturbement
Alfled la reine engine taunt doluerſement,
Ke ele ſun barun tuat par graunt traiſement ;
De ſun pere Oſuuy ne lui ſuvint nent,


6

Ne de Oſuuald ſun uncle; ke rei fu mult ſeint;
Ne de ſeint Kyneburch pas ne li ſuvint,
Ke ſorur fu ſun barun e femme ſun frere Alfrid.

QUANT Peada fu mort a peche par traiſun,
Sun frere Uulfer recut la regnun,
Tute le reaume tint en bandun,
La curune portat reis ert de grant valur.
Co ke ſun frere cumencout avant le fiſt a honur,
Od ſun frere Ethelred e od ſes deus ſorurs,
Le une eſteit Kyneſuuyt, lauter Kyneburch.
E od dan Saxulf, ki amout religiun,
Parfait le muſter a force e a bandun
Quant tut fu aparaile e ben cuvert de plum.
A ſeint Pere la uverent le noble barun
Lapoſtle Jheſu Criſt; ben le ſanum
Quant a ſeint Pere cumaunde le unt,
Fiz ameint prudum venir iſunt
Graunt maſſe de moines ordenex iunt
Pur Deu ſervir e ſeint Pere en religiun.

A abbe lur ſunt Saxulf lur cumpainun,
E ke il pur ſufreit ne guerpiſent la religiun,
Tere lur dunent e quant ke il meſter unt.
Li riche rei Uulfer legliſe mut amad,
Par durable fraunchiſe a Medeſhamſtede dunat
Tere e ewe propre li envirunat.
A Deu e a ſeint Pere e a Saxulf le cumaundat
Od tute Creſtiente ſi eſcumeiat,
Ki ke iamais de co iur deſeriterat.
Li abbes Saxulf ben le guvernat.
Od partie de moines Tornei cumenſat:
Un des meilurs a abbe lur dunat.
Brideſmund, Wermundeſeie e muz autres cumenſat:
E tute le pluſurs, ke en Engeltere enad.
Pais fu fait eveſke; kar Deu meimes lamad.
Quant eveſke fud a Deu le merciad,
A un de ſes moines Cuthbald laboie cummaundat:
Abbe le fiſt a Medeſhamſtde mut le honurat.
E cil taunt cum il neſqui ben le guvernat.

QUANT li rei Uulfer ert a ſa fin ale;
Ethelred ſun frere a rei eſt ordine.

Mult plus de ces freres ceſt aboie ad ame,
Mult le volt honurer par graunt auctorite,
E auſi fraunche faire cum Rume la cite.
Taunt ad fait par grant travail e par humilite,
Ke lapoſtoile ſeint Agathun taunt li ad maunde.
Ethelred ſalux vus maund e tres graunt amiſte:
Co ſacent tuz, ke ore ſunt, e ke iames ſerrunt ne;
Ke io a Medeſhamſtede ſaunz fin ai graunte,
Ke ele ſoit auſi fraunche cum Rume la cite.
Ia terien ſerviſe ne ſoit demaunde:
Taunt ſeit reial e fraunche par noſtre auctorite;
Ke rei, ne cunte nule ren ne face demaunde;
E ki iames li face, cil ſeit eſcumege
De Deu e de ſeint Pere, e de tuz les ſeinz de cel.
E ki de aler a Rume ait aime,
E il ni puiſſe aler pur enfermete,
La voiſt od ſun offrende par graunt humilite:
Iloc ſeit aſous de tuz ſes pecchez,
Nul niart meſtre, fors ſulement labbe,
Ne nul ni face ordre, ſeinz ſa volunte.
U ke iſeit en cuvent ſeit le plus honure,
Tut dis ſeit ben del rei e entre les primers:
Par tut Engeltere mut ſeit honure;
E ki ceſt ne graunte ſeit eſcumege.
QUANT ces lettres oit Ethelred, mut fu ioiuſe, e le,
Tuz les clers de Engeltere ad aſemble,
Les arceveſkes, le priurs, eveſkes e abbez;
A tuz icous comunement les lettres ad muſter;
Quant les unt oi tut a lur volunte,
Chaſcun veſke apers auter veit aſchumerger,
Tuz icous ki iames de lur bon gre.
Tort facent de ico, ke li Pape ad cumaunde,
Tuz endient amen, ſil nut otrie.
APRES ico departent, lez evint ioius:
Li abbes Cutbald ſen turne mut fu religius,
Sur tute ren enloeit Deu le glorius.
Ben guardont ſes ordres co le ſavum nus.
Quant cil mort eſteit, e od Deu fu la ſus;
Apres li fu abbe Edbald le glorius.

Puis

Puis ivint un auter, ki out a nun Puſe.
E apres Puſe Celred le merveilus.
Puis ivint Hedda, ore le ſavet nus.
Apres iceus vindrent autres pluſurs,
Dunt unke nent oi parler, ne io ne ſai lur nuns;
Navint pas ſi toſt cum nus le cuntuns.
Mais tuteſnais aveit ſeint Pere treſtuz ſes honurs
Entre ices aferes, quei dirreie io plus.
Avint un deſtrucciun mal e dolerus.
VINDRENT li Daneis la tere rober,
U quil unkes vindrent les viles nunt arder,
Tant quil vindrent a ceſt liu, alas de piete,
Quant il iſunt, legliſe unt ars, les moines unt tue,
Ne mie od force, mais od fu tut lunt deguaſte.
Dous dutres enaveit cele gent malure
Hyngaur e Hubbe, mar furent unkes ne,
Kar unqes dous dutres ne firent tel pecche,
Quant iſen venit nilaiſſent uif un ſul hume ne.
Puis vindrent a ſeint Edmund, ſil unt martyrize:
Cil fu prince de Engeltere e rei curune.
En tele guiſe Engeltere unt avent trane,
Puis ſen vinit a lur pais mult ioiuſe e lez.
Mes mult del Engleiſe gent lur eſt eſcape.
Lung tens apers ico lur damage unt reſtore;
Mais tuz les abboies eſturent deguaſtex.
APRES ico vienit iur, quant Deu le voleit,
Seint Atheluuald eveſke de Wentaine eſteit;
En lordre Deu ſes moines mult guardont eſtreit;
Les aboies qui erent deſtruit refere les voleit
Par la grace de Deu, ſi deus le otreit.
A cel tens en Engeltere Edgar rei eſteit:
Mult fu gentil hume, de Deu ſoit il beneit.
Deu amout ſeint Adeluuold, mercie len ſeit.
Un nut iut en ſun lit, ſi cum il ſoleit;
A vis li fu ke noſtre Sire devaunt lui eſteit,
Sil amoneſtat, quil alaſt tut dreit
Refere le muſter ſeint Pere, ke juſte Nen eſteit.
Quant cil ſi haut cumaundemend oi evaneit,
Mult le volt ben fere, kar co en ert grant dreit.
LE matin vint mut toſt la nuit ſen eſt ale,

Od

Od laube del iur li prudume eſt leve.
Une maſſe de ſes humes ad aſemble
Si ſen vait quere, ke Deu lout cumaunde.
Quant a Undale eſt venu, cil quide aver truve:
Kar cel eſteit le muſter ſeint Pere le honure
Ne demurad gueres ſur legliſe ad cumence.
Une nuit apers ico, quant ben fud repoſe;
Noſtre Sire auterfeiz li ad cumande;
En ſui ceſt euue meux avaunt ſi averas toſt truve:
Kar ceſt neſt pas le muſter dunt io tai cumaunde.
Cil ſen leve par matin, mut fu ioius e le,
Od tute la cumpainie avaunt ſen eſt ale;
Tut dreit enter prime le muſter ſunt enter.
Eſtables de iumenz leinz unt truve.
De co ſen dont ſeint Adeluuold leveſke bonure,
Treſben le fait net de tut cel maveſte.
Puis ſenna a Uentaine a ſun eſveſche
Par atarner ſes humes de fere le uveraine Deu.
Un iur en ſun oratorie par urer eſt enter:
Si priad a Dompne Deu de bone volunte,
Ke il feit le rei e la reine de lur bon gre
Aider li a fere, co ke il out cumaunde.
La reine eſtut de rere luis, quant tut lout eſcute,
Saut avaunt ſi li diſt, ke ele aidra de bon gre.
Un poi fu huntus, nekedent a Deu lad gracie:
Al rei ſenvait la dame, treſtut li ad cunte,
Puis la moneſte & prie par graunt humilite:
Sire kar vus aiez par ſeinte charite
Volenters dame evint de bon gre.
Puis enveit par li ſil ad cumaunde,
Ke il reface le muſter, e il aiderat de gre,
Quant le entend leveſke, mut eſt ioius e le.
Un chaunceler avoit li rei, Adulf lapele;
Cil en out un petit fiz, quil tant amat,
Ke enter li e ſa femme giſir le outreiad.
Taunt ke une nut enter eus murrut cel enfaunt.
Quant ſun fiz uit giſir mort, doil en out mut graunt:
Vait a ſeint Adeuuald confeſſiun querraunt.
Diſt ke il vout a Rume aler par ſun pecche penaunt.
Beu fiz mun cunſeil creiex fait ſeint Adtheluuold;

Co ke tu volz deſpende vers Rume penaunt.
Dunez le a ſeint Pere, io le tei cumaund.
Par fere ſun muſter bel e avenaunt.
E io uus ci de ceſt pecche tei ſerrai garraunt,
Ke dirrei io plus, mais cil lotriat:
Ne demuerront gueres, le rei ialad,
E od li ciſt Adulf e ſeint Adeluuald,
Quant il le vit, ſi deſtrut doil en out mut grant.
Mais ciſt Adulf mement grant dol demenat,
De refere cel muſtermut ſei perpenſat.
Lui meimes e ces chateus a ſeint Pere cumaundat,
Iloc ſei fiſt tunder ſi perſt les dras mauntenaunt,
Si devint moine, Edgar le rei veiaunt.
Quant le vit Edgar, de co eſteit ioiaunt:
Tere e or e argent a fere leglise dunat.
En poi de tens ſeint Adeluuald meimes iordinat;
Graunt maſſe de bon clers iaſemblat:
Si lur fiſt leglise bel e avenaunt:
Abbe lur fiſt Adulf ki ben leglise amad,
Teres e aurnemenz muz lur purchaſad.

APRES ico quant le rei le vint reviſiter,
Od li menat eveſkes, cuntes e abbes,
Arceveſkes e priurs, baruns e chivalers:
Vit cel muſter noble, e en bon liu poſe:
E od cuvent des moines treſben ordine:
E des beaus aurnemenz le vit ben honure:
E oit les charites e les dignitez,
Ke il aveient en le veus parreis del muſter truvez;
Ke li moines iadis aveient mucez,
Quant li Daneis vindrent a lur voleunt tuer.
E oiſt le privilegges e les auttoritex:
E ke li pape ſeint Agathun iaveit otrie:
Ke ele fuſt auſi fraunche cum Rume la cite
E kinel grauntaſt ſerreit eſcumege
De Deu e de ſeint Pere e de tuz le ſeinz de cel.
Quant tut ceſt avoit oi, mut fu ioiuſe, e le.
Ke il en ſun regne avoit tele dignete.
E ke il de ſi ſeint humes ne ſoit eſcumege.
Quant ke lur chartres dient terſtut lad otrie.
Devaunt tute les humes, ke il avoit iloc amene,

Viles

Viles e teres mut lur ad dune;
Chartres lur dune, ſi fait eſcumeger
Ki ke de co lur tolir iames eit vuler,
Quant co enoirent cele gent, tuz Deu unt lee.
Les uns idunent tere, li auter dunent pre,
Or e argent aſkaunz iunt preſente,
Ke de une choſe ke de auter taunt iunt dune,
Ke plus eſteit riche, ke nul e cite.
Par co ke taunt eſteit riche haut nun lunt dune,
Gildenburch par dreit nun lunt apele,
Uncore deſqua ceſt iur Burch eſt anume.
A CEL tens en tel reverence eſteit icel muſter,
Ke ſi erceveſke, u eveſke, priur, u abbe,
Rei, u cunte, u barun, u noble chivaler,
U clerc, u lai, u dame iveinſt pur urer,
Quant ſerreit a la porte, ſe ferreit deſcaucer,
E diloc deſkavant irreit un pez.
Sa offrender imettreit de bone volunte,
Kar enter le freres aveit ſi grant charite,
E ſi graunt religiun, e tel autorite,
Ke ſi acun de eus treſpaſſat par nule cunter,
Riches e poveres lur chef unt encline,
Si cum il euſt eſte le aungel dampne deu
E ſa ſeint beneicun li unt demaunde.
Dunt plus riche fu cel liu, par tele dignete,
De viles, e de teres, de bois, e de pre:
Ke nul en Engeltere ſacez de verite.
Cel liu treſben guvernat Adulf le chaunceler,
Ki par ſeint Adeluuold ilo fu feſt abbe.
APRES ico quaunt mort fu liriche rei Edgar,
A rei eſteit hauce ſun fiz ſeint Eduuard,
Par le priere de Adulf agliſe oritat
Quant ke lur charters diſtrent, e plus lur dunat,
E de ſa buche meimes ſi eſcumen iat,
Ki nul de les dignetex iames abatat.
QUANT le erceveſke Oſuuald fu a ſa fin ale,
A erceveſke eſt choiſi Adulf le chaunceler;
E en ſun liu a Burch Kenulf eſteit fet abbe:
Ki plus fu ſage des autres ſacez de verite.
Quant vint a ceſt aboie mut lad amende.

Quaunt

Quaunt mort eſteit leveſke de Uuentaine la cite,
Ciſt eſt a eveſke choſi e ordine.
Apers li fu Alfſi a Burch fet abbe:
Mut fu ſage e prudum le liu adavaunce;
Relikes e aurnemens mux ad parchace:
E le cors ſeint Florentin de Bon Val acate.
E de Eaſter ſeint Kyneburch & Kyneſuit aporte;
E ſeint Tibbe de Rihale la virgine dampnedeu.
Od laie de ſun Segerſtein Lewin la loſe,
Quant L. aunz noblement legliſe ad guverne,
En le ſerviſe Deu eſt a ſa fin ale.
Quant mort eſteit Alfſi le pruz e ſage abbe
Aernwy le ſimple eſt le aboie cumaunde.
Nert guers hardi poi tens lad guverne
Kar VIII aunz devaunt ſa mort le aboie ad laſſe.
En ſun liu eſt Leuriz choſi a abbe:
Ciſt eſteit ſage e ſeint e treſben enſeine:
La graunt croiz fiſt fere ke eſta uter lauter
De gemmes e de argent de fin or e de cler.
De or e de argent chaundelabres fiſt aturner.
E la graunt table fiſt fere devaunt le haut auter,
E pluſurs fertres noblement fiſt aparailer,
E chaiſubles de purper e de or aurner
E de preciuſes gemmes, ke il acatout cher,
E chapes e pailles muz ad purcace,
E auters aurnemenz taunz ia dune,
Ke de une choſe ke de auter plus lad amerde
Ke nul ne fiſt devaunt, li ſacez de verite,
U iames frad apers, li taunt fu bonure:
 EN ſun tens fu un moine Eilric out anun.
Ciſt fu ſeint e prudume a Deu le mercium,
A eveſke de Dunholm eſt echoſi,
Mult ben le guvernad, en verite vus di,
Kar pur lamur damnedeu toſt le deſguerpi
E taunt cum il le guvernad od graunt honur le tint,
E a ſes freres a Burch pur Deu ſervir remut.
 UNE veſpre cum il fiſt en legliſe pur urer
Eſtut le Deble deuaunt li en le muſter
En le guiſe de une enfaunt e loinz del auter,
Si diſt ke treis feiz deſtruereit le muſter,

Al

Al primer feiz ſerreit robe e les moines encace,
Al auter feiz ſerreit ars e treſtut deguaſte:
E ala terce devereint le moines medler,
E chaſcun moine auter od ſun cutel tuer.
Quant co ad diſt, ſi volt aler vers le graunt auter,
Mais liveſke li defend del part dampne deu.
Quant co oit li Diable il ſenvole cum fume,
E apres li en le muſter tel puur ad leſſe,
Ke uncore de kes aminuit leinz iad dure.

En icel tens Willam le duc ſi cum la letter diſt
De Normandi tut Engeltere par ſa force conquiſt,
E en ſa cumpainie labbe Leuriz eſteit,
E diloc a ſa abboi malades vieneit,
E en la nuit de tuz ſeinz a ſa fin alad;
Graunt fu le doil par Engeltere, ke lum pur li feſad,
E en ſun liu Brand a abbe toſt eſt achoiſi,
Cil treſben le guvernad, mes poi de tens veſqui.

Par fort travail e graunt overtaunt ad purchace,
Ke treſtutes lur charters ad renuvele
Devant le rei Guillam e lur dignete:
Si ke le rei meimes al muſter ad grante
Treſtuz ſes honurs e ſes dignetez,
Pur co ke il no veult pas eſter eſcumegez.
En le terz an apres murut Brand labbe,
A Deu e a ſeint Pere ſa alme ſeit cumaunde.
Li reis Guillam igulement le abboie ad dune
A un clerc de Normaundie, Toroud apele.
Quant poidetens apres ico laveit guverne,
Vindrent li Daneis la gent malure.

Suein le fiz Cnut le rei od graunt cumpainie,
Vint en Engeltere od ſa gent hardie,
De rober e de mal fere pas ne ſe ublie.
Un de ſes cuntes vint en Ely,
Hoſberin out anun e graunt gent od li:
Od eus ſa cumpaine Heruuard le uthlage hardi
Si vint od ſes vaſals a Hoſbern en Ely.
Heruuard lur amoneſtout, quei giſum vus ici?
Alum mis al muſter de Burch od nos vaſals hardi,
Si prengum or e argent, ſi lamenum deſke ici,
Kar mult iad de richeſce, par verite vus di,

UN iur Toroud li abes fu a Staunford ale
E tuz ſes chivalers od li avoit amene;
Ceus en Ely envers Burch mut toſt ſe ſunt haſte,
Veint un eſpie ad moynes treſtut lur ad cunte:
Il perveint lur ſegreſteint Yuuar apele,
E chapes e pailles mut li unt baile;
E cil les amenet a Stanford dekes al abbe,
E les nuveles toſt li ad muſter,
Taunt dementers vindernt cele gent malure
A la rive de Burch od plus de III C neff,
E dreit a Bulehithe ſe ſunt arivez.
Mais li moines e lur humes les portes unt fermez,
Si ſe defendent cum gent aloſez,
Forment cumbatent encunter les enemis Deu.
Quant co vit Heruuard e ceus quil out mene,
Sur les proceins maiſuns lur fu unt gete,
Ne uve par force mais par fu dedenz iſunt enter;
E treſtut la vile unt ars, fors ſulement le muſter;
Li moines fuient, e li roburs enter ſunt en muſter
E la grant croiz voleint prender ſur le haut auter,
Mais il ne poient en nule manere iloc eſpleiter,
Kar noſtre cher Sire ne le voleit otrier.
Quant virent ke tut ne le poient aver,
La curune de fin or preſtrent de ſun chef,
E le orine eſcamel, ke ſtut de ſuz ſes pez,
Si preſtrent dous fertres de fin or e de cler,
E IX de or e de argent de gemmes aurnez,
E XII croiz noblement e ben apareillez,
E la grant table devaunt le haut auter,
E pluſurs aurnemenz, ke io ne puis cunter.
Kar entur Engletere ne remiſternt teuz.
E tute cel richeſce miſternt en lur neff.
E Adeluuold le priur od eus unt enmene:
E auſi le moine, ſi ſunt arivez
A la rive de Ely mult ioiuſe e lez.
Mais li moines de Burch par male deſtine
Cum uwailles saunz paſtur ſunt eſparpelez,
Si ke nul ne remiſt dedenz le muſter,
Fors un ſul moine, ki juſt enfermete,
Lewine le Lunge eſteit apele.

Ore eſt parempli, co ke li mauſe
Diſt a Eylric le moine bonure.
Kar il diſt ke treiſiez deſtruereit cel muſter,
A la primere fiez ſerreit robe,
E treſtuz le moines hors encace;
Al auter fiez ſerreit ars e tut degaſte;
E ala terce fiez devereint les moynes medler,
E chaſcun moine auter od ſun cnivet tuer.
La primere deſtruccium ore eſt enter;
Kar ore eſt leglise malement robe,
E les moines ſi ſunt tuz ecace.
Meimes cel iur ivint Torold le abbe
Od deus cenz Normauns treſben armez:
Mes les mauſeturs ne poient pas truver:
Mes il trove treſtut ars fors ſulement le muſter.
Ore eſt Gildeneburch a chaitif burch turne.

ATHELUUOLD li bon priur eſteit en Ely
Od les Daneis e od Heruuard le uthlage hardi:
Pur co ke il fu ſage il pramiſternt ali,
Si il vouſiſt od eus remuver deci,
E ke il ſerreit eveſke fet en lur pais.
Atheluuold li ſage lur en reſpundiſt;
Volenters le frai ſaunz nule cunterdit.
Quant li Daneis icel mot unt ben oi,
Treſtut icel treſur cumaundent ali.
E cil marteus e auter fers iguele conquiſt,
Si les tint od ſei e en ſauf les miſt.

UN iur cum li Daneis cel eſcumege gent
Firent un convive ben e noblement,
E tut en iur burent treſtuz alur talent;
Adeluuold li priur tut celement
Prent tuz ſes marteus e ſes fermenz,
Si fait ſa ureiſun a Deu ben e avenaunterment
Puis overit le ferter mut poveruſement,
U le braz ſeint Oſuuald od le mein fu denz.
Quant il le viſt erraument en ſes mains le prent,
En apres le baiſe mut devotement
Puis le mucet a ſun chef li priur privement
En le ſtreim de ſuz ſun chef mut ioiuſement,
E pluſurs relikes ovoc treſtuz enſement:

Puis

Puis aturnet les ſertres, ſi cum il furent enz.
Lendemein les relikes de ſun lit il prent
Si enveit a Rameſeie par la ſue gent
As moines pur garder les mult celeement.
ENTER ices aferes ſunt acordez
Li rei Guillam del Engeltere par bone volunte,
E li rei de Daneis Suein ert apele.
Par ceu cuvenaunt ke il amenereint tut a ſa cunter,
Quaunke il e ſes humes uſent ci robe:
Quant co ſurent li Daneis, ki en Ely unt eſte,
Treſtut icel treſor od eus unt mene.
E Adeluuold le priur vers Burch ſe eſt haſte,
Quant il vient, ſi trove Toroud le abbe,
E ſes freres ki firent le ſerviſe dampnedeu;
Kar VII iurs ni out nul fini ne cumence.
Quant il les ad vouz, treſtut lur ad cunte.
Puis enveient a Rameſeie dekes al abbe
Pur les relikes, ke il les unt bale.
Mes li abbes a eus ne voleit pas liverer,
E inz les voleit deſtenir e iloc aver.
Une noit apres ico quant ben fu repoſe
Li Segreſtein de Rameſeie vit enveille,
Oiſt un enfauntile vois dedens le muſter
Sanctus, ſanctus, ſanctus mult haut ad crie.
Si toſt cum le matin vint, ſi le cuntat al abbe.
Quant li abes lentent mult ſeſt paru penſe,
De render les relikes tot lur ad cumaunde
E il les rendent erraunment, kar tenir ne ſunt oſez.
Quant cil de Burch les ourent, mut ſunt ioius e lez.
Mes li abes Toroud neſteit pas bonure:
Kar a ico ke fu remis ren ni ad aiuſte.
Mes il ſa aboie tut ad eſparpeile;
Kar mult dunad a ſes parens de teres e de prez.
DE primes quant laboie a li fu cumaunde,
M. e. L. liveres valout en verite:
E al iur ke il eſteit a ſa fin ale,
A L liveres ains unkes fu periſe.
Vint e VII aunz le tint, mes poi le ad amende,
Apres ſa mort li moines al rei unt dune
Ç ç c mars de argent par bone volunte,

Pur aver lur electiun, il lur ad graunte.
Puis enliſtrent Godric le frere Brand labbe.
Mes il ne le tint fors un an, puis fu depoſe.
Apres li un moine li reis lur enveiad,
Maheu out anun e le abboie li dunad.
E cil le recut, e a Deu mut le merciad.
Quant il un an le out guverne a ſa fin alad.
Puis tint li reis le abboie en ſa mein IV anz.
DUNC fu fet a Lundres un fort cunſeil ſacex,
Iloc ſunt muz abboies a pluſurs clers dunez:
Enter ices le abboie de Burch eſteit dune
Al priur de Kentuuarbiri Hernulf apele.
Li moines li reſuſtrent mut ious e lez.
Pur co ke il fu ſage e treſben enſeignez.
En ſun tens iout ioie e graunt charite.
Le rei e les riche gens mut li unt ame:
E cil al abboie graunt ben ad purchace.
I ceſt abboie noblement VII aunz ad guverne.
Puis li dunad le rei par bone volunte
E leveſke de Rouveceſter, taunt lad honure:
E le abboie de Burch puis ad dune
A un moine, Jhon de Sais ki fu apele.
Quant recu de moines fu li abes cher
A veire ſen vad a Rume pur boſun del muſter.
En lauter an reveint ben ad eſpleite:
Ben guardad ſa abboie & ben lad guverne.
LE veil de ſeint Oſuuald li freres ſunt enter
En le refreitur pur les tables amender;
Puis entra li abes par male deſtine,
E vit ke il ne furent pas a ſa volente:
Si lur maudiſt treſtuz, e puis ſen eſt ale;
A la curt de Caſter toſt ſen eſt haſte.
Un ſerjaunt fu en le peſtrin ſi fu mult curce:
Pur co ke le fu ne art pas a ſa volunte,
Si diſt un mot au deble, cum hume arage:
Quant pur moi ne vulex vus arde li mauſe.
E ſi toſt cum il deble out anume
Par le engin del deble le fu eſt enflaume,
Si ſaut ſus dekes a treff, ſi ardout mult cler,
E ard tuz les meſuns & treſtut le muſter,

E en la vile nul meſun ne remiſt enter,
E mis le truvun eſcriſt, ſi ſaivun de verite,
Ke IX iurs plenement cel fu iad dure.
ORE eſt parempli co ke li mauſe
Diſt iadis a Eilric li moine bonure;
Ke treisfiez le deſtruereit par ſa mauveſte.
Al primer fiez ſerreit robe e les moines encace;
Al auter fiez ſerreit ars e treſtut deguaſte.
A la terce fiez devereint le moines medler,
E chaſcun moine auter de ſun cutel tuer.
Ore ſunt les deus deſtrucciunt tres foiz enuter;
Kar en le tens le abbe Toroud fu ele robe,
E en le tens le abbe Ihon ars e deguaſte.
Deu defend le terce par ſa pite.
En lauter ann le abbe Ihon dunt aſoi parler
Cumenſat le fundemend del nuuel muſter.
DEL muſter ben fere tut ſa entente il miſt
De iur en iur plenere, mes il le nent par fiſt.
Par XV aunz le abboie ben ad guverne;
Puis muurrut, ſa alme a Deu ſoit cumaunde.
PUIS vint un abbe de lauter par nun Henri,
E diſt al rei menſunges e ſi en admenti:
Il diſt ke il out pur guere ſa abboie deguerpi,
Pur co ke il voleit aver le abboie, qui eſt ici.
Mes li rei ſes menſunges pas ne endi,
Si lui dunad laboie de Burch e ledeſi.
E li avaundiſt abbes quant al abboie vint,
Cil le recut V aunz & par ſaboidie le tint.
EN le primere an quant il eſteit al muſter venu,
Si furunt graunz muſters oiz en nuz
Par tut la quareme de nuz ne vue de iur
Parmi les champs, parmi les prez mut fu grant hydur,
De Burch deſka Stanford en bois tut entur.
Si eſteient tuz ners, e alouent cum venurs,
Od neirs chens e od cornes, e ourent graunz ouz.
E eſteient XX enſemble, u XXX, u X, e VIII.
E en grant anguiſſe furent les moines de Burch.
PUIS ſa parcut le rei de boidif le abbe.
De voider ſa tere li ad cumaunde,
E cil ſen departat dolent e curce.

# INDEX.

A.

Aaron. Reliquiæ de virga ejus, 35
Abbendoniæ cœnobium fundatur, 28. Et monachi ibi locati, 29
Abbendum, ibid.
Aberti, ſancti, reliquiæ, 36
Accæ, ſancti & Epiſcopi, reliquiæ, 35. Apud Rypun ſepelitur, 40
Adelwoldus Burgi & Wintoniæ cœnobia reſtaurat, 16——18. Medeſhamſtedenſe reparat, 27. Elienſe renovat, 28. Abbendonienſe conſtruit, ibid. Epiſcopus Wintonienſis eligitur, 29. Reliquiæ ejus, 35. Wintoniæ ſepelitur, 39
Adelwoltune, 43
Aidintone, 55
Adrianus legatus Romanus, 12
Adrianus abbas, Cantuariæ ſepelitur, 38
Adulphus, Edgari regis cancellarius, inebriatus filium ſuffocat, Burgum pergit, Burgenſiſque fit monachus, 18. Abbas, 19. Archiepiſcopus Eboracenſis, 31
Ædelwoldus. Vide Adelwoldus.
Ælfſinus, idem ac Ælſinus abbas, 25
Ælfſius. Vide Ælſinus.
Ælfſtane pontifex, 22
Ælſinus abbas Burgi, 31. Tempore ejus acerba fames, 32. Sanctum Florentinum emit, & ad Burgum tranſmittit, ibid. Regem iratum pacat & permutat, 33
Ærdulfus rex apud Bredun ſepelitur, 39
Æſwius abbas Burgi, 22
Æſtune, 21, 26
Æthelardus abbas, 35
Æthelbrithus. Vide Ethelbrithus.
Æthelgarus abbas, 22, 30. Archiep. Cantuar. factus, ibid.
Æthelredus. Vide Ethelredus.
Æthelwinus rex, 22
Æyleſwurthe, 21
Agathonis papæ privilegium, 9—11
Akarii abbatis Burgenſis data & acquiſita, 104—106. In eum perſecutio, ibid. Elogium, ibid. Manerium de Thurleby conventui Burgenſi dono dat, 114. Obiit, 107
Albanus Scotus Abbendoniæ ſepelitur, 39
Alchebarve, 44
Alchmundus rex & martyr apud Derebi ſepelitur, 39
Aldelmi Epiſcopi & ſancti reliquiæ, 36. Apud Malmesbiri ſepelitur, 39
Aldewincle, 83
Aldytha ſancta apud Storteford ſepelitur, 39
Alebode, 100, 104
Alethorp, 44
Alexander Epiſcopus Lincolnienſis, 34
Alfleda Peadæ regis uxor maritum perimit, 4, 23
Alſwaldus ſanctus apud Extoldeſham ſepelitur, 39
Alhfridus rex, 23
Ambroſii ſancti reliquiæ, 35
Ancarig. Vide Torneia.
Andreæ ſancti reliquiæ, 35, 36
Andreas abbas Burgi eligitur, 103. Opera ejus, ibid. & 104. Obiit, 104
Andegau de, miles feodatus de Burgo, 63
Angeli, Henricus de, qualiter apud Burgum ſe habuit, 73—75
Angoteby, 53
Anna rex, 13, 38

# INDEX.


Antiochus, 15
Apollinaris ſancti reliquiæ, 35
Arderne, 58
Armiſtone, 57, 63
Aſcheby, Willielmus de, duas chartas cœnobii Burgenſis redimit, 223
Aſchtone, 62, 191, 192
Aſechirche, 55
Aſhefordebi, Johannes de, 148
Askitillus de, miles feodatus de Burgo, 53
Aſlokbi, Gilbertus de, monachus Burgenſis, Londinum miſſus, chartas cœnobii Burgenſis redimit, 223
Avenilli de, miles feodatus de Burgo, 61
Auguſtinus Cantuarienſis Archiepiſcopus, 7, 24. Ethelbrithum Cantiæ regem cum populo baptizat, 36. In eccleſia Cantuarienſi ſepelitur, 38
Auſtrobertæ ſancti reliquiæ, 36

B.

BAcchi ſancti reliquiæ, 35
Badingtone, 54
Baltilda regina & ſancta apud Rumſege ſepelitur, 39
Baptiſtæ Johannis ſancti reliquiæ, 35
Barchanig terra cœnobio Medeſhamſtedenſi data, 12
Barones contra Henricum III. bellum ſuſcipiunt, & Northamtoniam capiunt, 134. Caſtellum de Rouceſtre obſident, & relinquunt, 136. Apud Lewes regem capiunt, ibid.
Baroniam recipit Robertus de Suttone abbas Burgi, 133
Bartholomæi ſancti reliquiæ, 35
Bartune, 43
Barwe, 21, 41
Baſſet Ricardus, juſtitiarius, villam de Pitheſſe a rege emit, 72
Baſſingburne de, miles feodatus de Burgo, 55
Baynicthorpe, ibid.
Beadanea aqua, 6
Bebechurch, 44
Bec, Martin de, abbas Burgenſis ab Henrico I. præponitur, 75. Facta & dona ejus, 76—78, 84—88. Obiit, 89
Beche, Nicolaus de la, 235
Beda ſanctus, 8. Apud Gyrum ſepelitur, 40
Bega ſancta apud Cathleu ſepelitur, 40
Belaſiſe manerium, 111, 112, 127
Bello Campo, Johannes de, 138
Bellum inter Johannem regem & principes, 114
Bellum inter Henricum III. & barones, 134—139
Belmeſtorp, 43
Benedictus ſanctus, 16. Abbas de Weremutha apud Torneiam ſepelitur, 40
Benedictus abbas Wytebeienſis, 85
Benedictus Cantuar. prior, abbas Burgi eligitur, 94. Elogium ejus, 97. Libri, 98. Ædificata, 99. Dona, 100. Ricardum regem captum redimit, 102. Milites honoris Burgi diſrationat, 103. Obiit, ibid.
Benefeld, 43, 55
Benna abbas Burgi Puſæ ſuccedit, 13. Apud Bredun ſepelitur, 39
Bergam, 59, 81
Berlinges conventus, 100
Bernake de, miles feodatus de Burgo, 62
Bernewelle, 44
Berta regina, 38
Berthelmus ſanctus & martyr apud Stretford ſepelitur, 39
Binitun, 44
Birinus epiſcopus & ſanctus apud Wynceſtre ſepelitur, 39
Biruſtanus epiſcopus & ſanctus apud Wynceſtre ſepelitur, 39
Biſletum, 131
Biulce, miles feodatus de Burgo, 57
Bogels abbas & ſanctus Dunelmi ſepelitur, 39
Bokedene, 219
Bolehithe & Bulehithe } 49, 155
Botheby, Adam de, 175. Abbas Burgi eligitur, 218. A rege & epiſcopo confirmatus, 219. Inductus & inſtallatus, 220. Chartas falſas cœnobii Burgenſis redimit & cancellat, 223. Decimas Edwardo II. ſolvit, 224
Botulphus epiſcopus & ſanctus in Bredriceſworthe ſepelitur, 39
Botwini ſancti reliquiæ, 36
Boys, Rogerus de, 103
Bradewelle, 220
Bramtune, 75
Brand monachus, 26
Brandon, terras cœnobio Burgenſi dat, 27. Abbas Burgi eligitur, 47
Bredun, ſanctus Benna ibi ſepelitur, 39
Brercheſtorp, 43
Bretunus abbas & ſanctus, apud Beverlie ſepelitur, 39


ii Briani

Briani terra abbati & conventui Burgi adjudicata, 116
Bricklеſwortha, 9
Bricknothus dux, 22
Bringhurſt & / Brininghyrſt } op. 43, 59
Bringhurſt de, miles feodatus de Burgo, 59
Brithnothus ab Adelwoldo abbas Elienſis ordinatur, 28
Brithwaldus epiſcopus & ſanctus in eccleſia ſancti Petri Cantuariæ ſepelitur, 38
Brondiſcroft, 163
Brunne, abbas de, 133
Bulehithe. Vide Bolehithe.
Bultone, Thomas de, 139
Burch, monaſterium. Deſcriptio loci & nominis, 2, 3. Vide Burgi cœnobium.
Burchle, 42
Burgbiri, 154, 179, 182
Burgfenne, 154, 158, 180, 222
Burgi cœnobium per ſanctum Adelwoldum reſtauratur, 16. Mercatum a rege Edgaro conſtituitur, 21. Reliquiæ, 34—36. Cum eccleſia & villa combuſtum, 71. Abbatia concellarii curæ committitur, 94
Burlee oppidum, 57
——de, miles feodatus de Burgo, ibid.
Burne villa, 71
Buterwic, 55
Byamel, 59
Bygginge parcus, 103, 135, 136, 148, 189, 226

C.

CAleto, Johannes de, abbas Burgi, 128. Henrici III. theſaurarius & Juſtitiarius itineris, 129. Dona & beneficia ejus, 128—130. Charta, 130—132
Caniſo monte, Will. de, 138
Carebi, 59, 81
Carlet, Godwinus, 83
Carletun, 43
Carpentarius, Leſwinus, 83
Cartone, 156
Caſſe Willielmus, 228
Caſtra pagus, 21, 56, 83, 175, 177
Caſtre de, miles feodatus de Burgo, 56
Caſtre, Robertus de, cum filio fit monachus, 67
Caſtre, Bernardus de, 148
Cathewyt, 62, 231
Catteworthe, 57
Caturcenſes mercatores, 144
Ceada vel / Ceata, & / Cedda, } ſancti & epiſcopi, in Licchesfeld ſepeliuntur, 39
Ceciliæ ſanctæ reliquiæ, 36
Ceddan epiſcopus, 8
Cedenac, 12
Cedwala Cantiæ rex, 13
Cementarius, Aluricus, 83
Ceolach epiſcopus, 8
Ceolred Ethelredi regis filius, 13
Chardeloy, Johannes de, 228
Charta Edgari regis, 20
——Edmundi, 115
——Edwardi Confeſſoris, 26
——Henrici III. 126
——Willielmi Conqueſtoris, 27
——Epiſcopi Lincolnienſis, 126
——Johannis de Caleto, 130
——Roberti Suttoni 144
——Godfridi abbatis, 158
Childholme. 156
Chirchefeld & / Churchfeld } 62
Chriſtianus epiſcopus, 48
Chriſtophori ſancti reliquiæ, 35
Ciſſe ſanctus Torneiæ ſepelitur, 40
Clapethorne, 54, 55, 118
Clare, Gilbertus de, comes Gloverniæ, 137, 138, 148
Clerus Edwardo II. decimas concedit, 224
Cletham, 27, 44, 56
Cliſtune, 44
Clive, 6
Cloptone, 55, 57, 83, 100
Cluni, 73
Cnut privilegium Wlferi regis firmat, 25. Fit rex, 41
Colingham, 44, 205, 208
Colſtone, Ricardus de, cœnobii Burgenſis pitanciarius, 151
Columba abbas & ſanctus in Higeeland ſepelitur, 39
Compotus eſchaetorum temporalium de exitibus cœnobii Burgenſis per mortem Godefridi abbatis vacantium, 175—216
Concilium Lateranenſe celebratum, 111
——Londoniæ, 66
——Lugdunenſe, 118
Coſmæ & Damiani ſanctorum reliquiæ, 35, 36
Coſteſford, 12
Cotherſtoke, 54

Cotingham, 43, 62, 196, 198
Cotta ſanctus apud Bredun ſepelitur, 39
Coventre, 42
Craneford, 62, 81
Cranemore pratum, 156
Credanus ſanctus apud Botraene ſepelitur, 40
Criſtinæ ſanctæ reliquiæ, 36
Crombwelle, Radulphus de, 227
Croyland, Godefridus de, pitanciarius, abbas Burgi eligitur, 153. Opera ejus, 158—161. Charta, 158. Confirmata per epiſcopum Lincolnienſem, 160. Et archiepiſcopum Cantuarienſem, 161. Et per ſeipſum, 166. Veſtimenta, 167—171. Regem & reginam recipit, ibid. Solutio regis, 171—174. Recipit cardinales duos, 173. Obiit, 166, 217
Crulandia, quare ſic vocata, 3. Cœnobio Burgenſi per chartam Edgari conceſſa, 21
Crulandenſes, 2
Cuffwick, 112
Cuggendic, 6
Cunungesburch, 44
Cuthbaldus abbas Burgi eligitur: cœnobium ditat, 8. Reliquiæ ejus, 35
Cuthbertus epiſcopus & ſanctus Dunelmi ſepelitur, 39
Cuthburch regina & ſancta apud Wyburn ſepelitur, 40

D.

Dacunha S. apud Botraene ſep. 40
Dacus Willelmus, 100
Dæmoniacus aqua ſancti Oſwaldi ſanatus, 77
Dalmtun, 80
Dam, 163
Damianus S. reliq. 35, 36
Dani Angliam vaſtant, 14, 41, 48
Daylingtone, 59
Decius, 15
Depinge, 59, 79
Dereby, 155
Derebyyerd, 163
Derenorde, 6
Deſpencer Hugo le, 218. Terror eccleſiæ, 223
Deſtructio cœnobii Burgenſis ſub Willielmo Conqueſtore, 48, 52
Deuſdedit archiepiſcopus Dorob. 7, 24. Cantuariæ ſepelitur, 38
Dionyſii ſancti reliquiæ, 35, 36
Diſcordia inter regnum & ſacerdotium, 114
Dodeſtorpe & Dodiſthorp, 20, 156
Dorinthorpe, 165
Dovre de, miles feodatus de Burgo, 55
Dreitune & Draytone, 43, 59
Driffeld, 86
Drihthelmus ſanctus apud Megelros ſepelitur, 40
Dumar, miles feodatus de Burgo, 63
Dunesbi, 43
Dunſtanus ſanctus archiep. Dorob. 19, 20. Cantuariæ ſepelitur, 38
Durham, Johannes de, 231
Dyuma epiſcopus, 8

E.

Ealfleda ſancta & abbatiſſa apud Rumſege ſepelitur, 39
Eamſuitha Edbaldi filia, 37. Apud Folkeſtan ſepelitur, ibid.
Eata hundreda cœnobio Burgenſi ab Edgaro rege conceſſa, 20
Ebba ſancta & abbatiſſa in Coldeſchurch ſepelitur, 39
Edbaldus Erconbrithi Cantuariorum regis filius, 37
Edbrithus epiſcopus & ſanctus apud Halgaeland ſepelitur, 39
Edburga Mildrithæ abbatiſſæ ſuccedit: apud Lininge ſepelitur, 38. Ejus reliquiæ, 36
Edgarus rex ad monaſterium Medeſhamſtedenſe proficiſcitur, 10. Charta ejus, 20. Obiit, 23
Edgarus Etheling, 47
Edgit regina, 42, 45
Edgitha ſancta apud Thamworthe ſepelitur, 39
Edmundus ſanctus & rex ab Inguar & Hubba Danorum ducibus interficitur, 14. Apud Bedriceſwurthe ſepelitur, 39
Edmundus de Wodeſtocke Cantiæ comes, 225
Edredus rex, 28
Edwaldus Edmundi regis frater apud Cernele ſepelitur, 39
Edwardus Edgari regis filius deprecationem Adulphi abbatis affirmat, 25. Fiskertune villam cœnobio Burgenſi concedit, ibid. Charta ejus, 26. Reliquiæ, 36. Apud Sceſtesbiri ſepelitur, 40
Edwardus de Carnarevan Edwardi regis filius, 225

Edwardus Henrici III. filius villas & caſtra baronum deſtruit, & nobiles quoſdam capit, 138
Edwardus III. Burgum venit, 225
Edwardus Ceſtriæ comes, 231
Edwinus Northumbrorum rex a Paulino ad fidem converſus, 37
Egbaldus abbas Burgi Cuthbaldo ſuccedit, 13
Egbrithus rex Erconbrithi filius, 37. Apud Higecland ſepelitur, 39
Ege, 21
Egelbrithus apud Hereford ſepelitur, 39
Egelfled regina & ſancta Rameſeiæ ſepelitur, 40
Egelricus archiepiſcopus Eboracenſis conſecratus, 45. Poſtea Dunholmiæ, 46. Epiſcopatu fratri relicto Burgum redit: ad Willielmum Conqueſtorem accuſatus, & ab eo Weſtmonaſterium miſſus, in ipſo monaſterio obiit & ſepelitur, ibid.
Egelſi epiſcopus & ſanctus apud Ripun ſepelitur, 40
Egelwinus fratri Egelrico in epiſcopatu ſuccedit, 46. A Willielmo Conqueſtore expulſus Abbendoniam mittitur, ubi obiit & ſepelitur, ibid.
Egwinus epiſcopus & ſanctus. Reliq. 36. Apud Heveſham ſepelitur, 39
Eiſetuna, 79
Elfſius. Vide Ælſinus.
Elig & / Ely } inſula, 2. Quare ita dicta, 28
Ely, Henricus de, ſacriſta Burg. 140
Elgiva regina & ſancta apud Sceſtesbiri ſepelitur, 40
Elm, 6
Elphegus ſanctus & archiepiſcopus in eccleſia Chriſti infra muros ſepelitur, 38
Eltham, Johannes de, Cornubiæ comes, 225
Elturicus. Vide Egelricus.
Elutherii epiſcopi & ſancti reliquiæ, 35, 36
Ementiani ſancti, reliquiæ, 36
Engayne de, miles feodatus de Burgo, 61
Eoppa presbyter, 7
Erconbrithus Cantuariorum rex, 37
Ercongota ſancta Erconbrithi filia, ibid.
Erconwaldus ſanctus Lundoniæ ſepelitur, 39
Ermenburga ſancta Edbaldi filia, 37
Ermengitha ſancta Edbaldi filia, 37, 38. Apud Tenet ſepelitur, 40
Ermenilda ſancta Erconbrithi filia, 37. Wlfero regi deſponſata, 38. Apud Ely ſepelitur, 40
Ermenredus ſanctus Edbaldi filius, 37
Ernulfus abbas Burgi, 66. Conventio ejus cum militibus Burgenſibus, ibid. Epiſcopus de Roueceſtre electus, Cantuariæ ordinatur, 70
Eſſendic, 6
Eſſexia Comitatus, 227, 228
Eſtone & / Eſtune } oppida, 6, 43, 53, 54, 63, 203, 205
Eſtreia villa, 37
Eſtvode & / Eſtvude } 109
Eſtwicke, Ricardus de, 155
Ethe hundreda, 79
Ethelbrithus Cantuariorum rex cum populo baptizatus, 36. Rameſeyæ ſepelitur, 40
Ethelburga ſancta Ethelbrithi regis filia Edwino deſponſata, ſed virgo ſemper, 38. Abbatiſſa conſtituitur, 30. Apud Ely ſepelitur, 40
Ethelredus Pendæ regis filius, 3, 38. Wlfero ædificanti adjuvat, 4. Cœnobii Burgenſis privilegia ſignat, 7. Poſt Wlferi mortem regnum adeptus, 9. Cœnobia ædificat, 24. Wlferi donationes firmat, 25. Ymmæ maritus, 32. Rameſeyæ ſepelitur, 4. Tempore ejus Dani Angliam prædantur, 41
Etheredìſhythe, 44
Etrytha virgo & ſancta apud Grantham ſepelitur, 40
Ettone, 53
Evangelia quædam ſub primo lapide fundamenti capellæ poſita, 149
Eucharii ſancti reliquiæ, 35
Eudo Dapifer, 53
Everwyc provincia, 40
Eveſham, 139
Eugenii ſancti reliquiæ, 35
Eugenii papæ privilegium, 78
Evorhilda ſanctus apud Everwyc ſepelitur, 39
Eutropiæ ſanctæ reliquiæ, 36
Extenta maneriorum & bonorum temporalium cœnobii Burgenſis per mortem Godefridi abbatis vacantium, 175—216
Eybiri, 154, 187, 188
Eye manerium cœnobio Burgenſi ab Edgaro rege conceſſum, 20, 152
Eytemine Ricardus de, 219

F.

FAnecourt de, Dominus, 139
Faunel, miles feodatus de Burgo, 57
Felix epiſcopus & ſanctus Rameſeyæ ſepelitur, 40
Feoda militum & aliorum de abbatia Burgi tenentium per ſervitium militare, 53—64
Fethermute, 6
Filingele, 58
Finanus epiſcopus Peadam baptizat, 24
Finchinkeld, Walterus,
Finſet, 150
Firminus epiſcopus & ſanctus Torneiæ ſepelitur, 40
Fiskertune villa ab Edwardo rege cœnobio Burgenſi conceſſa, 25, 42, 208, 211
Flectune & Flettona } Villa, 26, 42, 100, 103
Fliske, Lucas de, Cardinalis, 173
Florentini ſancti reliquiæ ab Ælſino abbate emptæ, & Burgum tranſmiſſæ, 32, 34
Fodringye caſtellum, 135
Foleuille Johannes de, 227
Folies, cœnobii Burg. terminus, 5
Folkeſtan oppidum, 37
Folkingham, 49
Francia acerba fame vexata, 32
Frendeſhawe, 99, 112
Fretbericus ſanctus Bredunæ ſepelitur, 39
Fretheſwytha ſancta Oxanfordæ ſepelitur, 40
Fulham, Roberto de, Abbatia Burgi committitur, 132
Furnus villæ Burgi, 103

G.

GAingat miles feodatus de Burgo, 61
Gargat, Robertus, 101
Gaucelinus cardinalis a Godefrido ababbate apud Burgum honorifice receptus & donatus, 173
Gaveſtone, Petrus de, a Godefrido abbate honorifice receptus & poculo donatus, 171
Genealogia quorundam ſanctorum & ſanctarum in Anglia requieſcentium, 36—38
Georgii ſancti reliquiæ, 35, 36
Germenredus. Vide Ermenredus.
Gervaſii ſancti reliquiæ, 35
Glapethorn. Vide Clapethorne.
Glaſconia & Glaſtonia } 57, 151
Glatheſtun, 43
Glintone manerium, 79, 83, 182, 183
Glintonhawe, 112
Gloverniæ comes abbatem Burgi implacitat, 148
Godemannus ab Adelwoldo abbatiæ Thorneienſi præponitur, 27
Godfridus abbas. Vide Croyland.
Godricus fit abbas Burgi, & deponitur, 64
Godwinus eleemoſynarius Burgi, 141
Gorgonii ſancti reliquiæ, 35
Gosberchirch manerium, 105, 126
Gotherſtoke, 55
Goucwell, moniales de, 114
Gounthorpe. Vide Gunthorpe.
Graham, 80, 83
Greceſros villa, 6
Grimeſhawe, 142
Grutmalt, 167
Grymbaldi ſancti reliquiæ, 35. In novo monaſterio Wintonienſi ſepelitur, 39
Guedhauring, 44
Gunthorpe manerium, 54, 147
Gunthorpe, Robertus de, miles feodatus de Burgo, 54
Guthlacus ſanctus & presbyter Crulandiæ ſepelitur, 40
Gyldenburch, cœnobium Burgenſe ita nominatum, 22
Gymicii feodum, 157, 158
Gyr & Gyrvii } 2, 8, 24

H.

HAldene & Halſdene } 43
Haldewincla, 80
Halebode. Vide Alebode.
Haregrave, 61
Haſtinge, Henricus de, 137
Hawelonde boſcus, 147
Heanbirig, 12
Hedda epiſcopus & ſanctus apud Wynceſtre ſepelitur, 39
Hedone, Gerardus de, 137
Helpiſtone oppidum, 63
Helpiſtone de, miles feodatus de Burgo, ibid.
Hemingtone, Ricardus de, Juſtitiarius, 134
Hemmintone, 54

Henricus I. abbatiam Burgi per duodecim annos in manu tenet, 72. Mare tranſfretat & obiit, 76
Henrici III. bellum cum baronibus, 134. Captus cum filio apud Lewes, 136. Northamtoniam venit, 139
Henricus archiep. Cantuariæ, 85
Henricus de Morcote. Vide Morcote.
Herefridus epiſcopus & ſanctus Torneiæ ſepelitur, 40
Herewardus Danos ad prædandum cœnobium Burgi incitat, 48
Herforde, comes de, 227
Hermenredus. Vide Ermenredus.
Herodes rex, 15
Hetfelda campus, 12
Hethelhuniglond eccleſia, 12
Heye, 120
Hibaldeſtowa, 27, 44, 57
Hicham hundreda, 108
Hilda abbatiſſa & ſancta in Eſca ſepelitur, 40
Hildelitha ſancta in Bercing ſep. 40
Holburne, 237
Holderneſſe Alexander de, abbas Burgi, opera ejus, 115. Obiit, & ſepelitur, 116
Holderneſſe, Joh. de, ſubſacriſta, 117
Holme, 44, 55, 166
Holneie villa, 41
Honorius ſanctus Cantuariæ ſepelitur, 38
Hotot, Willielmus de, abbas Burgi eligitur, 125. Ab abbatia recedit, apud Oxeneye obiit, & Burgi ſepelitur, 128
Hotot, Thomas de, 100
Hottone legatus Anglicanus a Frederico imperatore incarceratus, 117
Hovedene, 40
Hoyland, 44. Hoylonde mariſcus, 116
Hubba Edmundi regis interfector, 14
Hugo II. epiſcopus Lincoln. 116
Hugonis ſancti reliquiæ, 35
Hugo albus, 68. Supprior Burgi obiit, 70
Hundreda abbatis quatuor in Northamtonia, 201
Huntadune provincia, 6, 21
Huntingdon, Godricus de, 87
Hybaldeſtove. Vide Hibaldeſtowa.
Hybaldus epiſcopus & ſanctus apud Cecesege ſepelitur, 39
Hythegate vicus Burgi igne conſumptus, 224

I.

JAcobi ſancti reliquiæ, 35, 36
Jakele, 236
Jaruman & Jeruman } Mediterraneorum Anglorum epiſcopus, 7, 8
Incendium apud Hythegate, Preſtgate, & Marketſtede, 224
Inguar Edmundi regis interfector, 14
Interdictio regni per ſex annos, 114
Introitus in novam Burgi eccleſiam, 76
S. Johanne, Ricardus de, 138
Johannis evang. reliquiæ, 35
Johannis epiſcopi & ſancti apud Beverlie ſepult. 39
Johannes de Caleto abbas Burgi, 128--132
Johannes de Sais abbas. Vide Sais.
Irtlingburghe manerium, 55, 61, 79, 199, 201
Iſabella regina 230
Iſleppe, Simon de, 236
Ithamer epiſcopus Roffenſis privilegio Edgari regis ſubſcribit, 7
Judocus ſanctus Burgi ſepelitur, 39
Juliani ſancti reliquiæ, 35
Ivitium ſanctus in Buckeſwrtha ſepel. 39
Juſtus ſanctus & martyr apud Wynceſtre ſepelitur, 39
Juſtus epiſcopus Cantuariæ ſepelitur, 38

K.

KEnelmus ſanctus & martyr apud Wynchelcumbe ſepelitur, 39
Kenilworthe, prœlium ibi, 138, 139
Kenulfus abbas Burgi, 25, 31. Reliquiæ, 35
Keſtevene, 54, 116
Ketene, Johannes de, Infirmarius Burgi, 141
Keteringe, 21, 120, 194, 196, 220
Kinſini monachi Burgi dona: elogium: obiit & ſepelitur, 45, 68
Kirkefeld, 81
Knivet, Johannes, 103, 114
Kokedone, 153
Kyneburga, Pendani regis filia, 33, 38. Alhfridi uxor, 4. Wlferi regis privilegio ſubſcribit, 23. Apud Caſtrum ſepelitur, 3
Kyneſthorpe, 57, 59
Kyneſuitha ſancta, Pendani regis filia, 33, 38. Wlferi privilegio ſubſcribit, 7. Apud Caſtrum, ſepelitur, 3
Kyngeſdelf, 21
Kyteringas, 21

## L.

LAdberti ſancti reliquiæ, 36
Lancaſtriæ comes cum proceribus contra Edwardum II. inſurgit, 221
Langele Denham, 44
Langetune, 43, 58
Langtone, Walterus de, Edwardi I. theſaurarius, 153, 172
Lateranenſe concilium, 111
Laurentius, 15. Reliquiæ ejus, 35, 36
Laurentius epiſcopus Cantuariæ ſepelitur, 38
Lawe, jam Lowe, 83
Lazari ſancti reliquiæ, 35
Leaulme, 54
Lefricus abbas Burgi, 25, 26, 41. Elogium: Dona & acquiſita ejus, 42. Abbas quinque monaſteriorum conſtituitur, ibid. In exercitu Willielmi Conqueſtoris ægrotat, & reverſus obiit, 46
Lenna, 80, 140
Leodardus ſanctus Cantuariæ ſep. 38
Leofwinus ſecretarius Burgi, 33, 34
Leuricus, 42. Vide Lefricus.
Leviva matrona Londinenſis villas de Fiskertune & Flectune cœnobio Burgenſi dat, 42
Lewes, 138
Lewricus. Vide Lefricus.
Leybourne, Rogerus de, 137, 140
Leyre, 58
Libri, quos cœnobio Burgi dedit Benedictus abbas, 98.—Godefridus, 170. Ada de Botheby, 232
Licio, Henricus de, 140
Lindeſeye, Robertus de, monach. Burgi abbas eligitur, 107. Et facta ejus, 108—114. Obiit, 111
Lindisfari pop. 8
Lininge villa, ubi cœnobium ab Æthelburga conſtructum, 37
Linne, 229
Lodeſhale, 12
Lodeſman, 152
Loletorp, 44
Londonia, Ricardus de, ſubcamerarius, prior, ſacriſta, abbas Burgi, 145. Statuta, Dona, acquiſita, & ob. 155—158
Londreis, campanæ ſic dictæ, 149
Longobardorum ſocietas, 237
Loth, Geffridus de ſancto, Juſticiarius, 43
Lotherus, Erconbrithi regis fil. cœnobium apud Sceepege ditat, 38
Louhtone, Willielmus de, cellerarius Burgi, 147
Luci de, miles ſeodatus de Burgo, 59
Luciæ ſanctæ reliquiæ, 36
Luddingtone, 55
Luddingtona, Hamundus de, 87
Lude parcus, 108
Lyſurs, Fulco & Will. de, 99
Lullington maner. 157
Lullington, Gregorius & Johannes de, 157
Lume ſanctus de, presbyter Torneiæ ſepelitur, 40
Lusgerd, 12
Luvetot miles feodatus de Burgo,

## M.

MAchuti ſancti reliquiæ, 35
Mellitus ſanctus & epiſcopus Cantuariæ ſepelitur, 38
Maldone, Will. de, regis notarius, 220
Maledicto, Willelmus de, 88, 89
Malfe miles feodatus de Burgo, 5, 59
Magni, ſancti & martyris reliquiæ, 35
Makeſeye, 54, 127
Malmetune } Malmigtune } 26, 27, 44, 55
Manetorp, 43
Mare de la, miles ſeodatus de Burgo, 54. Wardæ abbatis Burg. adjudicatur, ibid.
Mare de la, Galfridus miles, 226
Marham, 44
Marham, miles feodatus de Burgo, 54, 55
Mariæ ſanctæ virg. } Mariæ Magd. ſanctæ } Mariæ Ægyptiacæ ſanctæ } reliq. 35, 36
Mariæ ſanctæ monaſt. apud Sceepege, 38
———Capella a Will. Paris priore Burg. inchoata, 149
Marketſtede vicus Burgi, 224
Marmioun, miles feodatus de Burgo, 58
Martinus de Bec. Vide Bec.
Martinus de Rameſeye. Vide Rameſeye.
Maſmalt } Mayſmalt } 167
Matthias abbas Burgi, 65
Mauritii ſancti reliquiæ, 35
Maximi ſancti reliquiæ, ibid.
Medanus ſanctus apud Botraene ſep. 40
Medardi ſancti reliquiæ, 35
Medardo ſancto, Johannes de } ——— Asketillus de } 53
Medeſhamſtede monaſterium, poſtea Burgum voc. 3, 5, 6, 8, 12. Igne conſumptum, 14, 18, 24, 25, 27

# INDEX.

Medeſwelle vorago, 2
Mercatum Burgi ab Edgaro rege conſtituitur, 21
Merelade, ibid.
Merewen ſanctus apud Rumſege ſep. 39
Mervala Pendani regis filius, 37, 38
Meſſingham, 21, 27, 44, 55
Mervinus, Milburga, Mildritha, Milgitha } Mervalæ filius, 37, 38, 40
Middelletun, Mideltone } 43, 62
Miltone de, miles feodatus de Burgo, 56
Miltone, Johannes de, ſeneſcallus Burgi, 172
Miltun, Guido de, 84
Miridene Rogerus de, 155
Modwenna ſancta apud Birtune ſepelitur, 40
Moine, Berengarius le, 137
Molins, Johannes de, 237
Monegunda ſancta apud Witedune ſepelitur, 40
Monklane, Johannes de, 220
Monteforti, Simon de, Leiceſtriæ comes, Baronum contra Henr. III. capitaneus, 134. Occiſus, 138. Junior, 137
Monteforti, Petrus de, 138
Mount Thorold, caſtellum Burgi, 63
Morcote, Johannes de, abbas Burgi electus, 225. Confirmatus, 236
Moygne, Johannes de, 143
Mundene, Willielmus de, 235
Muſcham, 27, 44
Muſcham de, Miles feodatus de Burgo, 60
Muſt terra, 21

N.

NAviſforde, 201
Neen & Nen } fluvius, 2, 21, 156, 176, 180
S. Neotum cœnobium, 75
Neotus apud Wigerceſtre ſepelitur, 40
Neſſus & Naſſus } Burgi hundredum a Johanne rege deadforeſtatum, 180
Naſſum Burgi hundredum, 201
Neville de, miles feodatus de Burgo, 55, 59
Nevile, Radulphus de, Ciceſtriæ epiſcopus, 116
———Reginaldus de, 88
S. Nicolai capella erecta, 101
Nomina eorum qui poſſeſſiones ſancto Petro antiquitus dederint, 43—45
Norburch manerium, 5, 6, 21, 54, 201
Norfolk, Robertus de, cellerarius Burg. 105. Thomas de, ibid.
Normannebi, 44
Normanneſcros hundredum, 21
Northamtonia, Ricardus de, 150
Northamptonia oppidum contra Henricum III. occupatum, 134. Ab illo captum, ibid.
Northborow, Rogerus de, Garderobæ regis theſaurarius, 219
Northburge, Rogerus de, Ceſtriæ epiſcopus, 227
Northburge. Vide Norburch.
Northolm manerium, 156. Capella, 159, 162.
Nortorp, 80
Norwagienſes Wytebeienſium monaſter. bona diripiunt, 86
Nothemus ſanctus Cantuariæ ſepelitur, 38
Notingham oppidum, 135
Novus Locus, i. e. Biggingе, 95, 102
Novus Locus extra Stanforde, 108, 161
Nunnaminſter, Wintonienſe cœnobium, ubi ſancta Æthelburga ſepelitur, 39

O.

ODeſtone, 58
Odo ſanctus & archiep. Cantuariæ ſepelitur, 38
Odo abbas de Thorneye, 150
Offa Saxonum orientalium rex, 13
Offorde, Ricardus de, Seneſcallus Burg. 220, 233
Okeslowe, 201
Oliverus Lincolniæ epiſcopus, 151
Opbete aqua, 21
Osbernus comes, 48, 81
Osburga ſancta apud Coventre ſepelitur, 40
Oſgarus, 22. Novi Wintoniæ monaſt. Ab Adelwoldo abbas præponitur, 30
Oſgotebi, 26
Oſgytha ſancta apud Cicce ſepelitur, 39
Oſlacus dux, 22
Oſlafe Ermenredi conjux, 37
Oſtriz dux Ricardum regem bello capit, 102
Oſtryd Ethelredi regis uxor, 12
Oſwaldus Egfridi filius, rex & martyr, a Penda rege interfectus, 3, 33. Reliquiæ ejus, 34. In Barthaneia ſepelitur, 39. Aqua ejus ſanati, 77, 78

Oſwaldus

Oſwaldus archiep. Ebor. Burgum venit 19. Obiit, 31. Reliquiæ ejus, 36. Apud Wigerceſtre ſepelitur, 40
Overtona, 26, 61
Overtone, Johannes de, 231. Henricus, 140
Oxeneyelode, 158
Oxneya, 83. Cancella, 155
Oyli, miles feodatus de Burgo, 63

P.

PAccelade, 6
Pancratii ſancti reliquiæ, 36
Pandone ſanctus in Elteſlea ſepelitur, 39
Paple, 81
Pappelee de, miles feodatus de Burgo, 50
Parchus Lude, 108
Paris Willielmus, 140. Prior Burgi capellam beatæ Mariæ inchoat, 149
Paſtone & Paſtune 20, 60, 92
Paſtone, Robertus de, 120
Paternus epiſcopus & ſanctus apud Malmesbiri ſepelitur, 39
Patricius epiſcopus & ſanctus apud Gleſtringburi ſepelitur, 39
Pauli ſancti reliquiæ, 35
Paulinus archiepiſcopus Eboracenſis apud Roueceſtre ſepelitur, 38
Payneſholm pratum, 118
Peada Pendæ regis fil. 3, 7, 8. Alſledam uxorem ducit, 23, 24. Fidem Chriſtianam amplectitur, 3. Ab uxore peremptus, 4
Peikirke, 79, 127
Peikirfirthe, 222
Penda Merciorum rex, 3, 24, 33, 38
Petri ſancti reliquiæ, 35
Petrus abbas de Cluni, 74
Petrocus ſanctus apud Botraene ſepel. 40
Peverel de, miles feodatus de Burgo, 60
Peverel, Robertus, 112
Philippa Edwardi regis uxor Burgum venit, 227
Philippi ſancti reliquiæ, 35, 36
Picot, Robertus, 139
Pikeler, Walterus, 104
Pileſgate oppidum, 78, 87
Pilketone, 54
Pirihowe, 103, 114
Pitheſle manerium, 61, 65. Cœnobio Burgenſi ab Hen. I. in perpetuum conceſſum, 66. Ricardo Baſſet ab eodem iterum conceſſum, 72
Pleſeyes caſtrum, 227
Pluntree, 58
Pokebroc, 57, 58, 201
Pons Burgi erectus, 163
Pons prope Weſtmonaſterium, 237
Porceſtria caſtrum, 219
Porta magna monaſt. erecta, 101
Portmanmot curia, 190
Potiti ſancti reliquiæ, 36
Praieles vel Prateles monaſterium, 64
Precopii ſancti reliquiæ, 36
Preſtegrave, 43, 58, 59, 60
Preſtgate, 224
Preſtone, Gilbertus de, miles, regis juſticiarius, 134
Privilegium Agathonis papæ, 9—11
Puſe abbas Burgi, 13
Putta epiſcopus Roffenſis privilegio Agathonis papæ ſubſcribit, 12

Q.

Quirini ſancti reliquiæ, 35

R.

RAchenildthorp, 44
Radulphus de montibus, 133
Radulphus Croylandiæ abbas, 143, 150
Ragaher ſanctus & rex apud Hamptune ſepelitur, 39
Raggemule, 6
Rameſeye & Ramiſia oppidum 2, 32
Rameſienſes, 2
Rameſienſes monachi apud regem accuſati, ſed condonati, 32
Rameſeia, Martinus de, abbas Burgi, 116. Opera ejus, ibid.
Reche, 156
Redditus eccleſiæ Burgenſi aſſignati, 87, 88, 175
Reſham, 144, 165
Regenaldtorp, 27
Regulæ quædam monachis Burgenſibus obſervandæ, 111
Reinaldus Spiritus, Burgi ſecretarius, 67, 69. Cur Spiritus dictus, ibid. Dæmoniacum ſanat, 77
Reliquiæ Burg. 34—36
——de Refectorio in novam eccleſiam tranſlatæ, 88
Remei Lincoln. epiſcopus, 43
Repingæ oppidum, ubi & cœnob. 9
Riale, 43
Ricardus rex bello captus, conſilio Benedicti abbatis redemptus, 102. Obiit, 104

# INDEX.


Ricardus Burg. prior, 85. Abbas de Wytebie, 86
Ricardus de Lundonia. Vide Lundonia.
Richerus ſubſacriſta Burg. 141
Ridellus, Galfridus de, regis Juſticiarius, manerium de Pitheſle vi tenet, quam reddendam juravit, 65. Mari ſubmerſus, 66
Rihale, 34
Riſebi, 44
Riſum, ibid.
Robertus de Suttone. Vide Suttone.
Robertus Groſeteſte epiſcopus Lincolniæ, 110
Rodeneye, Ricardus de, 232
Rogelidæ ſancti reliquiæ, 36
Rokingham, 197
Rouceſtre caſtellum obſeſſum, 135
Rowelle, Ricardus de, clericus de ſcaccario, 133
Rumoldus ſanctus trium noctium puer, apud Bucingham ſepelitur, 39
Rumpele prope Eyeberi, 154
Rumwaldus ſanctus in Hah ſepelitur, 39
Ruſtici ſancti reliquiæ, 35, 36
Rypum monaſterium, 13

S.

SAca & Socna } Sace & Sacne } 26, 27
Sais, Johannes de, abbas Burgi, 71. Eccleſiam Burgenſem inchoat, 72. Manerium de Pitheſle recuperat, 66. Hydropiſi morbo percuſſus obiit, 72
Salini ſancti reliquiæ, 35
Salmon, Willielmus de, ſacriſta Burgi, 148
Sancto Edmundo, Will. de, camerar. Burgi, 141
Sancto Johanne, Rogerus de, 138
Sancto Licio, Henricus de, 140
Sarmouner, Johannes de, 144
Sartrinum, 147, 152
Savenni, 73
Sautre de, abbas, 133, 150
Sautre, Johannes de, Croylandiæ abbas, 150
Saxulphus comes, 24. Burgi cœnobium ædificat, 4. Abbas conſtitutus, 5. Cœnobium Thorneienſe fundat, 6, 27. Epiſcopus Dunelm. fit, 7, 8, 9, 12
Scalceſtorp, 44, 80
Scelfremere lacus, 6
Scepeege oppidum, 38
Schelton villa, 151
Scotere, Robertus & Alicia de, 144
Scotere } Scottune } Meſſuagia a Brand monacho Burgenſi cœnobio data, & ab Edw. rege eidem cœnobio conceſſa, 26. A Willielmo Conqueſtore firmata, 27. Redditus ibi, 211
Scoti ab Edw. III. apud Stanhop obſeſſi, 226
Scotthorne, 210
Scroup, Galfridus de, 226, 229
Scuffenhalch, 12
Sebaſtiani ſancti reliquiæ, 36
Sebbi orientalium Saxonum rex, 7. Londoniæ ſepelitur, 38
Seintes, de, oppidum, 73
Selfridus ſanctus Gleſtringburiæ abbas, ubi & ſepelitur, 39
Semplengham, 106
Sengleſholt, 106, 171
Sergii ſancti reliquiæ, 35
Sexburgæ ſanctæ Erconbrithi fil. reliquiæ, 36. Monaſterium ſanctæ Mariæ in Scepeege conſtruit, 38. Apud Ely ſepelitur, 40
Sibertone, 53
Siefridi ſancti reliquiæ, 36
Sielatoun, 167
Sigherus & } Sigherius } Auſtralium Saxonum rex, 7, 8, 13
Sliptone, 55
Smarkerſtone & } Smarkertone, } 58
Sokemanni, 183
Solopisbiri, 140
Souche, Willielmus la, 172
Spaldinge, 150
Spaldingiæ eccleſia, 100
Spechel, Aſcelinus, 88
Stannewigge manerium, 79, 120, 198, 199.
Stanforde oppidum, 6, 21. Prioratus & eccleſia, 92, 216. Rex Henr. III. ibi, 135
Stanhop parcus, 226
Stephanus rex Burgum venit, 76, 77
Stephani ſancti reliquiæ, 35
Sterilitas magna, 221
Stevingtone, 219
Stokes villa, 41, 54, 62
Stoke, miles feodatus de Burgo, 62
Stoke R. de, clericus, 172
Stotte, Willielmus, ſerviens placitor. 282
Stove, 58
Stowe, 106, 109
Stratforde Attebowe, 228

Stretford oppidum, 12
Subtuna, 81
Sudbroc, 210
Suebardus, Auſtralium Saxonum rex, 13
Sueynus, Cnuti filius, Angliam invadit, 48, 51
Suineſheved, 12
Suithuni ſancti reliquiæ, 35. Apud Wynceſtre ſepelitur, 39
Sumercote de, cardinalis, 117
Suſanna, 15
Suthorpe, 54, 57
Suthorpe, Galfridus de, miles, 147, 152
Sutor, Ailredus, 88
Suttone oppidum, 56, 92, 100
Suttone, miles feodatus de Burgo, 56
Suttone, Robertus de, cellerarius Burgi, 129. Abbas, 132. Facta ejus, 132—145. Charta, 144
Sutwik, 114
Swapham, Robertus de, cœnobii Burg. pitanciarius, 141
Symeonis ſancti reliquiæ, 35
Symphorianus ſanctus & martyr apud Grantham ſepelitur, 40
Syricus, 26
Sywardeſhawe, 99

T.

TAlholt & Talneholt, 155, 222
Tamenſis fluvius, 10
Tancredus ſanctus Torneiæ ſepelitur, 40
Tatwynus ſanctus Cantuar. ſep. 38
Tenet inſula, Edw. II. ibi, 218
Theodorus ſanctus & archiepiſcopus Wynfridum epiſcopum deponit, 8, 9, 11. Privilegium ejus, 12. Reliquiæ, 35. Cantuariæ ſep. 38
Theodredus ſanctus & epiſcopus Londoniæ ſepelitur, 39
S. Thomæ de Becket capella & hoſpitale erect. 101, 159
Thorneia, quare ſic dicta, 3. Monaſter. ibi, Wlfero rege opitulante, Saxulfus fundat, 6, 8, 27
Thornhawe, 53
Thornig. Vide Thorneia.
Thorp, Robertus de, 172
Thorpſen, 163
Thrapſtone, 236
Thunor Etheldredum & Etheldrithum occidit, 127. Terra deglutitus, ibid.
Thurleby, 54, 114, 214, 215
Tibba ſancta, 34, 38
Tichemerſe, 55
Tinewelle, 43, 45, 105, 202
Tinghirſt oppidum, 116
Tinguella, 79
Tobias, 15
Toneva ſancta propter nepotum cædem Cantiam revertitur, 37
Torhtredus ſanctus Torneiæ ſep. 40
Torkeſeyes, 80
Torneienſes pop. 2
Tornholm, 108
Torpe & Thorpe 21, 26, 44, 61, 156, 177, 178, 179
Torpel, 225
Torpel, miles feodatus de Burgo, 54
Tot, miles feodatus de Burgo, 60
Tot, Robertus, 112. Del Tot, 109
Tova ſancta Torneiæ ſepelitur, 40
Trechenholt, 6
Trikingham, 43
Trudonis ſancti reliquiæ, 35
Trumhere epiſcopus, 8
Truſſel, Will. de, 237
Tryvet, Johannes de, 228
Tuda epiſcopus, 7
Tunbrigge, 135
Turaldus abbas Burgi abbatiam male adminiſtrat, 52, 63
Turbernus Burgi prior, 52
Turicus Burgi ſecretarius, 63
Turlebi, 44. Mariſcus, 121
Turoldus abbas Burgi, 48, 50
Typetot Robertus, 139

V.

VAlerianus, 15
Ubbemerelade via, 21
Ufford, 54, 80
Uffewrthe, 83
Vincentii ſancti & martyris reliquiæ, 35. Abbendoniæ ſepelitur, 39
Vindennani ſancti reliquiæ, 35
Vitreator, Gervaſius, 88
Undala, Undalis, Undalus, Undele, 13, 17, 20, 62, 188—190
Upton, 80, 225
Upwelle, 229

W.

WAke, miles feodatus de Burgo, 58
Wakebroc, 112
Walcote, 26, 27, 43, 44, 57, 213, 214
Waldene, Umfridus de, 228
Waldhere epiſcopus, 12

# INDEX.


Wallingforde, Walterus de, prior Burg. 151, 153
Walmisforde, 136
Waletune & } Waletone } 21, 59, 63, 185, 187
Walterus abbas Burgi eccleſiam dedicat, 117. Ad concilium Lugdunenſem accitus, papam ſibi donis conciliat, & privilegia cœnobio acquirit, 118. Henricum III. cum regina & filio Burgi bis recipit, 119. Beneficia, 117—120. Elogium & mors ejus, ibid. Inventa in camerâ ejus poſt mortem, 122
Walterus abbas de Rameſeia, 89
Warle, Ingillardus de, 172
Warenna, Johannes de, comes Surreiæ, 135
Warennæ comes, caſtello de Thorpe ab Edwardo rege donatus, 173
Waſſingburch, 44
Waterneuton, 225
Waterville oppidum, 61
Waterville, Aſcellinus de } Reginaldus de } 54
Hugo, 89
Ricardus de, 112
Willielmus de, abbas Burgi eligitur, 90. Facta & dona ejus, 91, 92. Accuſatus, 93. Depoſitus, 94
Wdeſtun oppidum, 77
Wella, 88
Welledam, 229
Welmesforde oppidum, 6, 21
Wenceſlai ſancti reliquiæ, 35
Wereburga ſancta Wlferi regis filia apud Legeceſtre ſepelitur, 38, 40
Wermingtone & } Wermintune } oppidum, 21, 60, 62, 192, 194
Wermundſeya, 9
Weſtgate, 165
Weſtmeſter, 220
Weſtwode, 163
Wetelleburna, 12
Weteringe, 53
Whitecoke, ſergantia, 161
Wicleſmere lacus, 6
Wictricus ſecretarius Burgi, 67
Wildegeli ſancti reliquiæ, 36
Wilfridus & } Wylfridus } ſanctus & ep. 7, 9, 11, 13. apud Ripun ſep. 40
Willielmus Normanniæ dux Angliam venit, 46. Cœnobii Burgenſis privilegia confirmat, 26
Willielmus de Hotot, abbas Burgi, 125—128
Willielmus Henrici I. filius mari ſubmerſus, 66
Wiluby, Ricardus de, 228
Wintoniæ cœnobia, 29, 30
Wiringtone, 163
Withburga ſancta, Annæ regis filia, apud Ely ſepelitur, 40
Witheringtune & } Wytheringtone } op. 21, 184, 185
Witherſilver, 156
Witleſmere, 21
Wlf, 43
Wlferus rex cœnobium Burgenſe & Thorneienſe fundat, 3, 4, 5, 7, 8, 9, 25. Ermenildam uxorem ducit, 38
Wlfilda ſancta apud Bercing ſep. 40
Wlfrannus epiſcopus & ſanctus apud Grantham ſep. 40
Wlgari ſancti reliquiæ, 35
Wlſius, ſanctus apud Scireburnam ſepelitur, 39
Wlſtanus ſanctus archiepiſcopus loca ſancta viſitat, apud Ely ægrotat, obiit, & ſepelitur, 45
Wiſebeche, 6
Wochingæ oppidum, 9
Wodecroft, 54, 63, 112
Wodecroft, Robertus de, 87
Wodeford, oppidum, 59
Wodeforde, Willielmus de, ſacriſtanus Burgi, abbas eligitur, 151. Acquiſita: charta ejus, 152. Ob. 153
Wodehythe, 83, 165
Wodeman, 150
Wodeſtune, 77
Wormelee, Soudra de, 165
Wyna Londoniæ epiſcopus, 7
Wyndritha ſancta & virgo apud Elteſleam ſepelitur, 39
Wynewyk, 63
Wynfridus, mediterraneorum Anglorum epiſcopus, inobedientiæ cauſâ deponitur, 8
Wynſtanus ſanctus & martyr apud Heveſham ſepelitur, 39
Wyſtowe, Alexander de, prior Burg. 218
Wytebeienſium monachorum bona a Norwagienſibus direpta, 86
Wytham, 59, 209
Wythredus Saxonum rex, 13


Y.

Y.

YMagines regum Angliæ, una cum compendio vitæ eorum, circa parietes capellæ ſeriatim diſpoſitæ, 150
Ymma Franciæ regis filia, Edbaldi uxor, 32, 37
Yolthorpe, 56, 59
Ypoliti ſancti reliquiæ, 35
Yvo, ſanctus & epiſcopus, Rameſeyæ ſepelitur, 46
Ywarus ſecretarius Burgi bona eccleſiæ conſervat, 48—51

# VITA
# SANCTI THOMÆ
## CANTUARIENSIS
## ARCHIEPISCOPI,

A

*WILLIELMO STEPHANIDE,*

JOHANNE SARISBERIENSI,

Epiſcopo Carnotenſi,

ET

Aliis AUCTORIBUS COAETANEIS

CONSCRIPTA.

*LONDINI:*

Typis WILLIELMI BOWYER. M.DCC.XXIII.

# CETTE CHRONIQUE

Eſt Dediee

A MESDAMES

L U C Y

Comteſſe de LINCOLN,

E L I Z A B E T H

Comteſſe de CARDIGAN,

A N N E

Comteſſe FITZWILLIAM,

E V E L Y N

Baroneſſe de GOWER,

Par leur tres-humble

& tres-obeiſſant Serviteur,

May 14. 1723.

J. SPARKE de Peterburgh.

# VITA SANCTI *THOMÆ* Archiepiſcopi & Martyris, A *WILLIELMO* filio *STEPHANI*.

## Authoris Prologus.

AD Dei omnipotentis gloriam, & perpetuam beati Thomæ memoriam, & ad omnium legentium vel audientium profectum & ædificationem, ipſius boni archipræſulis & martyris Thomæ vitam & paſſionem, ego Willielmus, filius Stephani, ſcribere curavi: ejuſdem domini mei concivis, clericus, & convictor; & ad partem ſolicitudinis ejus oris ipſius invitatus

 alloquio,

alloquio, fui in cancellaria ejus dictator; in capella, eo celebrante, ſubdiaconus; ſedente eo ad cognitionem cauſarum, epiſtolarum & inſtrumentorum, quæ offerebantur, lector; & aliquarum, eo quandoque jubente, cauſarum patronus: concilio Northamtoniæ habito, ubi maximum fuit rerum momentum, cum ipſo interfui; paſſionem ejus Cantuariæ inſpexi; cætera plurima, quæ hic ſcribuntur, oculis vidi, auribus audivi, quædam a conſciis didici relatoribus.

PLATO rem publicam oratione formavit; ſitum Africæ in hiſtoria ſua Salluſtius deſcripſit, occaſione Pœnorum Romanis rebellium, & Romanorum ad eos ſubjugandos ſæpius tranſmiſſorum; & ego ſitum, & rem publicam Lundoniæ occaſione beati Thomæ.

# DESCRIPTIO

## NOBILISSIMÆ CIVITATIS

# LUNDONIÆ.

INter nobiles orbis urbes, quas fama celebrat, civitas Lundoniæ, regni Anglorum ſedes, una eſt, quæ famam ſui latius diffundit, opes & merces longius tranſmittit, caput altius extollit. Felix eſt aeris ſalubritate, Chriſtiana religione, firmitate munitionum, natura ſitus, honore civium, pudicitia matronali, ludis etiam quam jocunda & Nobilium eſt fœcunda virorum: Quæ ſingula ſemotim libet inſpicere.

IBI ſiquidem emollit animos hominum clementia cœli; non ut ſint in Venerem putres, ſed ne feri ſint & beſtiales, potius benigni & liberales.

EST

EST ibi in eccleſia beati Pauli epiſcopalis ſedes: quondam fuit metropolitana, & adhuc futura creditur, ſi remeaverint cives in inſulam: niſi forte beati Thomæ martyris titulus archiepiſcopalis, & præſentia corporalis, dignitatem illam Cantuariæ, ubi nunc eſt, conſervet perpetuam: ſed cum utramque harum urbium ſanctus Thomas illuſtraverit, Lundoniam ortu, Cantuariam occaſu; ipſius ſancti intuitu, cum juſtitiæ acceſſu, habet altera adverſus alteram, quod amplius alleget. Sunt etiam, quod ad Chriſtianæ fidei cultum pertinet, tum in Lundonia tum in ſuburbio, treſdecim majores eccleſiæ conventuum, præter minores parochianas centum viginti ſex.

HABET ab oriente arcem palatinam, maximam & fortiſſimam, cujus & area & muri a fundamento profundiſſimo exurgunt; cæmento cum ſanguine animalium temperato: ab occidente duo caſtella munitiſſima; muro urbis alto & magno, duplatis heptapylæ portis, intercontinuante, turrito ab aquilone per intercapedines. Similiterque ab auſtro Lundonia murata & turrita fuit; ſed fluvius maximus piſcoſus, Thameſis, mari influo refluoque, qui illac allabitur, mœnia illa tractu temporis abluit, labefactavit, dejecit. Item fuſum ab occidente palatium regium eminet ſuper fluvium eundem, ædificium incomparabile, cum antemurali & propugnaculis, duobus millibus ab urbe, ſuburbio frequenti continuante.

UNDIQUE extra domos ſuburbanorum horti civium arboribus conſiti, ſpatioſi & ſpecioſi, contigui habentur.

ITEM a borea ſunt agri, paſcuæ, & pratorum grata planities, aquis fluvialibus interfluis; ad quas molinorum verſatiles rotæ citantur cum murmure jocoſo. Proxime patet ingens foreſta, ſaltus nemoroſi, ferarum latebræ, cervorum, damarum, aprorum, & taxorum ſylveſtrium. Agri urbis ſationales non ſunt jejunæ glareæ, ſed pingues Aſiæ campi, qui faciant lætas ſegetes, & ſuorum cultorum repleant horrea Cerealis mergite culmi.

SUNT etiam circa Lundoniam ab aquilone ſuburbani fontes præcipui, aqua dulci, ſalubri, perſpicua, & per claros rivo trepidante lapillos: inter quos Fons Sacer, Fons Clericorum, Fons ſancti Clementis nominatiores habentur; & adeuntur cele-

celebriore acceſſu, & majore frequentia ſcholarium, & urbanæ juventutis in ſerotinis æſtivis ad auram exeuntis. Urbs ſane bona, ſi bonum habeat dominum.

URBS iſta viris eſt honorata, armis decorata, multo habitatore populoſa; ut tempore bellicæ cladis, jubente rege Stephano, bello apti ex ea exeuntes oſtentui, haberentur viginti millia armatorum equitum, ſexaginta millia peditum æſtimarentur. Cives Lundoniæ ubicunque locorum præ omnibus aliis civibus ornatu morum, veſtium & menſæ lautioris, ſpectabiles & noti habentur. Habitatores aliarum urbium cives, hujus barones dicuntur. Eis eſt finis omnis controverſiæ ſacramentum.

URBIS matronæ ipſæ Sabinæ ſunt.

IN Lundonia tres principales eccleſiæ ſcholas celebres habent de privilegio & antiqua dignitate. Plerumque tamen favore perſonali alicujus notorum ſecundum philoſophiam plures ibi ſcholæ admittuntur. Diebus feſtis ad eccleſias feſtivas magiſtri conventus celebrant. Diſputant ſcholares, quidam demonſtrative, dialectice alii; hii rotant enthymemata, hii perfectis melius utuntur ſyllogiſmis. Quidam ad oſtentationem exercentur diſputatione, quæ eſt inter colluctantes; alii ad veritatem, quæ eſt perſpectionis gratia. Sophiſtæ ſimulatores agmine & inundatione verborum beati judicantur; alii paralogizant. Oratores aliqui quandoque orationibus rhetoricis aliquid dicunt appoſite ad perſuadendum, curantes artis præcepta ſervare, & ex contingentibus nihil omittere. Pueri diverſarum ſcholarum verſibus inter ſe conrixantur; aut de principiis artis grammaticæ, vel regulis præteritorum vel ſupinorum, contendunt. Sunt alii qui in epigrammatibus, rythmis & metris, utuntur vetere illa triviali dicacitate; licentia Feſcennina ſocios, ſuppreſſis nominibus, liberius lacerant; lœdorias jaculantur & ſcommata; ſalibus Socraticis ſociorum, vel forte majorum, vitia tangunt; vel mordacius dente rodunt Theonino audacibus dithyrambis. Auditores, multum ridere parati,

Ingeminant tremulos naſo criſpante cachinnos.

SINGU-

SINGULORUM officiorum exercitores, ſingularum rerum venditores, ſingularum operarum ſuarum locatores, quotidiano mane per ſe ſunt locis diſtincti omnes, ut officiis. Præterea eſt in Lundonia ſupra ripam fluminis, inter vina in navibus & cellis vinariis venalia, publica coquina. Ibi cotidie pro tempore eſt invenire cibaria, fercula, aſſa, piſta, frixa, elixa, piſces, piſciculos, carnes groſſiores pauperibus, delicatiores divitibus, venationum, avium, avicularum. Si ſubito veniant ad aliquem civium amici fatigati ex itinere, nec libeat jejunis expectare, ut novi cibi emantur & coquantur,

Dant famuli manibus lymphas, paneſque caniſtris.

Interim ad ripam curritur, ibi præſto ſunt omnia deſiderabilia. Quantalibet militum vel peregrinorum infinitas intrarit urbem, qualibet diei vel noctis hora, vel ab urbe exitura, ne vel hi nimium jejunent, vel alii impranſi exeant; illuc, ſi placeat, divertunt, & ſe pro modo ſuo ſinguli reficiunt. Qui ſe curare volunt molliter, acipenſerem, vel Afram avem, vel attagenem Ionicum non quærant, appoſitis, quæ ibi inveniuntur, deliciis: Hæc equidem publica coquina eſt, & civitati plurimum expediens, & ad civilitatem pertinens. Hinc eſt quod legitur in Gorgia Platonis, juxta medicinam eſſe cocorum officium, ſimulacrum, & adulationem, quartæ particulæ civilitatis. Eſt ibi extra unam portarum ſtatim in ſuburbio quidam planus campus re & nomine. Omni ſexta feria, niſi ſit major feſtivitas præceptæ ſolennitatis, eſt ibidem celebre ſpectaculum nobilium equorum venalium: Spectaturi vel empturi veniunt, qui in urbe aſſunt, comites, barones, milites, cives plurimi. Juvat videre gradarios ſuccuſſatura intente & ſuaviter ambulantes; pedibus lateraliter ſimul erectis, quaſi a ſubalternis & demiſſis: Hinc equos, qui armigeris magis conveniunt, durius incedentes, ſed expedite tamen, qui quaſi a contradictoriis pedes ſimul elevant & deponunt: Hinc nobiles pullos minores, qui nondum fræno aſſueti,

Altius incedunt, & mollia crura reponunt.

Hinc ſummarios membris validis & vegetis: Hinc dextrarios pretioſos, elegantis formæ, ſtaturæ honeſtæ, micantes auribus, cervicibus arduis, clunibus obeſis. In horum inceſſu ſpectant emptores, primo paſſum ſuaviorem, poſtea motum citatiorem, qui eſt quaſi a contrariis pedibus anterioribus ſimul ſolo amotis & admotis, & poſterioribus ſimiliter. Cum talium ſonipedum curſus imminet, & aliorum forte, qui ſimiliter ſunt in genere ſuo ad vecturam



validi,

validi, ad curſuram vegeti, clamor attollitur, vulgares equos in partem ire præcipitur: Seſſores alipedum pueri tres ſimul, aliquando bini ex condicto, & bini certamini ſe præparant, docti equis imperitare, indomitorum lupatis temperant frænis ora: hoc maxime præcavent, ne alter alteri curſum præripiat. Equi ſimiliter pro modo ſuo ad certamen curſus illius attollunt; tremunt artus, moræ impatientes, ſtare loco neſciunt; facto ſigno, membra extendunt, curſum rapiunt, agilitate pervicaci feruntur. Certant ſeſſores laudis amore, & ſpe victoriæ, equis admiſſis ſubdere calcaria, & nec minus eos urgere virgis, & ciere clamoribus. Putares omnia in motu eſſe, ſecundum Heraclitum, & falſam omnino Zenonis ſententiam, dicentis, quoniam, non contingit moveri, neque ſtadium pertranſire. Parte alia ſtant ſeorſim ruſticorum peculia, agrorum inſtrumenta, ſues longis lateribus, vaccæ diſtentis uberibus,

Corpora magna boum, lanigerumque pecus.

Stant ibi aptæ aratris, trahis, & bigis equæ: quarundam ventres protument; alias editi fœtus obeunt, pulli laſciviores, ſequela inſeparabilis. Ad hanc urbem, ex omni natione quæ ſub cœlo eſt, navalia gaudent inſtitores habere commercia.

Aurum mittit Arabs; ſpecies & thura Sabæus;
Arma Scythes; oleum palmarum divite ſylva
Pingue ſolum Babylon; Nilus lapides pretioſos;
Seres purpureas veſtes; Galli ſua vina;
Norwegi, Ruſſi, varium gryſium, ſabelinas.

Urbe Roma, ſecundum chronicorum fidem, ſatis antiquior eſt. Ab eiſdem quippe patribus Trojanis hæc prius a Bruto condita eſt, quam illa a Remo & Romulo: unde & adhuc antiquis eiſdem utuntur legibus, communibus inſtitutis. Hæc etiam ſimiliter illi regionibus eſt diſtincta; habet annuos pro conſulibus vicecomites; habet ſenatoriam dignitatem, & magiſtratus minores; eluvies & aquæductus in vicis; ad genera cauſarum deliberativæ, demonſtrativæ, judicialis, loca ſua, fora ſingula; habet ſua diebus ſtatutis commercia. Non puto urbem eſſe, in qua ſint probabiliores conſuetudines, in eccleſiis viſitandis, ordinatis Dei honorandis, feſtis feriandis, eleemoſynis dandis, in hoſpitibus ſuſcipiendis, in deſponſationibus firmandis, matrimoniis contrahendis, nuptiis celebrandis, conviviis ornandis, convivis hilarandis, etiam in exequiis curandis & cadaveribus humandis. Solæ peſtes Lundoniæ ſunt immo-

dica

dica ſtultorum potatio, & frequens incendium. Ad hæc omnes fere epiſcopi, abbates, & magnates Angliæ, quaſi cives & municipes ſunt urbis Lundoniæ; ſua ibi habentes ædificia præclara, ubi ſe recipiunt, ubi divites impenſas faciunt, ad concilia, ad conventus celebres in urbem evocati, a domino rege, vel metropolitano ſuo, ſeu propriis tracti negotiis.

AMPLIUS & ad ludos urbis veniamus, quoniam non expedit utilem tantum & ſeriam urbem eſſe, niſi dulcis etiam ſit & jocunda: unde & in ſigillis ſummorum Pontificum, uſque ad tempora ultimi Leonis papæ, ex alia parte bullæ, ſculpto per impreſſionem piſcatore Petro, & ſupra eum clave, quaſi manu Dei de cœlis ei porrecta, & circa eum verſu,

Tu pro me navem liquiſti, ſuſcipe clavem.

Ex altera parte impreſſa erat urbs, & ſcriptura iſta, Aurea Roma. Item ad laudem Auguſti Cæſaris & Romæ, dictum eſt:

Nocte pluit tota, redeunt ſpectacula mane:
Diviſum imperium cum Jove Cæſar habes.

Lundonia pro ſpectaculis theatralibus, pro ludis ſcenicis, ludos habet ſanctiores, repræſentationes miraculorum, quæ ſancti confeſſores operati ſunt, ſeu repræſentationes paſſionum, quibus claruit conſtantia martyrum. Præterea quotannis, die quæ dicitur Carnilevaria, ut a puerorum Lundoniæ ludis incipiamus; omnes enim pueri fuimus: ſcholarum ſinguli pueri ſuos apportant magiſtro ſuo gallos gallinaceos pugnaces, & totum illud antemeridianum datur ludo puerorum vacantium ſpectare in ſcholis ſuorum pugnas gallorum. Poſt prandium vadit in ſuburbanam planitiem omnis juventus urbis ad ludum pilæ celebrem. Singulorum ſtudiorum ſcholares ſuam habent pilam; ſingulorum officiorum urbis exercitores ſuam fere ſinguli. Majores natu, patres, & divites urbis, in equis ſpectatum veniunt certamina juniorum, & modo ſuo juvenantur cum juvenibus; & excitari videtur in eis motus caloris naturalis, contemplatione tanti motus & participatione gaudiorum adoleſcentiæ liberioris. Singulis diebus dominicis in quadrageſima, poſt prandia, exit in campos juvenum recens examen in equis bellicoſis, in equis certamine primis; quorum quiſque

Aptus & in gyros currere doctus equus.

Erumpunt a portis catervatim filii civium laici, inſtructi lanceis & ſcutis militaribus: juniores haſtilibus, ferro dempto, præfurcatis; ſimulachra belli cient, campeſtria prœlia ludunt, & agoniſticam exercent

exercent militarem. Adveniunt & plurimi aulici, rege in vicino poſito, & de familiis epiſcoporum, conſulum, & baronum ephebi; nondum cingulo donati militiæ, gratia concertandi. Accendit ſingulos ſpes victoriæ; equi feri adhinniunt, frænos mandunt: cum tandem ſonipedum rapit ungula curſum, ſeſſores adoleſcentes, diviſis agminibus, hi præcedentibus inſtant, nec aſſequuntur; hi ſocios conſequuntur, dejiciunt, & prætervolant. In feriis paſchalibus ludunt quaſi prœlia navalia: in arbore ſiquidem mediamna ſcuto fortiter innexo, navicula, multo remo & raptu fluminis cita, celſa in puppi ſtantem habet juvenem ſcutum illud lancea percuſſurum; qui ſi ſcuto illi lanceam illidens frangat eam, & immotus perſiſtat, habet propoſitum, voti compos; ſi vero lancea integra fortiter percuſſerit, in profluentem amnem dejicitur: navis motu ſuo acta præterit. Sunt tamen hinc inde ſecus ſcutum duæ naves ſtationariæ, & in eis juvenes plurimi, ut eripiant percuſſorem flumine abſorptum, cum primo emerſus comparet, vel ſumma rurſus cum bullit in unda. Supra pontem, & in ſolariis ſupra fluvium, ſunt qui talia ſpectent, multum ridere parati. In feſtis tota æſtate juvenes ludentes exercentur, arcu, curſu, ſaltu, lucta, jactu lapidum, amentatis miſſilibus ultra metam expediendis, parmis duellionum. Puellarum cithara choros ducit uſque imminente luna, & pede libero pulſatur tellus. In hyeme ſingulis fere feſtis ante prandium, vel apri ſpumantes pugnant pro capitibus, & verres fulmineis accincti dentibus addendi ſuccidiæ, vel pingues tauri cornupetæ, ſeu urſi immanes, cum objectis depugnant canibus. Cum eſt congelata palus illa magna, quæ mœnia urbis aquilonalia alluit, exeunt luſum ſuper glaciem denſæ juvenum turmæ: Hi ex curſu motu aptato citatiore, diſtantia pedum compoſita, magnum ſpatium latere altero prætenſo perlabuntur. Alii quaſi magnos lapides molares de glacie ſedes ſibi faciunt; ſeſſorem unum trahunt plurimi præcurrentes, manibus ſe tenentes. In tanta citatione lubrici motus aliquando pedibus lapſi cadunt omnes proni. Sunt alii ſuper glaciem ludere doctiores, ſinguli pedibus ſuis aptantes, & ſub talaribus ſuis alligantes oſſa, tibias ſcilicet animalium, & palos ferro acuto ſuppoſito tenent in manibus; quos cum aliquando glaciei allidunt, tanta rapacitate feruntur, quanta avis volans, vel pilum baliſtæ. Interdum autem magna procul diſtantia, ex condicto, duo aliqui ita ab oppoſitis veniunt; concurritur; palos erigunt; ſe

invicem

nvicem percutiunt; vel alter vel ambo cadunt, non ſine læſione corporali; cum poſt caſum etiam vi motus feruntur ab invicem procul; & qua parte glacies caput excipit, totum radit, totum decorticat. Plerumque tibia cadentis, vel brachium, ſi ſuper illud ceciderit, confringitur: ſed ætas avida gloriæ, juventus cupida victoriæ; ut in veris prœliis fortius ſe habeat, ita in ſimulatis exercetur. Plurimi civium delectantur, ludentes in avibus cœli, niſis, accipitribus, & hujuſmodi; & in canibus militantibus in ſylvis. Habentque cives ſuum jus venandi, in Middelſexia, Hertfordſira, & tota Chiltra, & in Cantia uſque ad aquam Crayæ. Lundonienſes, tunc Trinovantes dicti, Caium Julium Cæſarem, qui nullas niſi ſanguine fuſo vias habere gaudebat, repulerunt. Unde Lucanus,

Territa quæſitis oſtendit terga Britannis.

CIVITAS Lundonia peperit aliquot, qui regna plurima, & Romanum ſibi ſubdiderunt imperium; & plurimos alios, quos mundi dominos virtus evexit ad deos, ut fuerat in Apollinis oraculo Bruto promiſſum:

Brute, ſub occaſu ſolis, trans Gallica regna,
Inſula in oceano eſt undique clauſa mari:
Hanc pete; namque tibi ſedes erit illa perennis:
Hic fiet natis altera Troja tuis.
Hinc de ſtirpe tua reges naſcentur; & ipſis
Totius terræ ſubditus orbis erit.

Et temporibus Chriſtianis nobilem illum edidit imperatorem Conſtantinum, Helenæ reginæ filium, qui urbem Romam, & imperialia inſignia omnia Deo donavit, & beato Petro, & Sylveſtro papæ Romano, cui & ſtratoris exhibuit officium, & ſe non amplius imperatorem, ſed ſanctæ Romanæ eccleſiæ defenſorem gaviſus eſt vocari: & ne pax domini papæ, occaſione præſentiæ ejus, ſecularis ſtrepitus tumultu concuteretur, ipſe ab urbe domino papæ collata omnino diſceſſit, & ſibi civitatem Byzantium ædificavit. Lundonia, & modernis temporibus, reges illuſtres magnificoſque peperit, imperatricem Matildem, Henricum regem tertium, & beatum Thomam archiepiſcopum, martyrem Chriſti glorioſum,

——Qualem non candidiorem
Terra tulit, nec quo fuerit devinctior alter.

D Vita

# Vita & Paſſio ſancti THOMAE archiepiſcopi & martyris, edita a magiſtro Willielmo filio Stephani.

BEATUM Thomam, antequam exiret de ventre, novit Dominus & prædeſtinavit; & qualis quantuſque futurus eſſet, matri per revelationem declaravit. Siquidem prægnans adhuc vidit per ſomnium, quod archiepiſcopalem eccleſiam Cantuarienſem totam in utero haberet: eumque in lucem editum obſtetrix in manibus tollens, ait, Archiepiſcopum quendam a terra elevavi. Dum in cunis jaceret infantulus, una nocte viſum eſt matri ſuæ, quod nutricem alloqueretur, queſta, quod ipſe coopertorium non haberet: cui nutrix, Immo domina optimum habet. Cui illa, Oſtende mihi. Nutrix illud afferens & oſtendens, & totum explicare volens, nec valens, ait, Tantum eſt, quod non poſſum in hoc thalamo totum evolvere. Cui mater, Intra in aulam, & ibi explica. Nutrix hoc facere elaborans, ait, Sed nec hic queo totum explicare. Mater mirata, ait, Exi a domo in plateam fori modo vacantis, ibi nimirum poteris. Sed nec ibi nutrix potuit, & dixit, Tantum eſt coopertorium, quod finem ejus nequeo invenire; videtur operire totam Angliam explicationi ejus anguſtam, & ultra extenditur.

IGITUR Thomas natus eſt ex legitimo matrimonio, & honeſtis parentibus; patre Gilberto, qui & vicecomes fuit; matre Mathilda; civibus Lundoniæ mediaſtinis, neque fœnerantibus, neque officioſe negotiantibus, ſed de redditibus ſuis honorifice viventibus.

QUOD patri ſuo fuerit aliquod indicium de eo divinitus revelatum, hinc ſcimus: Puerum ſuum pater in religioſa domo canonicorum Meritonæ, priori Roberto, aliquandiu nutriendum commendaverat. Venit aliqua die pater filium videre: introducto puero coram priore & patre, pater procidens pronus adoravit. Indignans prior, ait illi, Delire ſenex, quid agis? Procidis ad pedes filii? quod honoris ei facis, tibi ille facere

facere deberet. Cui pater in ſecreto, Domine, ſcio quid facio: erit iſte puer, magnus coram Domino.

ANNIS infantiæ, pueritiæ, & pubertatis, ſimpliciter domi paternæ & in ſcholis urbis decurſis; Thomas adoleſcens ſtuduit Pariſius: reverſus, receptus eſt in partem ſolicitudinis reipublicæ Lundonienſis, & vicecomitum clericus & rationalis effectus: jam ibi laudabiliter ſe habens, & didicit prudentiam hujus lucis, qua poſtmodum probe noverat communia eccleſiæ Anglorum, & publica totius regni egregie & munifice tractare negotia: quemadmodum,

——Cervinam pellem poſtquam latravit in aula,
Militat in ſylvis catulus. ——

SUBINDE prodeuntibus annis & meritis, adhæſit Theobaldo bonæ memoriæ Cantuarienſi archiepiſcopo, per duos fratres Bolonienſes, Baldewynum archidiaconum, & magiſtrum Euſtachium, hoſpites plerumque patris ejus, & familiares archiepiſcopi, in ipſius notitiam introductus: & eo familiarius, quod præfatus Gilbertus cum domino archipræſule de propinquitate & genere loquebatur; ut ille ortu Normannus, & circa Tierrici villam de equeſtri ordine, natu vicinus. Horum, inquam, & patris introductu, archiepiſcopus ſui gregis ſcripſit Thomam; poſtea fortem expertus bonumque. Ad villam de Harwe primum venit ad curiam archiepiſcopi, cum uno ſolo armigero, Radulpho de Lundonia.

IPSA nocte ſequente viſum eſt hoſpitæ ſuæ, quod ſuper tectum eccleſiæ ſederet ille, & totam veſtimentis ſuis dependentibus cooperuiſſet eccleſiam, in craſtino ſomnium viro ſuo narravit illa; & interpretata eſt, quod alter illorum juvenum, adhuc enim ignorabat uter eſſet Thomas, eccleſiæ illius villæ eſſet futurus dominus.

IN curia illa archiepiſcopali magni & adprime literati clerici erant; quorum plurimos ad epiſcopatus Angliæ, Rogerum vero de Ponte Epiſcopi ad archiepiſcopatum Eboraci, ipſe archiepiſcopus poſtea promovit. Horum reſpectu Thomas minus literatus erat; ſed longe quidem altior eſt ratio morum, quam literarum: Et ipſe ſtuduit moralitati & prudentiæ intendere; ut inter eos adhuc inferior literis, moribus conſpectior & acceptior appareret: poſtmodum enim literatiſſimus fuit.

ROGERUS ille Thomæ ſucceſſibus & favoris ejus primitiis invidens, apud archiepiſcopum, bis obtinuit, quod a curia juſſus eſt ſe

ſe migrare. Thomas vero rudis, & pudoratus, & nullius ſibi admiſſi conſcius, utraque vice refugium habuit apud fratrem archiepiſcopi Walterum, tunc archidiaconum Cantuariæ, poſtea epiſcopum Rophenſem, qui & in ipſa curia morabatur; & ejus interventu ad gratiam archiepiſcopi & priſtinum locum eſt revocatus.

INTELLECTA mox ipſius induſtria, mittebat eum archiepiſcopus aliquotiens Romam pro negotiis eccleſiæ Anglorum; ubi, Domino favente, ſapienter ſe gerens, in plurimam ſummorum pontificum & ſanctæ Romanæ eccleſiæ gratiam receptus eſt.

ERAT ſiquidem placido vultu & venuſto; ſtatura procerus; naſo eminentiore & parum inflexo; ſenſibus corporeis vegetus; eloquio comptus; ingenio ſubtilis; animo magnus; virtutum iter jam altius ingrediens, omnibus amabilem ſe exhibens; oppreſſis & pauperibus erat compatiens; elatis reſiſtens; ſociorum promotioni intendens, munificus & facetus; fallere vel falli præcavens; ſtatim prudens hujus ſeculi filius, lucis futurus.

PRIMUM redditum habuit de dono Johannis Wygornienſis epiſcopi, eccleſiam videlicet beatæ Mariæ Littoream. Poſtmodum, de donatione archiepiſcopi, eccleſiam de Otteforde. Poſtea habuit præbendam Lundoniæ in eccleſia ſancti Pauli, & aliam Lincolniæ.

TUNC, impetrata a domino ſuo archiepiſcopo transfretandi licentia, per annum ſtuduit in legibus Boloniæ, poſtea Antiſſiodori. Proceſſu temporis & meritorum ejus, ordinavit eum archiepiſcopus diaconum, & fecit Cantuarienſis eccleſiæ archidiaconum: poſt epiſcopos & abbates, in eccleſia Anglorum hic primus & dignior eſt perſonatus, & ei valebat centum libras argenti.

CONSECRATO igitur, per manum ejuſdem archiepiſcopi, ſecundo Henrico rege Anglorum; commendatione & obtentu archiepiſcopi, & hortatu actuque nobilis Henrici Wyntonienſis epiſcopi, regis factus eſt Thomas cancellarius, quaſi omnibus aliis prælectus: vir induſtrius, animo magna volvens, multarumque & magnarum rerum experiens; cujus obſequii & honoris vices ita operoſus excoluit ad Dei laudem, & regis honorem, & totius regni utilitatem; ut in incerto ſit, utrum aliquis nobilior, magnificentior, & regi utilior fuerit, in pacis & bellicis negotiis.



CANCEL-

CANCELLARII Angliæ dignitas eſt, ut ſecundus a rege in regno habeatur; ut altera parte ſigilli regii, quod & ad ejus pertinet cuſtodiam, propria ſignet mandata; ut capella regis in ipſius ſit diſpoſitione & cura; ut vacantes archiepiſcopatus, epiſcopatus, abbathias & baronias, cadentes in manu regis, ipſe ſuſcipiat & conſervet; ut omnibus regis aſſit conciliis; ut etiam non vocatus accedat; ut omnia ſigilliferi regii clerici ſui manu ſignentur, omnia cancellarii conſilio diſponantur: item ut, ſuffragantibus ei per Dei gratiam vitæ meritis, non moriatur, niſi archiepiſcopus aut epiſcopus, ſi voluerit. Inde eſt quod cancellaria emenda non eſt.

ET cum tempore regis Stephani regnum Angliæ prophanis decertatum odiis guerræ tempeſtas involviſſet; bellica undique clades deſæviſſet; in unaquaque fere tertia villa ſpeluncæ latronum, hoſtilia videlicet caſtra, firmata eſſent; exhæredatique fuiſſent nobiles indigenæ; & alienigenæ Flandrenſes, & maricolæ viri Cantium, plurimam regni partem, occupaſſent; cumque diuturnitate guerræ fere vicennalis ita turbata eſſent omnia, ut impoſſibile videretur Flandrenſes ejici, & regnum in ſtatum priſtinum & antiquam dignitatem & pacem reformari, maxime novo rege adoleſcente; miſeratione Dei, conſilio Cancellarii, & cleri & baronum regni, qui pacis bonum volebant, infra tres primos menſes coronationis regis, Willielmus de Ipra, violentus incubator Cantiæ, cum lacrymis emigravit: Flandrenſes omnes, collectis impedimentis & armis, ad mare tendunt: caſtella omnia per Angliam corruunt, præter antiquas pacis conſervandæ turres & oppida: corona Angliæ, revocatis defectionibus, redintegratur: exhæredatis jura paterna reſtituuntur: de ſylvarum latibulis ad villas prodeunt latrones, & communi gaudentes pace teneri, conflant gladios in vomeres, lanceas in falces. Territi a furcis fures, ſimiliter agriculturæ, aliarumve artium mechanicarum fiunt exercitores. Pax ubique eſt; clypei importantur, caulæ exportantur: exeunt ſecure ab urbibus & caſtris ad nundinas negotiatores, ad creditores repetendos Judæi.

HUJUS Cancellarii induſtria & conſilio, annitentibus ordinatis Dei, & comitibus & baronibus, nobile illud regnum Angliæ, tanquam ver novum, renovatur, eccleſia ſancta honoratur; vacans epiſcopatus, vel abbatia, honeſtæ perſonæ ſine ſymonia donatur: rex, favente Rege regum, in omnibus nego-

tiis ſuis proſperatur: Angliæ regnum ditatur; pleno replet illud copia cornu: colles culti ſunt; valles abundant frumento, paſcuæ pecoribus, ovilia quoque balantibus.

CANCELLARIUS Thomas regni ſedem, palatium Lundoniæ, prius fere ruinam, reparari facit; mira celeritate tantum opus perficiens intra quoddam paſcha & pentecoſten, tot fabris lignariis, & aliis operariis tantæ inſtantiæ motu & ſonitu operantibus, ut vix alter alterum proxime admotum poſſet audire loquentem.

CANCELLARII ſummus erat, in clero, militia & populo regni, favor. Omnes vacantes parochianas eccleſias villarum & caſtrorum poſſet habere: nullus enim ei advocatus negare auderet, ſi rogare vellet; tanta tamen animi magnitudine vicit ambitionem, ut pauperibus ſacerdotibus & clericis perquirendi eccleſias illas locum tollere præoccupando dedignaretur. Magnanimus magna potius perquirebat, ſcilicet præpoſituram Beverlaci, & donationem præbendarum de Haſtinges a comite Augenſi; & turrim Lundoniæ cum ſervitio militum addictorum; caſtellariam Eye, cum honore ſepties viginti militum; & caſtrum Berchamſtediæ.

LUDEBAT plerumque, ſed perfunctorie, non dedita opera, in avibus cœli, & canibus venaticis, & in calculis bicoloribus

Inſidioſorum ludebat bella latronum.

CANCELLARII domus & menſa communis erat omnibus cujuſcunque ordinis indigentibus ad curiam venientibus, qui probi vel eſſent, vel eſſe viderentur. Nulla fere die comedebat abſque comitibus & baronibus, quos ipſemet invitabat. Juſſerat quaque die, novo ſtramine vel fœno in hyeme, novis ſcirpis vel frondibus virentibus in æſtate, ſterni hoſpitium ſuum, ut militum multitudinem, quam ſcamna capere non poterant, area munda & læta reciperet; ne veſtes eorum pretioſæ, vel pulchræ eorum camiſiæ, ex areæ ſorde maculam contraherent. Vaſis aureis & argenteis domus ejus renitebat, ferculis & potibus pretioſis abundabat; ut ſiquæ eſculenta vel poculenta commendaret raritas, emptores ejus nulla eorum comparandorum repellere deberet caritas. Summe tamen ſobrius erat in his, ut de divite menſa dives colligeretur eleemoſyna. Et quod a confeſſionis ejus auditore, Roberto, venerabili canonico de Meritona, audivi; ex quo cancellarius factus eſt, nulla eum polluit luxuria. Super quo & rex ipſe diurnas ei & nocturnas tendebat

debat inſidias: ſed tanquam vir timoratus & a Deo prædeſtinatus munditiæ carnis intendens, lumbos præcinctos habebat. Et quidem vir ſapiens regni moderamini, & tantarum curarum publicarum & privatarum intentus occupationi, rarius illecebris talibus attemtabatur. Quoniam,

Otia ſi tollas, periere cupidinis arcus.

Vir pudicus Cancellarius, oſor turpitudinis & impudicitiæ, quendam clericum ſuum magnæ proſapiæ, Ricardum de Ambli, pro eo quod cujuſdam ſocii ſui, dum longinquo aberat in tranſmarinis, uxorem ſeduxerat, & accubuerat; facta ei perſuaſione, quod vir ejus in fata conceſſiſſet; a domo & amicitia ſua projecit; & in turri Lundoniæ incarceratum, & in compedibus diu afflictum, teneri fecit.

CANCELLARIO, & regni Angliæ & regnorum vicinorum magnates liberos ſuos ſervituros mittebant, quos ipſe honeſta nutritura & doctrina inſtituit, & cingulo donatos militiæ, ad patres & propinquos cum honore remittebat; aliquos retinebat. Rex ipſe, dominus ſuus, filium ſuum, hæredem regni, ei nutriendum commendavit: quem ipſe cum coætaneis ſibi multis filiis nobilium, & debita eorum omnium ſequela, & magiſtris, & ſervitoribus propriis, quo dignum erat honore, ſecum habuit.

IN qua tamen tantorum ſecularium honorum pompa ipſe ſæpe diſciplinam ſecretam, nudato ad flagella dorſo, recipiebat; cum eſſet in vicinia Lundoniæ, a Radulpho priore ſanctæ Trinitatis; in vicinia Cantuariæ, a Thoma preſbytero ſancti Martini. Humilis erat humilibus, elatis ferus & violens; quaſi innatum erat ei,

Parcere ſubjectis, & debellare ſuperbos.

CANCELLARIO homagium infiniti nobiles & milites faciebant; quos ipſe, ſalva fide domini regis, recipiebat; & ut ſuos patrocinio fovebat.

TRANSFRETATURUS interdum ſex aut plures naves in ſua habebat velificatione; nullumque, qui transfretare vellet, remanere ſinebat: appulſus gubernatores ſuos & nautas ad placitum eorum remunerabat. Nulla fere dies effluebat ei, qua non ipſe aliqua magna largiretur donaria, equos, aves, veſtimenta, auream vel argenteam ſupellectilem, vel monetam. Sic nimirum ſcriptum eſt, quidam erogant propria, & ſemper abundant; alii rapiunt aliena, & curtæ ſemper abeſt rei: Tantamque habebat Cancellarius donandi gratiam, ut amor & delitiæ totius

orbis

orbis Latini reputaretur. Utcunque erat ætas, ita quemque facetus adoptabat.

DEI omnipotentis inſtinctu, & Cancellarii ſuaſu, dominus rex vacantes epiſcopatus & abbathias non diu retinebat, ut fiſco ſuo patrimonia Crucifixi inferrentur; (quod poſtea fecit; quod amplius abſit ab eo) immo ſine magna mora honeſtis illas dabat perſonis, & ſecundum Deum.

ITERUM Cancellarii conſilio dominus rex canonicalem eccleſiam Meritonæ, ubi morantes Deum merentur, in gratiam & familiaritatem recepit; & eam a preſbyterio ſuſceptam ſumptibus ſuis confirmavit, & perpetuis ditavit redditibus: ibique aliquando, cum religioſo conventu, pœnitentiæ triduanas ante diem paſchæ celebrabat excubias. Poſt nocturnum vero obſequium, quod dicitur tenebrarum, ſed eſt lucis, die paraſcevæ uſque ad horam nonam, vicinarum villarum pauperes, orationum gratia, viſitabat eccleſias, pedes incedens, in capa abſconditus, uno ſolo comitatus ſocio, viarum duce.

ITEM Cancellario Thoma ſuggerente, pauperes Angligenas morantes in Galliis, quos fama celebrabat bonos, vel monachum in religione, vel magiſtrum in ſtudio, rex revocabat, & tales in regno ſuo plantabat perſonas; ut magiſtrum Robertum de Miliduno in epiſcopali eccleſia Herefordiæ; Willielmum monachum ſancti Martini de Campis in abbathia Rameſeiæ.

CANCELLARIUS regi, clero, militiæ, & populo erat acceptiſſimus, ob ipſius dotes virtutum, animi magnitudinem, meritorum inſignia, quæ animo ejus inhæſerant. Pertractatis ſeriis, colludebant rex & ipſe, tanquam coætanei puerui, in aula, in eccleſia, in conſeſſu, in equitando. Una dierum coequitabant in ſtrata Lundoniæ, ſtridebat deformis hyems: eminus aſpexit rex venientem ſenem, pauperem, veſte trita & tenui; & ait Cancellario, Videſne illum? Cancellarius, Video; Rex, quam pauper, quam debilis, quam nudus! Numquidne magna eſſet eleemoſyna dare ei craſſam & calidam capam? Cancellarius, ingens equidem; & ad hujuſmodi animum & oculum rex habere deberes. Interea pauper adeſt: rex ſubſtitit, & Cancellarius cum eo. Rex placide compellat pauperem, & quærit, ſi capam bonam vellet habere. Pauper neſciens illos eſſe, putabat jocum, non ſeria agi. Rex Cancellario, Equidem tu hanc ingentem habebis eleemoſynam: & injectis ad capicium ejus manibus, capam, quam novam & optimam de

ſcarlata

ſcarleta & gryſio indutus erat, rex Cancellario auferre, ille retinere laborabat. Fit ibi motus & tumultus magnus: divites & milites, qui eos ſequebantur, mirati accelerant ſcire, quænam eſſet tam ſubita inter eos cauſa concertandi: non fuit, qui diceret: intentus erat uterque manibus ſuis, ut aliquando quaſi caſuri viderentur. Aliquandiu reluctatus Cancellarius, ſuſtinuit regem vincere, capam ſibi inclinato detrahere, & pauperi donare. Tunc primum rex ſociis ſuis acta narrat: riſus omnium ingens: fuerunt, qui Cancellario capas & pallia ſua porrigerent. Cum capa Cancellarii pauper ſenex abit, præter ſpem locupletatus, lætatus, & Deo gratias agens.

ALIQUOTIENSQUE ad hoſpitium Cancellarii rex comedebat, tum ludendi cauſa, tum gratia videndi, quæ de ejus domo & menſa narrabantur. Rex veniebat aliquando equo admiſſo in hoſpitium Cancellarii ſedentis ad menſam; aliquando ſagitta in manu, rediens venatu, vel iturus in nemus: aliquando bibebat, & viſo Cancellario recedebat; aliquando ſaliens ultra menſam, aſſidebat & comedebat. Magis unanimes & amici nunquam duo alii fuerunt temporibus Chriſtianis.

FUIT aliquando gravi tentus infirmitate Cancellarius Rothomagi apud ſanctum Gervaſium. Venerunt eum duo reges ſimul videre, rex Francorum, & rex Anglorum, dominus ſuus. Tandem diſpoſitus ad ſanitatem, & convaleſcens, una dierum ſedit ad ludum ſcaccorum, indutus capa manicata. Intravit eum viſitare Aſchetinus, prior Leghceſtriæ, veniens a curia regis, qui tunc erat in Gaſconia; qui liberius eum allocutus, auſu familiaritatis, ait; quid eſt hoc quod capa manicata utimini? Hæc veſtis magis illorum eſt, qui accipitres portant: vos vero eſtis perſona eccleſiaſtica, una ſingularitate, ſed plures dignitate; Cantuariæ archidiaconus, decanus Haſtingæ, præpoſitus Beverlaci, canonicus ibi, & ibi; procurator etiam archiepiſcopatus; &, ſicut rumor in curia frequens eſt, archiepiſcopus eritis. Cancellarius reſpondit, inter cætera, ad verbum illud; equidem tres tales pauperes agnoſco in Anglia ſacerdotes, quorum cujuſlibet ad archiepiſcopatum promotionem magis optarem quam meam: nam ego, ſi forte promoverer, ita dominum meum regem intus & in cute novi, neceſſe haberem, aut ipſius gratiam amittere, aut Domini Dei, quod abſit, ſervitium poſtponere: quod & poſt ita contigit.

REX Angliæ ad ſuam transfretationem navem ſuam propriam ſolet habere. Cancellarius ei fieri fecit non unam ſolam, ſed tres ſimul naves optimas, & omnibus neceſſariis inſtructas, ut nihil deeſſet; & eas regi domino ſuo dono dedit.

VENERUNT aliquando in Angliam nuncii regis Norwegiæ: quo audito, Cancellarius miſit obviam eis, qui eos ad curiam domini regis duceret, & eis ſumptus neceſſarios, nomine Cancellarii, miniſtraret.

NICOLAUS archidiaconus Lundoniæ incidit ſemel in offenſam regis, unde domus ejus, familia ipſius expulſa, ex regis præcepto ſerata, & regi ſubhaſtata fuit. Non deſtitit bonus Cancellarius, quin ipſa die archidiaconum regi reconciliaret, & ad poſſeſſionem revocari ſuam impetraret.

EODEMQUE modo officioſus fuit quandoque epiſcopo Cenomannenſi, & Giloni archidiacono Rothomagenſi: nam eos in ſchiſmate Romanæ eccleſiæ & Octavianus & imperator Fredericus fovebant: unde catholicus papa Alexander conſilio ſuorum cardinalium nuncios ſuos miſit ad regem Francorum, & regem Anglorum tunc tranſmarinum. Illi autem, convocatis epiſcopis plurimis & ſummatibus regnorum ſuorum, apud Novum Forum, cum congregati eſſent, nuntios illos & rationes eorum audituri, & de merito electionis eorum, utriuſque obedientiæ ſe ſubderent, tractaturi: placuiſſetque tandem eis Alexandri [electio] quæ juſtior eis & ſanctior non immerito viſa eſt: pro eo quod archiepiſcopus Rothomagenſis Hugo eam approbavit, & per Gilonem nepotem & archidiaconum ſuum ſuffraganeis ſuis recipiendam mandavit. Rex vehementer commotus, domos archidiaconi dirui præcepit: quoniam in ipſum archiepiſcopum grandævum, & virum magnanimum palam excandeſcere rex veritus eſt. Tunc domino regi ſupplex ait Cancellarius; Domine mi, rex, equidem domus illa, quam ruere præcipitis, archidiaconi Gilonis eſt; ſed hoſpitium meum eſt. Et hujuſmodi dixit appoſite ad perſuadendum, ut tandem a rege delinito & ſuaſo, archidiaconi pacem cum domus ipſius integritate optineret. In craſtino audivit rex, quod epiſcopus Cenomannenſis Alexandrum papam recepiſſet exemplo domini Rothomagenſis, & nunciis ejus obedientiam promiſiſſet papæ ſervandam. Rex iratus eſt, quod ejus ſine juſſu & licentia & ſententia hoc feciſſet. Mareſcalli regis, commotione ejus vel forte præceptione intellecta, ad hoſpitia epiſcopi vadunt, chamis ſuccisis, equos

equos ejiciunt, ſarcinas epiſcopi in vicos exportant, eum hoſpitio privant, a curia epiſcopus turpiter recedere compulſus eſt. Facit rex breves ſcribi, ut domus ejus Cenomanni diruantur. Signatas breves rex in manu tenens, & oſtendens publice, ait aſtantibus; equidem Cenomannenſes audient de epiſcopo ſuo rumorem. Omnis clerus, qui aderat in tanta duorum regum curia, doluit; Cancellarius ſupra omnes: intelligens autem regem in tanta ira fruſtra compellandum & rogandum, præcepit curſoribus regis, bajulis litterarum illarum, ut non feſtinarent; & cum itinere duorum dierum Cenomannis venire poſſent, non illuc venirent, niſi quarto die: adquieverunt illi. In craſtino ad dominum regem epiſcopos ire ſuaſit Cancellarius pro Cenomannenſi rogaturos: ierunt aliqui, regem inexorabilem invenerunt: ierunt alii, ſuggerente Cancellario, repulſam paſſi ſunt. Tandem Cancellarius ipſe regem adiit, pro epiſcopo oravit; in craſtino ſimiliter: inſtantia Cancellarii rex compulſus, tandem adquievit; putans jam, quod domus epiſcopi vel tota vel magna ex parte corruiſſet. Statim litteras regis de pace epiſcopi Cancellarius miſit præfecto Cenomanni per nuntium proprium, cui & in amicitiæ ſuæ obſervantia injunxit, ut die vel nocte non quieſceret pes ejus, donec Cenomannum veniret. Ille continuato diplomate Cenomannum venit, intactis domibus epiſcopi, ipſo die, quo priores nuntii domini regis; qui tamen prius venerant, & litteras regis de domibus epiſcopi diruendis oſtenderant. Et hoc quidem dolo bono Cancellarii ſe deluſum rex poſtea gaviſus eſt; ſicut legitur in Timæo de illa nubentium ſaluberrima ſortis fraude.

QUINQUAGINTA duos clericos Cancellarius in obſequio ſuo habebat: quorum plurimi in ſuo erant comitatu, curabant epiſcopatus & abbatias vacantes, aut ejus proprios honores eccleſiaſticos.

DELIBERAVIT quandoque rex Anglorum cum Cancellario, & aliis quibuſdam regni ſui magnatibus, petere a rege Francorum filiam ejus Margaretam matrimonio copulandam filio ſuo Henrico. Placuit conſilium. Hæc ſiquidem regum & magnorum virorum magna eſt confœderatio. Ad tantam petitionem tanto principi faciendam quis mittendus erat, niſi Cancellarius. Eligitur: aſſentitur. Igitur Cancellarius rem, perſonas, & officium ſuum attendens, & ſe tantæ rei commetiens, juxta illud poeticum:

Metire

Metire quod audes; nuptialiter ſe inſtruit,
Qui nuptias mittitur conciliare futuras.

Parat oſtendere & effundere luxus Anglicani opulentiam; ut apud omnes & in omnibus honoretur perſona mittentis in miſſo, & miſſi ſua in ſe. Circiter ducentos in equis ſecum habuit de familia ſua, milites, clericos, dapiferos, ſervientes, armigeros, nobilium filios, militantes ei, & armis omnes inſtructos. Omnes iſti, & omnis eorum ſequela, novo feſtivo fulgebant ornatu veſtium, quiſque pro modo ſuo. Habuit etiam viginti quatuor mutatoria veſtimentorum, omnia fere donanda, & in tranſmarinis relinquenda, & omnem elegantiam varii, gryſii, & pellium peregrinarum, palliorum quoque & tapetum, quibus thalamus & lectus epiſcopi hoſpitio recepti ornabantur. Habuit ſecum canes, aves omne genus, quo reges utuntur & divites. Habuit in comitatu ſuo octo bigas curriles; unamquamque bigam quinque equi trahebant, dextrariis corpore & robore ſimiles: quiſque equus ſuum ſibi deputatum habebat fortem juvenem nova tunica ſuccinctum, euntem cum biga; ipſaque biga ſuum veredum & cuſtodem. Duæ bigæ ſolam cerviſiam trahebant, factam in aquæ decoctione ex adipe frumenti, in cadis ferratis, donandam Francis. Habebat Cancellarii capella bigam ſuam, camera ſuam, expenſa ſuam, coquina ſuam; portabant aliæ eſculentorum & poculentorum aliquid; aliæ dorſalia taveta, ſaccos cum veſtibus nocturnis, ſarcinas & impedimenta. Habuit duodecim ſummarios. Octo ſcrinia Cancellarii continebant ſupellectilem, auream ſcilicet & argenteam; vaſculos, cullulos, pateras, ciphos, cuppas, urceolas, pelves, ſalina, coclearia, cultellas, paraphides. Aliæ coffræ & clitellæ Cancellarii continebant monetam, æs plurimum cotidianis ejus impenſis & donis ſufficiens, & veſtes ejus, & libros aliquot & hujuſmodi. Unus ſummarius capellæ ſacra vaſa, & altaris ornamenta, & libros portabat, cæterorum præambulus. Quiſque ſummariorum ſuum habebat agaſonem, qualem & qualiter decuit inſtructum. Quæque etiam biga habebat canem alligatum vel ſupra vel ſubtus, magnum, fortem, & terribilem; qui urſum, vel leonem, domiturus videretur. Sed & ſupra quemque ſummarium erat vel ſimia caudata, vel

——humani ſimulator ſimius oris.

In ingreſſu Gallicanarum villarum & caſtrorum, primi veniebant garciones pedites quaſi ducenti quinquaginta, gregatim

euntes ſex vel deni, vel plures ſimul, aliquid lingua ſua pro more patriæ ſuæ cantantes. Sequebantur aliquo intervallo canes copulati & leporarii in loris & laxis ſuis, cum concuratoribus & ſequacibus ſuis. Poſt modicum ſtridebant ad lapides platearum illæ bigæ ferratæ, magnis coriis animalium conſutis coopertæ. Sequebantur ad modicam diſtantiam ſummarii agaſonibus, poſitis genibus ſuper clunes ſummariorum, equitantibus. Aliqui Franci ab domibus ſuis egreſſi ad tantum ſtrepitum quærebant, cujus eſſet familia? Aiunt illi, quod Cancellarius regis Anglorum ad dominum regem Franciæ miſſus veniret. Dicunt Franci, mirabilis eſt ipſe rex Anglorum, cujus Cancellarius talis & totus incedit. Sequuntur poſt ſummarios armigeri, militum portantes ſcuta, & trahentes dextrarios: inde, alii armigeri: dehinc ephebi: deinde, qui aves portabant: poſtea, dapiferi, & magiſtri, & miniſtri domus Cancellarii: deinde milites & clerici, omnes bini & bini equitantes: poſtremo, Cancellarius, & aliqui familiares ejus circa eum.

APPULSUS in tranſmarinis, ſtatim præmiſerat domino regi Francorum Cancellarius mandans, quod ad eum veniret. Venit per caſtrum Medlenti. Reſcripſerat ei rex Francorum, quod occurreret ei Pariſius, & qua die. Rex itaque volens Cancellarium procurare; ſicut nobilitatis & conſuetudinis Gallicanorum regum eſt omnem mortalem ad curiam Franciæ venientem, quamdiu in curia fuerit, procurare; edicto Pariſius dato prohibuerat, ne quis aliquid Cancellario, vel ſuis emptoribus venderet. Quo præcognito, Cancellarius præmiſerat ſuos ad fora vicina, Lamaci, Corboili, Pontis Iſarei, Sancti Dionyſii; qui ſibi emerent panes, & carnes, & piſces, vina, & cibaria, in abundantia, mutato, ſuppreſſiſque nominibus, habitu. Et cum Pariſius Domi Templi hoſpitium habiturus ingrederetur; occurrerunt ei ſui dicentes, quod hoſpitium omnibus bonis inſtructum ad moram triduanam inveniret, quaque die mille hominibus procurandis. Equidem in divitiis regis Salamonis legitur, quot animalium carnes quotidianis ejus impenſis ſufficerent. Equidem una die, anguillarum unum ſolum ferculum Cancellarii centum ſolidis Sterlingorum emptum fuit: quod omni patriæ notum, etiam loco proverbii multo tempore multis in ore erat. De aliis ejus ferculis & impenſis ſileo. Ex hoc uno intelligi poteſt, quod menſa Cancellarii ſumptuoſa & ſufficiens fuit.

QUALITER eum dominus rex Francorum & nobiles illi Franci honoraverunt; qualiter ipſe viciſſim eos; & præterea qua comitate ſuſceperit ſcholares Pariſius & magiſtros ſcholarum, & cives ſcholarium Angligenarum creditores, dicere non ſufficio. Legitur de Hanibale, quod, poſt interfectum Haſdrubalem, Romam nuncios miſerit, dicens eis, ite, & omnem mortalem explete pecunia. Idem forte legit & curavit Cancellarius, omnem nobilem Francum, baronem militem, ſervitorem regis, vel reginæ regis Francorum, magiſtros ſcholarum, ſcholares, civium nobiliores, muneribus ſuis explebat. Omnia ſua vaſa aurea & argentea donavit, omnia mutatoria veſtimentorum: illi pallium; illi capam griſeam; illi pelliciam; illi pallefridum; illi dextrarium: Quid plura? Supra omnem hominem ſuam gratiam adeptus eſt. Legatione ſua feliciter functus eſt: propoſitum aſſecutus eſt: quod petiit, ei conceſſum eſt. In reditu ſuo Wydonem de la Val, regis Angliæ impugnatorem, patriæ ſtratæque publicæ deprædatorem, cepit, & conjectum in vincula apud caſtrum Novi Fori incarceravit. Unde hoc modo ſe Cancellarius Thomas in pacis ſtudio & tempore habuit. Quid de eo in bellicis negotiis occupato loquar?

IN exercitu & obſidione Tholoſæ, ubi tota Anglia, Normannia, Aquitania, Andegavis, Britannia, Scotia, in præſidium regis Angliæ, militarem manum & fortitudinem bellicam emiſit; Cancellarius de propria familia lectam manum militum ſeptingentos milites habebat. Et quidem, ſi ejus paritum eſſet conſilio urbem Tholoſam, & regem Franciæ, qui favore ſororis comitiſſæ Conſtanciæ ſe immiſerat; ſed & improvide ſine exercitu & manu forti, invaſiſſent & cepiſſent, tantus erat regis Anglorum exercitus. Sed vana ſuperſtitione & reverentia rex tentus conſilio aliorum, ſuper urbem, in qua eſſet dominus ſuus rex Franciæ, irruere noluit: dicente in contrarium Cancellario, quod perſonam domini rex Francorum ibi depoſuiſſet, eo quod ſupra conventa hoſtem ſe ei oppoſuiſſet. Non multo poſt, vocata & congregata venit in urbem militia regis Francorum; & rex Angliæ, cum rege Scotiæ & omni exercitu ſuo, inops voti & inefficax propoſiti rediit; capta tamen prius urbe Cadurcio, & plurimis caſtris, in vicinia Tholoſæ, quæ erant comitis Tholoſæ, & ſuffraganeorum ejus, vel quæ comes Tholoſæ regis Angliæ fautoribus prius abſtulerat. Ad quæ omnia retinenda,

retinenda, poſt reditum regis Angliæ, comitibus omnibus recuſantibus, ſolus Cancellarius cum ſua familia, & ſolo Henrico de Eſſexia, conſtabulario & barone regis, remanſit. Et poſtea tria caſtra munitiſſima, & quæ inexpugnabilia videbantur, ipſemet lorica indutus & galea, cum ſuis in manu forti cepit. Sed & Garunnam cum militari manu tranſiit ſupra hoſtes; confirmataque in regis obſequium tota illa provincia, gratioſus & honoratus rediit.

POSTMODUM autem in guerra regis Francorum & domini ſui regis Anglorum in Marchia, ad communem terminum terrarum ſuarum inter Giſorcium & Triam & Curceles; Cancellarius, præter propriæ familiæ ſeptingentos equites, alios mille ducentos ſtipendarios milites habebat, quatuor millia ſervientium, per unam quadragenam. Et cuique militi, quaque die, dabantur ad equos & armigeros procurandos tres ſolidi illius monetæ; ipſique milites omnes ad menſam Cancellarii erant. Ipſemet clericus cum eſſet, cum valente milite Francorum Engelramno de Tria, e regione ſubditis equo calcaribus veniente armato, lancea demiſſa & equo admiſſo congreſſus, ipſum equo dejecit, & dextrarium lucrifecit. Et in toto regis Anglorum exercitu ſemper primi erant milites Cancellarii, ſemper majora audebant, ſemper præclare faciebant, eo docente, ducente, eo hortante: cavere eductui, canere receptui, in lituis ſuis ductilibus, quos in exercitu ſuo proprios, ſed univerſo hinc inde exercitui habebat notiſſimos. Unde ipſe hoſtis etiam & expugnator regis Francorum, & terræ ipſius in igne & gladio depopulator, in magnam pervenit gratiam ipſius regis Francorum & magnatum totius Galliæ, ſuffragantibus ei meritis fidei præſtantis & nobilitatis ſuæ notiſſimæ: quam gratiam poſtmodum tempore opportuno ſibi rex exhibuit. Virtus quippe & in hoſte laudatur.

INTERIM diem ſuum poſtremum clauſit archiepiſcopus Theobaldus. Statuit ergo rex Anglorum Cancellarium ſuum in archiepiſcopatum promovere, intuitu meritorum perſonæ; confidens, quod ſibi ad placitum & nutum, ut Cancellarius fecerat, archiepiſcopus obſequeretur. Præcedente itaque notaque omni clero Angliæ regis voluntate, Cancellarius, archidiaconus Cantuariæ, ejuſdem eccleſiæ archiepiſcopus unanimiter eligitur. Solus Gilebertus Herefordiæ, qui & poſtea tranſlatus eſt in Londoniam, habitu monachus, vinum vel carnem non guſtans, quod

quod potuit, diſſuaſit: ut putabatur, non bene zelans electionem, ſed male electum: adſpirare enim & pro ſe laborare credebatur. Poſtmodum enim dixit, mirum feciſſe regem, qui de homine ſeculari, de milite quodam fecerat archiepiſcopum.

ANNO gratiæ milleſimo centeſimo ſexageſimo ſecundo, octava die Pentecoſtes, eccleſiæ Cantuarienſis feſta die, die viz. ſanctæ Trinitatis, in ipſa metropolitana eccleſia congregatis ſuffraganeis epiſcopis omnibus, per filium hæredemque regis Henrici ſecundi Henricum, & per Ricardum de Luci, alioſque magnates Angliæ, qui aderant ex parte regis tunc tranſmarini, beatus Thomas, liber & ab omni querela ſeculari ſolutus & quietus, eccleſiæ Cantuarienſi eſt & repræſentatus, & per manum Henrici venerabilis epiſcopi Wyntoniæ, archiepiſcopus ordinatus. Papa Alexander tertius ei pallium miſit per clericum ejus Johannem Sariſberienſem. Archiepiſcopus contra illam faſciam pectoralem & humeralem ſuſcipiendam devotus, pronus & nudus pedes ivit. Myſterium ſiquidem grande eſt, illud inſigne, illud archiepiſcopi ſingulare. Pallium pro aurea lamina eſt inſtitutum, in qua ſummus pontifex in lege nomen Domini Tetragrammaton in fronte ſua præferebat inſcriptum. Duæ lineæ propendentes ſunt duæ leges. Chriſti paſſionem præferentes, ſpinulæ ſunt clavi, quibus corpus Chriſti crucifigitur. In ordinatione ſua, unctione miſericordiæ Dei viſibili perfuſus, exuit ſecularem hominem, & Jeſum Chriſtum induitur: evacuavit, quæ erant ſecularia cancellarii; ſatagens, quæ ſunt boni archiepiſcopi.

ITAQUE omni cuſtodia excubabat animum ſuum. Sermones ejus ſerii erant ad ædificationem auditorum: opera ejus, miſericordiæ & pietatis: ſententiæ ejus, juſtitiæ & æquitatis. Cilicio uſque ad poplites aſperrimo & vermibus ſcaturiente, & parco cibo carnem edomabat, & conſueto potu aquæ, in qua coctum erat fœniculum. Vinum tamen prægustabat, & dabat conſidentibus; & carnium appoſitarum aliquid comedebat; ſed pane reficiebat. Omnia tamen munda mundis; & in culpa non eſt cibus, ſed appetitus. Verberibus diſciplinalibus frequenter dorſum nudum exponebat. Proxime ſupra cilicium habuit habitum monachalem, quoniam monachorum erat Abbas Cantuarienſium; ſupremo, canonicalem, ut clericis conformaretur. Stolam tamen, jugum Chriſti ſuave, circa collum & diebus & noctibus habebat. Facies ejus exterior ſimilis erat multitu-

multitudini, intus omnia diſſimilia. Sancti Sebaſtiani & ſanctæ Ceciliæ imitator, quorum ille ſub abſconſo chlamydis Chriſti militem gerebat abſconditum: illa cilicio carnem domans, deſuper auratis veſtibus tegebatur. In eſu & veſtitu religioſior ſtudebat eſſe quam videri. Orationi intentus, Spiritui creatori ſpiritum ſuum creatum reconciliare, & quodam modo unire vacabat. Dei & hominum quaſi quidem interpres, commendabat oratione Deo homines, prædicatione Deum hominibus. Sacræ lectioni deditus, ſuum in divina pagina habebat eruditorem. Interdum poſt prandium cum ſociis conferebat, audiens & interrogans eos. Uſus eſt convictoribus viris religioſis, cleriſcque honeſtis & literatiſſimis. Familiam habuit ſimiliter electam, bonorumque virorum receptui & venerationi devotam. In dandis erat eleemoſynis munificus, mittens hoſpitalibus domibus, & pauperibus collegiis, interdum quatuor vel quinque marcas, interdum annonam & carnes.

CUM enim piæ memoriæ Theobaldus, deceſſor ipſius, ſtatutas deceſſorum ſuorum eleemoſynas duplicare conſuevit, hic religioſa æmulatione etiam duplum ejus cenſuit duplicandum. Ad hujus pii operis obſervantiam, omnium, quæ ex quocunque titulo percipiebat, decimas conſecrabat. In ſecretiori cellula tredecim pauperum pedes curvatis genibus cotidie abluebat, in memoriam Chriſti; ſingulis eorum, poſt plenam refectionem victualium, quatuor argenteos largiens: quod ſi forte aliquando, raro tamen, in propria perſona gerere prohibebatur, hoc diligentiſſime per vicarium faciebat impleri. Solitarius agens uſque in miraculum lacrymis ſuffundebatur: & ſic in altaris verſabatur officio, ac ſi præſentaliter in carne geri cerneret dominicam paſſionem. Reverentiſſime divina ſacramenta tractabat, ut intuentium fidem & mores ipſa contrectatio informaret.

VAGOS & egenos in domo ſua reficiebat. Contra hyemem multos veſtiebat. Cantuariæ plerumque in clauſtrum ſe recipiebat, & ſicut unus monachorum ibi ſedentium ſedebat ſtudens in aliquo libro diutili: poſt ibat viſitare monachos infirmos, ut eorum audiret & impleret deſideria. Erat oppreſſorum conſolator, viduarum maritus, pupillorum adjutor. Erat præterea humilis & affabilis manſuetis, ſe efferentibus ſeverus. Contra injuſtitiam & inſolentiam potentum quaſi turris erecta in Damaſcum firmabatur: neque ipſius regis preces vel litteræ cuiquam apud eum prodeſſe poterant, niſi cum juſtitia. Pudore bono nunc maxime

repletus fuit, qui jam pridem etiam Cancellarius metas pudicitiæ non exceſſit. Alter quodammodo Moyſes erat, tabernaculum Domini crebro intrans & exiens; intrans tempore accepto ad Dei contemplationem, exiens ad piam erga proximos actionem. Alter Jacob nunc copulabat ſibi Liam fructu fœcundam; nunc autem Rachelis pulchrioris hærebat amplexibus. Erat quaſi unus angelorum Dei, qui per ſcalam, cujus ſummitas cœlos tangebat, nunc deſcendebat ad ſublevandas neceſſitates hominum, nunc aſcendebat ad divinæ Majeſtatis & ſupernæ claritatis intuitum: ſuſpenſus a terrenis & tranſitoriis ſummopere intendebat in cœleſtia. Vacabat virtutibus, quæ vitam & præſentem beatificant, & promerentur æternam. Aderat ei primo regina ratio, quæ ut domina ancillis, ita illa cupiditatibus & pravis animi motibus imperat. Itaque ductu rationis progreſſus eſt in virtutem; quæ ſeſe diligens aſpernatur contraria, & a ſe oriens, rurſus ad ſe revertitur, & omnia ſua complexa nihil quærit aliunde. Aderant ei virtutis ſpecies quatuor: Prudentia, quæ eum reddidit diſcretum in rerum cognitione, perſonarum, loci, temporis æſtimatione, in pravorum fuga, in appetendorum electione: Juſtitia, qua Deo & cuique quod ſuum erat, conſervare ſtudebat: Fortitudo, quæ eum in adverſis vendicans, a malorum præſentium ægritudine & futurorum metu protegebat: Temperantia, quæ eum in proſperis nihil immoderate facere permittens, a libidine omni, & a cupiditate rerum temporalium revocabat, & inſolenti non ſinebat alacritate geſtire. Hæc eſt auriga Aminadab: hæc eſt Diateſſaron prima: hæc eſt in homine ſumma harmonia: hic eſt in homine dulcis ille & ſuavis concentus, qui Dei etiam aures replet, & inducit hominem in vitæ beatitudinem, quæ eſt, ſecretis malis omnibus, cumulata bonorum complexio.

HAC vitæ beatitudine affectus & beatus effectus Archiepiſcopus Thomas curabat, conſtanter, ſplendide, graviter, honeſte agere omnia; ad ſapientiæ cuncta referre arbitrium; ſibi imperare; ſapientiæ ſtare judiciis, non populi; fortunæ non timere inſidias; contra adverſa ſeptum, munitum, & inexpugnabilem ſe gerere; non ſibi, ſed omnibus ejus auxilio indigentibus ſe natum credere, maxime autem eccleſiæ ſuæ, quam regendam ſuſceperat; in terris divina contemplari, Jeſum Chriſtum imitari natum, & miſſum ad paſſiones, ipſumque vere diligere, & ejus obſervare mandata; ſuam & commiſſarum

ſibi animarum ſalutem quærere. Hinc factum eſt, ut conſectaretur apud Deum gratiam, apud homines gloriam ſolidam quidem & expreſſam, conſentiente laude bonorum virorum, voce incorrupta de eo bene judicantium: hæc quidem reſonat virtuti, tanquam echo voci; tanquam imago exemplari. Et quia gloria recte viventium comes eſt, bonis viris ſicut nec appetenda, ita nec eſt reſpuenda, ſed Deo attribuenda. Siquidem ait apoſtolus: Nam etſi voluero gloriari, non ero inſipiens; veritatem enim dicam. Hanc tamen gloriam timuit & ſprevit Thomas, ne forte ſurreperet elatio, ſcriptum eſſe attendens; quantumlibet juſtus, nunquam tamen ſit ſecurus. Eſt alia quædam falſa & vana gloria, quam appetunt homines ſuperbi & vani, divites & hypocritæ: adumbrata ſcilicet imago gloriæ, cui nulla virtutis, quæ laudetur, ſubeſt ſoliditas; ſed videtur ſimilitudo quædam apparens quidem ſpecie, non exiſtens autem in re. Et ſicut boni veræ laudis gloriam metuunt; ita mali falſam gloriam appetunt: vel etiam ſi quid recte fecerint, appetentes inde laudem vel præmium, eo ipſo amittunt & nomen & meritum.

GLORIOSUS Archiepiſcopus Thomas contra ſpem regis & omnium ita ſeculum deſeruit, ita repente mutatus eſt mutatione, quæ eſt dexteræ Excelſi, ut omnes mirarentur. Antiquus hoſtis talem in eccleſia Domini columpnam, talem ſupra candelabrum Dei accenſam lucernam invidit. Inimicus homo ſeminat zizania. Primo ei regis tollit benevolentiam, quaſi indigne ferre rex debeat, quod, qui eum primo Cancellarium, poſt Archiepiſcopum fecerat; nunc & a ſuo ſe retrahit obſequio, & in pluribus ei contradicit. Regis familiares regi placere quærentes, & ejus prurientes auribus, Archiepiſcopo detrahebant, & eum gratis odio habebant.

PRÆTEREA quidam aulici, clerici regis, timentes potius eccleſiis ſuis aliquibus, quas male adquiſierant ſub Archiepiſcopi juſtitia deſtitui, quam aliis incardinari, vel ad majora beneficia ejus tempore provehi; & per ſe & per epiſcopos aliquot regem & ſuos adverſus Archiepiſcopum incitare & commovere intendebant. Nihil jam ab eo vel dici vel fieri poterat, quod non malitia infelicium hominum depravaret. Adeo quidem ut regi perſuaderent, quod ſi Archiepiſcopi poteſtas procederet, regia dignitas eſſet proculdubio peritura: & niſi ſibi & hæredibus ſuis proſpiceret, is demum futurus erat rex, quem clerus eligeret, & quam diu placeret Archiepiſcopo regnaturus.

NIMIRUM

NIMIRUM ophthalmia vel lippitudine laborantibus inimica eſt lux; & juſtus injuſtis gravis erat ad videndum, & contrarius erat operibus illorum. Ipſe ſoli Deo, & nemini, niſi in Deo, placere quærebat; illi magis regis terreni auribus faciebant inſidias. Amicus Dei inimicus mundi conſtituitur. Morigeratum moroſi proſequuntur.

HÆC prima infeſtationis Archiepiſcopi cauſa. Adduntur regi & regalibus in hac diſſenſione plurimi epiſcopi, timore amittendi terram, & terrena, quæ poſſidebant. Deſtituitur eorum conſilio & auxilio Archiepiſcopus. Acceſſit indignationi regis & militiæ regni, quod caſtrum Tunebregiæ, & totum illum honorem, pridem a Cantuarienſi alienatum eccleſia, a comite de Clara Rogero revocare intendebat: quia ſecundum decreta prædeceſſoribus & œconomis eccleſiæ prædia licuit colere & augere, non minorare vel alienare. Illi autem comiti de Clara fere omnes nobiles Angliæ propinquitate adhærebant, qui pulcherrimam totius regni ſororem habebat, quam rex aliquando concupierat. Tamen prius a rege petitam obtinuerat Archiepiſcopus licentiam revocandi prædia eccleſiæ Cantuarienſis, a prædeceſſoribus ſuis male alienata, vel a laicis occupata. Item eccleſiam de Eynesfordia cuidam clerico Laurentio Archiepiſcopus donaverat. Ejus ſiquidem eſt tam baronum ſuorum quam monachorum Cantuarienſium vacantes in villis donare eccleſias. Dominus villæ Willelmus de Eynesfordia reclamans; homines Laurentii expulit; Archiepiſcopus eum excommunicavit. Rex ſtatim Archiepiſcopo ſcripſit, ut eum abſolveret. Reſpondit Archiepiſcopus, non eſſe regis præcipere quemquam abſolvi, ſicut nec excommunicari. Rex contendit, de regali ſua eſſe dignitate, quod non excommunicetur, qui de eo in capite teneat, ipſo inconſulto. Tandem ad regem mitigandum, qui jam in eum excandeſcebat, & non niſi per nuncios ei loquebatur, Archiepiſcopus Willelmum abſolvit. Et ait de eo rex apud Wyndeſoram; nunc ei inde gratiam non habeo.

PRÆTEREA diu ante, tempore ſcilicet Theobaldi Archiepiſcopi, adverſus clerum Angliæ generaliter rex aliqua conceperat; quorundam clericorum inſolentia provocatus.

UNDE aliquando in concilio dominus rex quædam ſatis dura proponere cœpit. Primo enim conqueſtus eſt de archidiaconorum violentia, quod aliorum delicta in ſua verterent lucra, quod peccatorum pretia exigant.



ET

ET de his ſuos ſupra modum luxus exerceant, cum tamen peccantibus debitam correctionem non impendant: dixitque ſe velle, ne archidiaconi quemquam quantumcumque infamem ſuper aliquo crimine conveniant, præter officialis ſui conſcientiam. Moxque ad aliud ſermonem vertens, cogito, inquit, cogitationes pacis, moveorque multum pro bono pacis, quæ in regno meo, clericorum malitia perturbatur, qui rapinas & furta perpetrant, & homicidia plerumque. Peto igitur & volo, ut tuo, domine Cantuarienſis, & coepiſcoporum tuorum conſenſu clerici in maleficiis deprehenſi vel convicti vel confeſſi exautorentur illico, & mox curiæ meæ lictoribus tradantur, ut omni defenſione eccleſiæ deſtituti, corporaliter perimantur. Volo etiam & peto, ut in illa exautoratione, de meis officialibus aliquem intereſſe conſentiatis, ut exautoratum clericum mox comprehendat, ne qua ei fiat copia corporalem vindictam effugiendi.

AD hæc, dominus Cantuarienſis, cum ſuper petitionis hujus reſponſo, nec uſque mane impetrare poſſet inducias, ſeceſſit in partem cum epiſcopis ſuis. Moxque hinc inde allegatum eſt: Epiſcopi dicebant ſecundum leges ſeculi, clericos exautoratos curiæ tradendos, & poſt pœnam ſpiritualem, corporaliter puniendos: quoniam quo digniores ſunt privilegio, eo deteriores judicantur in delicto; & quo deteriores in delicto, eo graviori ſunt afficiendi ſupplicio. Non ergo mirum, inquiunt, ſi privationem ordinis ſequatur ſupplicium corporis. Id ipſum etiam non ſolum legibus, ſed etiam autenticis probabant exemplis; Levitas veteris teſtamenti proponentes in medium, quos reos forte flagitii lege prohibiti, ſequebatur mors corporis; vel juxta ſimilitudinem criminis, multatio in membris.

DOMINUS vero Cantuarienſis ſacris canonibus conſentiens, in contrarium allegabat, aſſerens omnino injuſtum fore, & contra canones, & contra Deum, ſi ob unius punitionem delicti, duo quis ſubeat judicia. Nec enim Deus judicat bis in id ipſum. Quod enim, inquit, judicat eccleſia, aut juſtum eſt aut injuſtum: ſed non dabis injuſtum, erit ergo juſtum. Quod, cum non contineat abſolutionem, continet damnationem. Si ergo damnatur reus, cum exautoratur, non debet aliud judicium inchoari ad ejuſdem condemnationem peccati. Ad hæc quoque cavendum eſt, inquit, nobis, ne noſtro conſenſu opprimatur & pereat libertas eccleſiæ: pro qua, exemplo

ſummi ſacerdotis noſtri, ex officio tenemur uſque ad mortem certare. Nondum autem uſque ad mortem certare reſtitiſtis.

AD hæc epiſcopi pereuntem eccleſiæ libertatem nullum periculum afferre eccleſiæ dicebant: ſed aiunt, potius nunc expedit, ut pereat, ne toti pereamus. Faciamus ergo quod rex petit; alioquin peribit fuga a nobis, & non erit, qui requirat animas noſtras. Regi vero conſentientes, hæreditate poſſidebimus ſanctuarium Dei, & in poſſeſſionibus eccleſiarum noſtrarum ſecuri dormiemus. Malitiæ etiam temporis hujus multa indulgenda ſunt. Hoc enim dictum eſt propter ſchiſma, quod tunc fuit in Romana eccleſia: erat namque apud Alemanniam quidam antipapa. Hæc dicebant epiſcopi, tanquam diei malitia ſua non ſufficiat, niſi & ipſa augeatur per malitiam epiſcoporum.

AD hæc dominus Cantuarienſis zelo domus Dei ſuccenſus: Video, inquit, vos veſtras inertias ſub ſpecie ſuſtinentiæ conſolari, & diſpenſationis veſtræ prætextu, ſponſæ Chriſti libertatem ſuffocari. Et quis vos faſcinavit, O inſenſati pontifices? Quid prudenti vocabulo diſpenſationis manifeſtam iniquitatem veſtram contegitis? Quid vocatis diſpenſationem, totius eccleſiæ Chriſti diſpendium? Rebus vocabula ſerviant; non cum rebus pervertantur vocabula. Quod autem dicitis, malitiæ temporis multa fore indulgenda; aſſentior certe: ſed non ob id peccata accumulanda eſſe peccatis. Potens eſt Deus eccleſiæ ſuæ conditionem facere meliorem, quamvis non efficiamini deteriores. Nunquid impotens eſt Deus ſubvenire ſanctæ eccleſiæ, niſi per vitia doctorum eccleſiæ? Revera temptat vos Deus. Quæſo namque quando ſe debent epiſcopi offerre diſcrimini? Numquid in tranquillitate & non in diſcrimine? Erubeſcitis certe fateri, quod in tranquillitate. Reſtat ergo, ut cum in eccleſia eſt perturbatio, paſtor eccleſiæ opponat ſe periculo. Nec enim majoris meriti fuit olim epiſcopis, in ſuo ſanguine eccleſiam Chriſti fundare, quam noſtris temporibus pro eccleſiæ libertate ſanguinem fundere. Et ergo quidem, Deo teſte, affirmo, non eſſe nobis tutum a forma illa recedere, quam a ſanctis patribus noſtris accepimus. Nec nos quenquam morti debemus exponere, cum etiam judicio ſanguinis nobis non licet intereſſe.

HÆC verba mox ad regem relata ſunt. Videns illico quam plures eccleſiæ, non dico columnas, ſed arundines, vento

 agitari

agitari & trepidare, audito quod non per omnia voto regis eſſent parituri. Et certe ſtatim ante minas ceſſiſſent, niſi domini Cantuarienſis conſtantiam perſenſiſſent. Videns autem rex, quod in verbo illo, ubi voluit proficere, non valuit, citius ad alia ſe convertit, ſciſcitans ab eis, ſi conſuetudines ſuas regales eſſent ei per omnia ſervaturi. Dominus vero Cantuarienſis cum conſilio locutus: Etiam, inquit, in omnibus; ſalvo tamen per omnia & in omnibus ordine noſtro. Et cum poſtea id ipſum rex a ſingulis ex ordine quæreret, erat quidem tunc vox illa in ore omnium. Cum vero diutius inſtaret, volvens & revolvens, ſi conſuetudines ſuas regales abſolute & abſque appoſita ordinis ſui ſalvatione, ſimpliciter omnino ſe ei ſervaturum promitteret dominus Cantuarienſis; a Chriſti vicario, quod voluit, optinere non valuit. Turbatus eſt ergo rex vehementer, & omnis Jeroſolyma cum illo: ſubitoque in illa ſpiritus vehementia exiliens, Londonia diſceſſit univerſis negotiis ſuis infectis, & ratiociniis pendentibus. Videres tunc murmur in populo, commotionem in clero. Epiſcopi turbati & tremuli, regem abeuntem ſunt proſecuti; metuentes, ſe non prius regem inventuros, quam audirent, ſe omnia bona ſua perdituros. Moxque operati ſunt cum rege occultam conventionem, omni mentione Dei & ordinis ſui poſtpoſita: & tam facile regis petitioni aſſenſum præbuerunt, ut viderentur conſenſiſſe, antequam ille petiſſe; adeo ut qui inter eos æſtimabantur ſcientiores, ad opprimendam eccleſiæ libertatem fierent proniores. Cantuarienſis autem ſolus præſul reſedit, conſiderans ad dextram & ad ſiniſtram; nec fuit qui cognoſceret eum. Requirebat in fratribus ſolatium: at illi abierunt retro, & jam cum illo non ambulabant. Pacem denique peccatorum videns, & ſibi undique imminere diſcrimen, Unum, inquit, locutus ſum; quod terreni regis regales nullatenus ſervarem conſuetudines, niſi ſalvo in omnibus ordine meo. Ob id offenſam regis incurri: ob id epiſcopi mei dereliquerunt me: ob id totius orbis oculos offendi. Sed quid? Velit, nolit mundus: ego cum mortali paciſcens homine, nullo unquam tempore Dei mei & ordinis mei immemor ero, Deo volente. Abſit a me, ut cujuſquam mortalis metu vel gratia, Deum inveniar contempſiſſe. Si angelus de cœlo venerit, & tale mihi conſilium dederit, anathema ſit.

FUIT

Fuit ſiquidem [rex] aliquotiens Eboraci ubi ad eum quidam Burgenſis ſuus de Scardeburghe acceſſit, queſtus, quod quidam decanus abſtulerat ei viginti & duo ſolidos, uxorem ipſius in capitulis plurimis vexans, & deferens ſine alio accuſatorer eam adulterii: Contra quam conſuetudinem rex legem prohibitionis ediderat. Juſſu regis decanus ille evocatus & coram rege conventus, præſenti archiepiſcopo ſuo, & epiſcopo Lincolnienſi, & Dunelmenſi, & Johanne tunc Eboraci theſaurario, poſtea epiſcopo Pictavenſi, reſpondit edoctus, quod a diacono quodam & alio laico fuerat illa accuſata. Et cum neganti ei ſua fuiſſet adjudicata purgatio, ut mitius tractaretur, hunc virum ejus archidiacono ſuo dediſſe viginti ſolidos, & ſibi duos. Cum hæc decanus ille coram rege teſtium aſtipulatione ibi præſentium probare non poſſet, exegit de eo rex judicium, dicens, quod archidiaconi & decani regni ſui habitatoribus hoc modo plus pecuniæ per annum extorqueant, quam ipſe recipiat. Ierunt cum clero illo & barones ejus ad judicandum. Tandem Johannes theſaurarius dixit ſibi videri pecuniam eſſe reddendam Burgenſi, & decanum archiepiſcopi ſui ſubjiciendum miſericordiæ, de officio ſuo. Ad hæc Ricardus de Luci: Quid ergo domino regi judicabitis, in cujus iſte incidit conſtitutionem. Johannes: Nihil, quia clericus eſt. Ricardus: huic ſententiæ non adero. Et relictis illis, ad regem cum aliis baronibus rediit. Clerus poſtmodum cum hac intrat ſententia, qua ab eodem Johanne formatore pronunciata: Rex averſus, ad archiepiſcopum Theobaldum, diem præſtituens, provocavit; & falſam eſſe ſententiam iratus oppido dixit. Sed infra diem, nuntiata ſibi morte Gaufridi fratris ſui, transfretans appellationem non eſt perſecutus.

Item, erant regis juſtitiarii itinerantes aliquando apud Dunſtapulam: orta eſt aliqua altercatio inter Simonem filium Petri & quendam canonicum Bedefordiæ Philippum de Brois. Queſtus eſt poſtea Simon regi, quod cum Philippus, in obſequio ipſius & magna audientia, turpiloquio inhonoraſſet. Coram archiepiſcopo Philippus ſuper hoc a rege redargutus, cum negare non poſſet, reſpondit, ſe convitiis provocatum calore iracundiæ dixiſſe, non animi judicio. Exegit rex judicium. Clerus ad regem mitigandum decrevit, per annum beneficio præbendæ ſuæ ſimul & regni inhabitatione Philippum privandum. Ita factum eſt: nec tamen regi ſatisfactum eſt.

6

PRIMA

PRIMA diſtantia regis & ſancti Thomæ pro quodam clerico, qui in Wireceſtriæ territorio dicebatur accubuiſſe filiam cujuſdam probi hominis, & pro ea ipſum patrem occidiſſe. Hunc clericum rex voluit judicio curiæ laicæ examinari & judicari. Archiepiſcopus renitebatur, & clericum illum in cuſtodia epiſcopi fecit cuſtodiri, ne regis juſtitiæ traderetur. Alia, pro clerico, qui, in eccleſia ipſius Archiepiſcopi, quæ in Londonia eſt & dicitur eccleſia beatæ Mariæ in foro, furatus eſt calicem argenteum, quem comprehenſum rex voluit judicio ſeculari judicari. Archiepiſcopus judicio eccleſiæ fecit eum exauctorari, & ex abundanti ad regem mitigandum cauteriari.

ITAQUE rex, conceptis pridem aliquibus adverſus clerum communiter, & nunc adverſus Thomam Archiepiſcopum perſonaliter, creſcentibuſque de die in diem ſtimulatione inimica, ſimultatibus, ſtatuit de regalibus ſuis dignitatibus tractare. Convocatur generale concilium, & congregatur apud Clarendoniam. Rex proponit & ſcribit dignitates & conſuetudines, quas avitas & in regno Angliæ eſſe debere dixit. Robertus archidiaconus Oxenfordenſis, qui & poſtea epiſcopus Herefordenſis, & Jordanus archidiaconus Ciceſtriæ, domeſtici clerici domus Archiepiſcopi, & quidam alii, intellecta domini regis ira, quæ adverſus eum graviter concepta cotidianis augebatur incrementis, accepta licentia diſceſſerant ab eo. Rex etiam ſtatim a principio, ex quo iram adverſus eum altius conceperat, procuravit longius ab eo amovere duos probos & honeſtos clericos nutritos ab adoleſcentia de bonis ipſius Archiepiſcopi, quorum unus erat theſaurarius Eboracenſis, & alter canonicus Sarum; & uterque Johannes dictus erat: ne in opportunitatibus ſuis Archiepiſcopus illorum conſilio vel auxilio uteretur. Alterumque eligi & ordinari epiſcopum Pictavenſem; alterum vero exulare juſſit. Sed & epiſcopum Herefordenſem Gilebertum propius aſcitum optinuit a domino papa transferri in Londonienſem epiſcopum, ſicut putabatur, ut eſſet archiepiſcopus & ejus conſiliarius.

CONSUETUDINUM illarum plura capitula erant de libertatis eccleſiaſticæ conculcatione, de cleri omnimoda oppreſſione: Ut clericus accuſatus de furto, vel rapina, vel hujuſmodi, primo veniat in curiam regis. Item, ut pro quantocunque crimine non excommunicetur comes, vel baro, vel officialis regis,

rege inconſulto. Item ne appellationes fierent ad dominum papam, niſi poſt litem auditam in foro eccleſiaſtico coram decano, archidiacono, epiſcopo, archiepiſcopo, & tandem in curia regis. Ne ad dominum papam iter arriperent epiſcopi, vel alii clerici vocati ab eo, vel appellati, vel appellantes ad eum, niſi per licentiam regis. Ne omnis controverſia de fidei vel ſacramenti tranſgreſſione ſit in foro eccleſiaſtico; ſed tantum de fide adacta, pro nuptiis, vel dote, vel hujuſmodi, quæ non debent fieri niſi in facie eccleſiæ. De aliter dato fidei ſacramento, ut de debitis, vel ſic, ſtatuit rex cauſam eſſe in foro laico. Item ut epiſcopi aſſint omnibus ſecularibus judiciis regis, præterquam judicio ſanguinis, & aliis in hunc modum, quæ palam cum ſacris canonum conſtitutionibus diſſonantiam reſonabant. Sed ſcriptæ numquam prius fuerant, nec etiam omnino fuerant in regno Angliæ hæ conſuetudines. Et etiam ſi fuiſſent, ne de antiquitate & uſu potius quam de jure niteretur, rex, in illis ſpuriis ſtatutis firmandis, attendere debuiſſet: quia Dominus dicit, leges meas cuſtodite. Item illud, Væ qui condunt leges iniquas. Item nuſquam invenitur Dominum dixiſſe, ego ſum conſuetudo; ſed dixit, ego ſum veritas. Item conſuetudinis uſuſve longævi non tanta eſt auctoritas; ut aut rationem, ut ait imperator paganus, vincat aut legem. Immo, revelatione facta æquitatis & veritatis, cedat uſus rationi; ut in decretis ſcripſerunt ſancti patres: quorum ergo contra rationem & eccleſiaſticam libertatem ſtatuit & ſcripſit rex chriſtianus. Sed Archiepiſcopus Thomas, integer vitæ ſceleriſque purus, alias non poterat attemptari. Immo exquiſitiſſimo dolo & arte maligna hoc ei procuratum eſt, ut vel has traditiones corroborans incideret in manus Dei, vel reſpuens incideret in manus regis: & condemnaretur turbator regiæ majeſtatis, inimicus coronæ, & occideretur. Dicebaturque hoc commentum fuiſſe Rogeri archiepiſcopi Eboracenſis, & Gileberti Londonienſis, & Johannis epiſcopi Sarum. Nam & poſtmodum ſuper hoc a domino papa ſeveriſſime redarguti, ſe purgaverunt in facie hominum, præſtitis ſacramentis. Hilario prius tamen obito, exquirit rex aſſenſum cleri, in hiis ſtatutis firmandis. Proponitur tandem Archiepiſcopo, & contradicentibus epiſcopis diſcrimen a regis interpretibus, tanquam regi coronam regni auferre velit, ſi hæc decreta confirmare contradixerit. Archiepiſcopus annitentibus epiſcopis diu reſtitit, diu contradixit. Tandem

ultimi

ultimi nuntii regis venerunt, lacrymoſis verbis expreſſe ei ſeorſim tracto ſignificantes, quid futurum erat, ſi non adquieſceret. Timore mortis, & ut regem mitigaret, adquievit ad tempus, aſſenſu & in verbo veritatis ſtipulatione, & ſigillorum ſuorum impreſſione. Archiepiſcopus, & ille Eboracenſis, & omnes epiſcopi, ſtatuta illa firmaverunt ſervanda regi legitime, ſine dolo malo, in bona fide. Rex eadem poſtea decreta tranſmiſit domino papæ confirmanda; quæ ipſe lecta & intellecta reprobavit, expavit, damnavit.

ARCHIEPISCOPUS Dei electus, poſt caſum fortior erectus, ſpiritum reſumpſit, poenituit, & ſe ipſum auſterioribus alimentis & indumentis gravius coepit affligere, & ſe ab officio altaris ſuſpendit, donec per confeſſionem & condignos poenitentiæ fructus a Romano pontifice abſolutus, meruit relaxari. Vere pœnituit, quia, quantumcunque in eo erat, errata revocare & corrigere parat: coepiſcopis revocare conceſſa vel nolentibus, vel regis timore, qui incubuit ſuper eos, non audentibus. Ad familiare regis domicilium, lapideo muro circumſeptam indaginem de Wodeſtoke, ubi audierat eſſe regem, iter agit Archiepiſcopus, aliquid ei locuturus; ſed a janua repulſus redit Cantuariam. In maritima apud Rumeneye, villam ſuam, Archiepiſcopus recedere deliberans, ut regis iram ad tempus declinaret, bis attemptavit mare; ſed ventum vel nullum habuit vel contrarium. Quod auditum, regis iram inflammavit. Unde rex poſtmodum aliud generale edicit concilium; locum deſignans apud Norhamptonam. Octava ſancti Michaelis, feria tertia, concilii dicta dies aderat; ipſa venimus Northamptonam. Regem ea die non vidit Archiepiſcopus: quia rex circa rivos aquarum & fluenta in avibus cœli ludens veniendo, Norhamtonam ſero intravit. Craſtino mane, dicta miſſa & horis, Archiepiſcopus ad curiam venit, ad caſtrum regis: in cameram primam intromiſſus, ſedit regem expectans, qui tunc miſſam audiebat: cui venienti venerabiliter aſſurgens, vultum exhibuit conſtantem, placidum, ad oſculi conſuetam Anglis gratiam offerendam verecunde recipiendam paratum ſi rex praeoccuparet. Ad oſculum receptus non eſt. Primam ſumpſit Archiepiſcopus loquendi materiam, de Willelmo de Curci, qui unum hoſpitiorum ſuorum occupaverat; petebatque a rege, ut illud ſibi vacuari præciperet: præcepit. Secundus ſermo ejus fuit, quod ad vocationem ipſius, pro verbo, quod ei moverat Johannes Mareſcallus, venerat.

 Siquidem

Siquidem Johannes petebat ab Archiepiſcopo terram unam, membrum quoddam villæ archiepiſcopalis de Pagaham. Et aliquot diebus pro cauſa illa ſibi deſignatis, cum breve regis in curiam Archiepiſcopi venerat: ubi cum non proficeret, nullo ſiquidem jure munitus, quod tunc lex erat; probavit tandem defectum curiæ Archiepiſcopi, ſed ſuper librum troporum extractum de ſub pallio ſuo: cauſantibus juſtitiariis curiæ Archiepiſcopi, quod neque librum ad hoc, neque talem attuliſſe deberet. Reverſuſque ad regem, litteras citationis Archiepiſcopi in curia regis ei reſponſuri emeruerat: præſtituta liti die exaltationis ſanctæ crucis. Ad diem autem illam Archiepiſcopus non venerat; ſed miſerat regi quatuor milites, cum litteris ſuis & vicecomitis Cantiæ pariter atteſtantis injuriam Johannis, & imperfectum probationis ejus. Sed quid? Indigne ferens rex, quod ab eo citatus Archiepiſcopus in propria perſona non venerat, hoc, ſi vellet, allegaturus, male tractavit nuncios ipſius, moleſtus eis in ira & minis; tanquam qui contra regis citationem, in curiam ejus excuſationem falſam & minus utilem attulerant: & tandem datis vadibus, eos vix relaxavit. Et aliam diem, ad inſtantiam prædicti Johannis, rex pro eadem cauſa præfixit, literis ſuis ad vicecomitem Cantiæ de Archiepiſcopo citando emiſſis. Nec tunc enim, nec diu ante, ei ſcribere voluerat; quia eum ſalutare nolebat. Nec aliam per litteras ſibi directas ſolennem & primam, ut antiqui moris erat, habuerat Archiepiſcopus ad concilium citationem. Dixit, inquam, Archiepiſcopus ſe ex mandato regis pro cauſa Johannis veniſſe: ad quod rex ait, Johannem eſſe in ejus ſervitio Londoniæ; venturum autem in proximo, & tunc de eorum cauſa cognoſceret. Erat ſiquidem & Johannes ille cum theſaurariis & cæteris fiſcalis regalis, numiſmatis, pecuniæ, & publici æris receptoribus Londoniæ, ad quadrangulam tabulam, quæ dicitur Calculis bicoloribus, vulgo Scaccarium; potius autem eſt regis tabula nummis albicoloribus: ubi etiam placita coronæ regis tractantur. Eo die inter regem & Archiepiſcopum nil amplius actum eſt: ſed dixit rex ei, ut ad hoſpitium iret, & in craſtino ad cauſam ſuam reverteretur. Rediit. Secunda die, conſidentibus epiſcopis, comitibus, & baronibus Angliæ omnibus, Normanniæ pluribus, præter Rophenſem epiſcopum, qui nondum venerat, & quendam alium; Archiepiſcopus læſæ majeſtatis coronæ regiæ arguitur. Quia, ſcilicet, ut ſupra narratum eſt,

a rege

a rege citatus pro cauſa Johannis, neque veniſſet neque idonee ſe excuſaſſet. Archiepiſcopi depulſio nullum locum habuit; allegata Johannis ſupradicta injuria, & juriſdictione hujus cauſa ſua propria, & curiæ ſuæ integritate. Rex exegit judicium. Archiepiſcopi ratio nulla eſt approbata. Viſum eſt omnibus ex reverentia majeſtatis & ex aſtrictione ligii homagii, quod domino regi Archiepiſcopus fecerat, & ex fidelitate & obſervantia terreni ejus honoris, quam ei juraverat; quod parum eſſet defenſus vel excuſatus: quia citatus a rege neque venerat, neque corporis infirmitatem, vel neceſſariam, quæ differri non poſſet, eccleſiaſtici officii adminiſtrationem per nuntios allegaverat: Condemnandumque eum dixerunt in poenam pecuniariam omnium bonorum ſuorum mobilium ad miſericordiam regis. De proferendo judicio diſtantia fuit inter epiſcopos & barones, utriſque alteris illud imponentibus, utriſque ſe excuſantibus. Aiunt barones: Vos epiſcopi debetis pronuntiare ſententiam; ad nos non pertinet hoc: Nos laici ſumus, vos perſonæ eccleſiaſticæ, ſicut ille; conſacerdotes ejus, coepiſcopi ejus. Ad hæc aliquis epiſcoporum: Immo veſtri potius eſt hoc officii, non noſtri; non enim eſt hoc judicium eccleſiaſticum, ſed ſeculare. Non ſedemus hic epiſcopi, ſed barones. Nos barones & vos barones pares hic ſumus. Ordinis autem noſtri rationi fruſtra innitimini. Quia ſi in nobis ordinationem attenditis, & in ipſo ſimiliter attendere debetis. Eo autem ipſo quod enim epiſcopi ſumus, non poſſumus Archiepiſcopum, & dominum noſtrum judicare. Sed quid? Rex, hac audita de pronunciando controverſia, motus eſt; & controverſari ſuper hoc deſitum eſt. Dominus Wintonienſis impoſitus dicere, tandem & invitus pronunciavit. Archiepiſcopus autem, quia ſententiæ vel recordationi curiæ regis Angliæ non licet contradicere, ſuſtinuit, conſilio epiſcoporum; adacta ad mitigandum & honorandum regem ſolemni in manum ipſius miſſione, quaſi conceſſionis judicii, ut moris eſt ibi: Et omnibus epiſcopis datis vadibus, præter Gilebertum illum Londonienſem, qui rogatus pro eo ſpondere noluit: quæ ejus ſingularitas notam fecit.

Post, eadem die, conventus eſt Archiepiſcopus de trecentis libris perceptis de caſtellaria Eye & Bercham. Archiepiſcopus, litis declinatione præmiſſa, ut qui ad hoc citatus non fuit, ait, non ut in lite, ſe hanc pecuniam & multo plurem miſiſſe, ad

reparationem palatii Londoniæ & caſtrorum prædictorum, ut cernere erat. Rex noluit eſſe auctor ejus, quod hoc per eum factum eſſet. Exigit judicium. Archiepiſcopus gratia regi reddere acquieſcens pecuniam hanc, quoniam omnino nolebat, ut quantalibet pecunia eſſet irarum inter eos cauſa, ſemotim laicos fidejuſſores comitem Glouceſtriæ & Willielmum de Einesf, & tertium quendam, homines ſuos, interpoſuit. Sub hoc fine die illa diſcedebant.

DIE tertia, Cerci condictione, convenitur Archiepiſcopus per internuncios, de quingentis marcis, ex cauſa commodati in exercitu Toloſæ, & aliis quingentis marcis ex cauſa fidejuſſionis regis pro eo, erga quendam Judæum ibidem. Item convenitur actione tutelæ de omnibus perceptis ab archiepiſcopatu vacante, ſeu aliis epiſcopatibus & abbatiis tempore cancellariæ ejus vacantibus: Jubeturque ſuper his omnibus regi rationem exponere. Reſpondit Archiepiſcopus, ſe non ad hoc veniſſe paratum vel citatum. Super hoc ſi convenire deberet, loco & tempore, domino ſuo regi, quod juris eſſet, faceret. Exegit rex ab eo ſuper hoc cautionem fidejuſſoriam. Dixit ille, ſe oportere ſuper hoc habere conſilium ſuffraganeorum & clericorum ſuorum. Rex ſuſtinuit. Ille diſceſſit, & ex illa die amplius ad hoſpitium ejus non venerunt eum videre barones, ut alii milites, intellecto regis animo.

QUARTA die, ad hoſpitium domini Archiepiſcopi venerunt omnes eccleſiaſticæ perſonæ illæ. Cum epiſcopis ſemotim, cum abbatibus ſemotim, ſuper hujuſmodi tractatum habuit, conſilium captavit. Conſilio nobilis Henrici Wintoniæ epiſcopi, ordinatoris ejus, qui ei ad hoc auxilium validum promiſit, temptatum eſt, ſi regem pecunia poſſent delinire: & optulit ei duo millia marcarum. Rex noluit. Fuerunt aliqui de clero, qui dicerent Archiepiſcopo, quod pro debito officii ſuſcepti, eccleſiam Dei tueretur, perſonam ſuam & dignitatem attenderet; regem honorificaret in omnibus, ſalva Dei & eccleſiaſtici honoris reverentia; nihil adverſi eſſe quod timere deberet, cum ei nullum crimen, nulla turpitudo imponeretur. Cantuarienſi eccleſiæ redditus fuerat liber a cancellaria & omni regis ſeculari querela; cum quælibet etiam abbatia vacans monachum alienum abbatem ſibi electum recipere nolit, niſi immunem ab omni obedientia abbatis ejus ſibi dimiſſum. Aliis, ſecreto regis aure & mente inclinatioribus, longe alia mens erat, dicentibus, Do-

minus

minus rex ei in ira moleſtus eſt. Ex certis ſignis animum regis interpretamur hunc eſſe, quod dominus Archiepiſcopus ſuper omnibus, & ſuper reddendo archiepiſcopatu, omnino miſericordiæ regis ſe ſupponat. Inter quos & Hilarius Ciceſtrenſis in partem regis inclinatior, ait ei: Utinam poſſes eſſe non Archiepiſcopus, & remanere Thomas. Hic etiam alias dixit de eo; Omnis plantatio, quam non plantavit pater cœleſtis, eradicabitur. Quaſi diceret, quia electionem ejus regis declarata voluntas præceſſit. De quo Archiepiſcopus, poſtea in exilio ſuo, alicui dixit: Et hic inter fratres locum optinuit Judæ proditoris. Poſtmodumque, ante revocationem & pacem Archiepiſcopi, quaſi de eo percuſſus, expiravit. Iſte Ciceſtrenſis perſecutus, pro ſe & aliis quibuſdam complicibus ſuis, ait; Ex convictu & familiaritate cancellariæ, regem melius noſtis quam nos. Indubitatum eſt nobis, contendendo an cedendo melius vincatur. In cancellaria ei, & in pace & in guerra, probe & laudabiliter officioſus, & ſine invidia tamen, laudem inveniſtis: Qui vobis tunc inviderunt, nunc regem accendunt adverſus vos. Quis de tanto ratiocinio, de tam incerta pecunia poſſet ſpondere pro vobis? Dicitur, regem dixiſſe, quod non amplius in Anglia ſimul eritis, ille rex, vos Archiepiſcopus. Ad miſericordiam ejus relinquere omnia tutius eſt; ne forte, quod abſit, vos tanquam cancellarium & rationalem ſuum, pro pecunia ſua conventum, tanquam reum repetundarum & fidejuſſoribus carentem retineat, vel manum in vos mittat; unde eccleſiæ Angliæ dolorem, & regni facies contrahat ruborem.

DICEBAT aliquis, Abſit ut ſic ſibi & corporis ſui ſaluti conſulat, & Cantuarienſem eccleſiam, quæ eum ſibi elegit, inhonoret. Nullus hoc ſuorum fecit anteceſſorum; & tamen perſecutiones in diebus illis paſſi ſunt. Præterea beneficium archiepiſcopale villas & hujuſmodi in manu domini regis forte poſſet, ſalvo jure eccleſiæ, refutare ad tempus; ſuum officium vero nequaquam. Ita in varias conſulti diſtrahebantur ſententias: aliis ſic, aliis vero non ſic.

QUINTA dies, quæ & dominica erat, tota conſiliis dedita eſt. Vix reficiendi hora reſpirare licebat. Archiepiſcopus ab hoſpitio non diſceſſit.

SEXTA die, languor repente ut fit ortus, eum moratus eſt, quo minus ad curiam iret. Siquidem renes ejus frigore & dolore contremuerunt: oportuitque cervicalia calefacere, & viciſſim

ciſſim apponere. Quo audito, rex miſit omnes comites ſuos, barones plurimos, reſponſum captati conſilii quærens ab eo, & proponens, velletne de reddenda ratione receptorum, tempore cancellariæ, de vacantibus eccleſiis fidejuſſoriam præſtare cautionem, & ſuper hoc curiæ ſuæ ſtare judicio. Reſpondit per epiſcopos Archiepiſcopus, quod ſcilicet ei pro corporis adverſa valetudine, in craſtino ad curiam veniret, facturus quod deberet. In craſtino mane, ad quoddam altare ſancti Stephani protomartyris celebravit miſſam, *Etenim ſederunt*. Illius miſſæ cantionem ſtatim inſidiantes ei regis delatores, & nuntiant, maligne interpretantes, quod pro ſe, quaſi altero Stephano protomartyre, contra regem & ſuos iniquos eum proſequentes, Archiepiſcopus illam miſſam celebraret. Poſt ad curiam vadit. Obiter præcedenti eum ait Alexandro crucis ſuæ bajulo; Melius egiſſem, ſi in noſtris inſtrumentis veniſſem. Propoſuerat enim, quod nudis pedibus incedens, & reveſtitus, & crucem bajulans, ad regem intraret, ei pro pace eccleſiæ ſupplicaturus. Sed ab hoc propoſito eum clerici ſui averterunt, neque quod crucem tollere vellet. Intraturus in aulam caſtri, cum equo deſcendiſſet, crucem, quam primam bajulaverat Alexander Walenſis, in manibus accepit. Aderat ibi ad oſtium aulæ epiſcopus prædictus Londonienſis; cui Hugo de Nunant, quidam archidiaconus Lixovienſis, qui cum Archiepiſcopo venerat & de domo ejus erat; Domine præſul Londonienſis, ut quod ſuſtines, quod crucem ipſe bajulat? Epiſcopus; Bone homo, ſemper fuit ſtultus, & ſemper erit. Omnes enim, Archiepiſcopo ingreſſo, viam cedebant. In cameram ſe recepit; loco ſolito ſedit; epiſcopi juxta eum, Londonienſis propius. Qui aderant, obſtupuere omnes, & in eum oculi omnium intendebant. Epiſcopus Londonienſis ſuadebat, ut crucem uni clericorum ſuorum traderet. Paratum eum dicebat, quaſi vellet totum regnum turbare. Crucem, ait Londonienſis, in manibus tenetis; ſi modo rex gladium ſuum accipiat, en bene ornatum Archiepiſcopum. Archiepiſcopus; ſi fieri poſſet, meum, inquit, eſſet ſemper eam in manibus propriis ferre: nunc autem ſcio quid faciam. Equidem ut pacem Dei conſervem, perſonæ meæ & Anglorum eccleſiæ. Dicis ut libet, tu ſi hic ſis, aliter ſentias. Si autem dominus rex, ut dicis, modo gladium acciperet, hoc utique ſignum pacis non eſſet. Forte memor erat Archiepiſcopus, in quam arcto res fuerat apud Clarendonam,

6

donam, quando, erumpentibus lacrymis, nuncii regis ad eum venerunt.

VOCATI ad regem omnes epiſcopi, multam ibi introrſus moram faciunt; & cum eis Rogerus ille archiepiſcopus Eboraci, qui ultimus ad curiam veniebat, ut conſpector ingrederetur, & de conſilio illo regis eſſe non videretur: qui & ſuam e regione anticrucem ſibi præferri faciebat, "quaſi pila minantia pilis." Prohibitus etiam a domino papa, literis ſibi emiſſis, ne in provincia Cantuarienſi crucem anteſignacius ejus ferret: ſed accepta prohibitione de falſa domini Cantuarienſis ſuggeſtione, appellationem interpoſuerat, qua ſe tutum gerebat. Nec mirum, ſi dolor, & gemitus, & contritio cordis obſediſſent Archiepiſcopum: nam audierat, quod ea die, vel per ſententiam qualemcunque caperetur, vel ſi hoc evaderet, facta contra eum pravorum conjuratione, occideretur, congreſſus, quaſi rege neſciente. Interim ſilentio ait Archiepiſcopo ſuus in divina pagina magiſter Herbertus: Domine, ſi forte miſerint manus impias in vos, in promptu habeatis excommunicationis in eos ferre ſententiam: ut tamen ſpiritus ſalvus fiat in die Domini. Cui Willielmus filius Stephani, qui ad pedes Archiepiſcopi aſſidebat, aliquantulum clare dixit, ut audiret Archiepiſcopus: Abſit hoc ab eo. Non ita fecerunt ſancti apoſtoli & martyres Dei, cum caperentur & raperentur ſublimes. Potius, ſi hoc contigerit, oret pro eis & ignoſcat, & in ſua patientia animam ſuam poſſideat. Si enim eum pro cauſa juſtitiæ & libertatis eccleſiaſticæ pati contigerit, præſtante Domino, anima ejus erit in requie, memoria in benedictione. Si ſententiam in eos proferret, videretur omnibus, quod ex ira & impatientia, hoc quod poſſet, in ultionem ſui feciſſet. Et proculdubio contra decreta ageret; ut ſcribit beatus Gregorius Januario archiepiſcopo: Nil te oſtendis de cœleſtibus cogitare, ſed terrenam te habere converſationem ſignificas, dum pro vindicta propriæ injuriæ, quod ſacris regulis prohibetur, maledictionem anathematis invexiſti. Johannes Plenata hæc audiens, lacrymas erumpentes laborabat retinere. Similiter & Radulphus de Dici, archidiaconus Londonienſis, poſtea decanus, plurimum ea die ibi lacrymatus eſt. Archiepiſcopus talia audiens, conferebat in corde ſuo. Poſt modicum, idem Willielmus filius Stephani volens loqui Archiepiſcopo, & a quodam mareſcallo regis, qui cum virga ſua aſtabat, prohibitus, dicente, quod nullus ei loqueretur: Poſt intervallum, intendens in Archiepiſcopum, erectione

ctione oculorum & motu labiorum, ſignum fecit ei, quod crucis ſuæ exemplum, crucifixi, quam tenebat, imaginem reſpiceret, & quod in oratione eſſet. Archiepiſcopus ſignum illud intellexit bene, & fecit ſic, confortatus in Domino. Quod, poſt plures annos, Archiepiſcopus in Galliis exul apud Sanctum Benedictum ſupra Ligerim, eidem Willielmo ad dominum papam eunti, inter cæteram anguſtiarum ſuarum recordationem memoravit. Deus bone, quam multi clericorum & militum, qui aderant, veras & luculentas de contemptu mundi proferebant ſententias, cum ſolus ibi crucem tenens ſedebat Archiepiſcopus & omnes ſuffraganei epiſcopi ejus; & comites & barones ad regem evocati eſſent, & elongati ab eo. Dicebat aliquis: O ſeculum captioſum! cujus tanquam maris tranquilli, quamvis aliquando ſerena ſit ſuperficies, intus tamen tempeſtates habet abſconditas. Alius aliquis: Omnium rerum viciſſitudo eſt. Amor Domini non eſt. O honores mundi! in quibus etiam quæ, ſperantur, timenda ſunt.

Episcopi introrſus cum rege colloquentes, inter cætera dixerunt ei, quod ipſa die cum veniſſent ad Archiepiſcopum, malæ tractationis redarguti ſunt ab eo, quod ſcilicet nuper eum inimicitius tractaſſent cum baronibus, & ſeverius juſto judicaſſent, & inaudito more: Quoniam etſi pro una abſentia, quam ſuperſiſam dicunt, non tamen contumacia judicari deberet, non deberent eum condemnaſſe ad miſericordiam regis, in pœnam pecuniariam omnium bonorum mobilium. Hoc enim modo deſtrui poſſet Cantuarienſis eccleſia, ſi rex immiſericors eum obdurare vellet. Et ipſis epiſcopis baronibuſque captioſum tale in tali caſu poſſet eſſe judicium. Sed conſtitutum eſſe in ſingulis comitatibus ſummam unam pecuniæ, condemnatis in pœnam pecuniariam ad miſericordiam regis ſolvendam. In Londonia ſiquidem centum ſolidi conſtituti ſunt. In Cantia, quæ mari propius admota, piratas a litore Angliæ habet arcere, & primum ſibi ictum in bellis contra hoſtes alienigenas vendicat; quo majus eſt ei onus, major eſt ei data libertas: & ibi quadraginta ſolidi conſtituti ſunt taliter condemnatis. Ipſeque domicilium & ſedem ſuam habens in Cantia, ſaltem ad legem Cantiæ judicari & taxari deberet. Dicebant etiam epiſcopi, quod adhuc ipſa die, infra decem dies datæ ſententiæ, eos ad dominum papam appellaverat; & ne de cætero eum judicarent pro ſeculari querela quæ de tempore ante Archiepiſcopum ei moveretur, autoritate domini papæ prohibuerat.

Motus rex, miſit ei comites ſuos & barones plurimos, quærere ab eo, ſi hujus appellationis & prohibitionis ſe gereret autorem; maxime cum homo ejus ligius eſſet, tenereturque ei & communi ſacramento & ſpeciali apud Clarendonam ſtipulatione in verbo veritatis, quod regales ſuas dignitates in bona fide, ſine dolo malo & legitime conſervaret. Inter quas, hæc una eſt, ut epiſcopi ejus omnibus aſſint judiciis, præterquam judicio ſanguinis. Quærere etiam ab eo, ſi vellet cavere, datis vadibus, de ratiocinio cancellariæ reddendo, & ſuper hoc curiæ ejus ſtare judicio. Ad quod ille, reſpecta crucifixi imagine, animum & vultum firmans & reſidens, ut ſuam Archiepiſcopi conſervaret dignitatem, luculentam & æqualem, ut nec in uno verbo ſubſiſteret, orationem habuit hujuſmodi.

Viri, fratres, domini regis comites & barones, ego equidem domino noſtro regi, ligio, homanagio, fidelitate & ſacramento adſtrictus ſum: ſed ſacramentum maxime ſacerdotale comites habet juſtitiam & æquitatem. Honori & fidelitati domini regis teneor, tam devota quam debita ſubjectione, propter Deum, obſequium in omnibus præſtare, ſalva Dei obedientia, & dignitate eccleſiaſtica, & perſonæ meæ honore epiſcopali, litem declinans, ut qui neque ad exponendum ratiocinium, neque ad cauſam aliquam, præterquam ad cauſam Johannis, vocationem habui, neque alii in cauſa reſponſioni faciendæ vel judicio audiendo, teneor hic obnoxius. Fateor & recolo, me plurimas adminiſtrationes & dignitates a domino rege ſuſcepiſſe; in quibus ei fideliter deſervivi, citra & ultra mare: Et etiam, redditibus meis propriis omnibus in ſervitio ejus expenſis, gaudeo quod æris plurimi debitorem me creditoribus obligavi. Cum autem ex permiſſione divina, & domini regis gratia, Archiepiſcopus electus conſecrari deberem, ante conſecrationem a rege immunis dimiſſus ſum, & eccleſiæ Cantuarienſi redditus, liber, quietus, & ſolutus ab omni regis querela ſeculari, licet modo hoc in ira diffiteatur; quod probe plurimi veſtrum noverunt, omneſque eccleſiaſticæ regni hujus perſonæ. Voſque hujus veritatis conſcios oro & obteſtor, ut domino regi hæc ſuggeratis, contra quem, etiamſi eſt licitum, non eſt tutum teſtes nominare: nec modo opus eſt, quia non litigo. Poſt conſecrationem, diſpoſui honorem & onus ſuſceptum opera & opere excolere, & eccleſiæ Dei aliquatenus prodeſſe, cui non ſpiciebar præeſſe. Qua in re ſi non datur

prodire

prodire, ſi nequeo proficere, reflante adverſitate, non domino regi, non alii cuiquam, ſed principaliter peccatis meis id imputo. Potens eſt Dominus augere gratiam cui & cum voluerit.

DE reddendo ratiocinio fidejuſſores dare non poſſum. Omnes epiſcopos, & opitulares amicos meos, jam hic obligavi: neque ad hoc cogi debeo; quia mihi hoc adjudicatum non eſt. Neque in cauſa ſum ratiocinii, quia ad cauſam illam non vocatus fui, neque aliquam habui ad cauſam citationem, prætérquam ad cauſam cum Johanne Mareſcallo. Quod autem de prohibitione facta hodie epiſcopis ſeu appellatione, mihi inſtatis, recognoſco equidem me coepiſcopis meis dixiſſe, quod pro una abſentia, non tamen contumacia, ſeverius juſto me condemnaverunt, & præter morem & exemplum longe retro vetuſtatis. Unde & eos appellavi, prohibens ne de ſeculari querela temporis ante ſuſceptum Archiepiſcopium, me iterum, hac pendente appellatione, judicent; & adhuc appello; & tam perſonam meam quam Cantuarienſem eccleſiam ſub Dei & domini papæ colloco protectione.

FINIERAT. Proceres cum ſilentio ad regem revertebantur, verba ejus penſiculantes & examinantes. Alii dicebant, Ecce prohibitionis ex ore ejus audivimus blaſphemiam. Aliqui baronum & ſtipatorum lateris regii, obtorto collo incedentes, & obliquis oculis reſpicientes eum, loquebantur inter ſe aliquantulum clare, & ut ipſe audiret. Rex Willielmus, qui ſubegit Angliam, novit clericos ſuos domare. Ipſum fratrem ſuum Odonem, Baiocenſem epiſcopum, rebellem ſibi, cepit. Stigandum Cantuarienſem archiepiſcopum, nigranti injectum puteo, perpetuo carceri damnavit. Pater etiam domini noſtri regis Goffridus, comes Andegaviæ, qui & Normanniam in manu forti ſibi ſubdidit, Sagienſem electum & plures clericorum ejus fecit ejurari, & eunuchorum ante ſe in pelvi afferri membra; quia citra aſſenſum ejus electioni Sagienſis eccleſiæ de ſe factæ, aſſenſum præbuit, & ſe electum gerebat.

REX reſponſo Archiepiſcopi accepto, inſtat epiſcopis, præcipiens & obteſtans per homanagium & fidelitatem ſibi debitam & juratam, ut ſimul cum baronibus de Archiepiſcopo ſibi dictent ſententiam. Illi ſe excuſare cœperunt, per interpoſitam Archiepiſcopi prohibitionem. Rex non adquievit; aſſerens, quod non teneat hæc ejus ſimplex prohibitio contra hoc quod Clarendona factum & juratum fuerat. E contra regi ingerunt

epiſcopi,

epiſcopi, quod apponere, & in quo ſuper eos manum aggravare poſſit Archiepiſcopus, ſi ab eis prohibitioni & appellationi paritum non fuerit: & pro bono regis & regni, velle & debere prohibitioni factæ adquieſcere. Tandem rege ſuaſo, epiſcopi captato conſilio ſuo, ad Archiepiſcopum intrant. Flebat Robertus Lincolnienſis, & quidam alii lacrymas vix continebant. Tunc præfatus Ciceſtrienſis ſic orſus eſt: Domine Archipræſul, ſalva gratia veſtra, habemus quod de vobis plurimum queramur. Plurimum nos epiſcopos veſtros offendiſtis; in angiportu magno nos incluſiſtis, quaſi inter malleum & incudem nos miſiſtis, hac prohibitione veſtra; cui ſi non paruerimus, inobedientiæ, ſi paruerimus, conſtitutionis & offenſæ regiæ vinculis illaqueamur. Nuper enim apud Clarendonam vobis congregati, a domino rege conventi fuimus de obſervandis regalibus ſuis dignitatibus; & ne forte hæſitare poſſemus, ipſas de quibus loquebatur conſuetudines ſuas regales ſcriptas nobis oſtendit. Tandem illis ſpoſpondimus aſſenſum, promiſimus obſervantiam: vos primo loco, nos ſuffraganei veſtri poſtmodum, ex veſtro præcepto. Ad hæc cum ſuper hoc exigeret a nobis dominus rex cautionem juratoriam, & per ſigillorum noſtrorum impreſſionem, diximus, ſufficere ſibi debere pro ſacramento ſacerdotali, quod dicebamus ei, in verbo veritatis, regales ſuas illas dignitates nos obſervaturos in bona fide, ſine dolo malo, & legitime. Dominus rex perſuaſus adquievit. Quo contra nunc nos venire compellitis, interdicendo, ne ei, quod de nobis exigit, adeſſe poſſimus judicio. Ab hoc gravamine, & ne quid ad læſionem noſtram addatis, dominum papam appellamus, & hac vice prohibitioni veſtræ præſtamus obedientiam.

ARCHIEPISCOPUS: Quod dicitis, audio, & Deo propitio appellationis proſecutioni adero. Clarendonae autem nihil conceſſum eſt a me, vel a vobis per me, niſi ſalvo honore eccleſiaſtico. Ut enim vos ipſi dicitis, has tres ibi retinuimus determinationes, in bona fide, ſine dolo malo, & legitime; per quas ſalvæ ſunt eccleſiis noſtris dignitates, quas e jure pontificio habemus. Quod enim contra fidem eccleſiæ debitam & contra leges Dei eſt, non poteſt in bona fide & legitime obſervari: Item, non eſt Chriſtiani regis dignitas, ubi eccleſiaſtica, quam obſervandam juravit, perit libertas. Ad hæc, eaſdem quas dicitis dignitates, regales ſcriptas, dominus rex ſummo pontifici confirmandas tranſmiſit; & reportatæ ſunt ab eo potius

improbatæ quam approbatæ. Exemplum nobis dedit & doctrinam, ut & nos ita faciamus, parati cum eccleſia Romana recipere quæ recipit, reſpuere quæ reſpuit. Præterea ſi lapſi ſumus Clarendonæ, caro enim infirma, ſpiritum reſumere debemus, in virtute Spiritus Sancti contra hoſtem antiquum eniti; qui utrumque procurat, ut & qui ſtat cadat, & qui cecidit non reſurgat. Si ſub ſtipulatione in verbo veritatis ibi conceſſimus vel roboravimus injuſta, noſtis quia illicita intrantes nullo jure obligantur.

REDEUNT ad regem epiſcopi, & in pace a judicando Archiepiſcopum excuſati a baronibus ſummoti ſcorſum ſedent; nec minus a comitibus & baronibus ſuum exigit rex de Archiepiſcopo judicium. Evocantur quidam vicecomites & ſecundæ dignitatis barones, antiqui dierum, ut addantur eis & aſſint judicio. Poſt aliquantam moram ad Archiepiſcopum redeunt proceres. Comes Legreceſtriæ quibuſdam aliorum imponens ut pronunciarent, renitentibus cepit negotium Clarendonæ habitum articulatim commemorare, ut ſuperius fecit; at minus hilaris Hylarius Ciceſtrenſis epiſcopus, quaſi inde manifeſta erat regiæ majeſtatis læſio, & promiſſionis in verbo veritatis ibi factæ tranſgreſſio: Dicebatque Archiepiſcopo, quod ſuum audiret judicium. Sed non plura paſſus, ait Archiepiſcopus, Quid eſt quod facere vultis? Veniſtis me judicare? non debetis. Judicium eſt ſententia lata poſt controverſiam. Ego hodie nihil dixi, ut in cauſa. Ad nullam cauſam huc vocatus fui, prætérquam ad cauſam Johannis, qui mecum non eſt expertus. Ad hæc me judicare non poteſtis. Ego qualiſcunque pater veſter ſum; vos autem proceres palatii, laicæ poteſtates, ſeculares perſonæ. Judicationem veſtram non audiam. Recedunt proceres. Poſt intervallum ſurgens Archiepiſcopus, & crucem ſuam bajulans, oſtium petebat, quod tota die obſtrictiſſime obſervatum, quaſi ultro apertum eſt ei. Aliquis maliloquus proſequens, eum ut perjurum regis exire dixit; aliquis, tanquam proditorem eum recedere, & domini ſui regis judicium aſportare.

O QUANTUM ſuſtinuit in illa die in ſpiritu martyrium! ſed felicior rediit a conſpectu concilii; quoniam dignus habitus eſt pro nomine Jeſu compati. Ille in aula hominibus ad faſcem lignorum non viſum ſibi offendit, ſed non cecidit. Ad oſtium, ubi equi ſui erant, venit. Suum aſcendens, magiſtrum Herbertum,

bertum, qui equum proprium, propter preſſuram nimiam, tam cito habere non poterat, ſecum ad hoſpitium transvexit, ad monaſterium ſancti Andreæ. Facta oratione ante altare, crucem poſtea ſecus aram beatæ Mariæ depoſuit. Sedit, & domeſtici ejus circa eum: Tunc ait ei Willielmus filius Stephani: Iſta equidem, iſta fuit amara dies. Cui ille, Ultima erit amarior. Et poſt modicum, ſuos hortatus, ait: Quiſque veſtrum in ſilentio & pace ſuæ ſe habeat. Amare verbum de ore veſtro non exeat. Nulli maledico quicquam reſpondeatis. Sinite eos conviciari. Superioris perſonæ eſt hoc pati; inferioris, hoc facere. Ut illi ſuarum linguarum, ita nos noſtrarum aurium domini ſumus. Non mihi maledicitur; ſed ei quod mali dicitur, in ſe recognoſcit.

REX, audito ipſius Archiepiſcopi diſceſſu, & quod eum ſui aulici turpiloquio proſequerentur, rogatus a Roberto de Milidono Herefordenſi epiſcopo, vel forte ab aliquo alio edoctus, dum adhuc non perrexiſſet, miſit, præcipiens, ut poſt eum voce præconia per vicos clamaretur, ne quis eum turpiloquio vel convicio læderet; ne quis omnino ei, vel alicui ſuorum, in aliquo moleſtus eſſet articulo. Archiepiſcopus ille ſero inter ſuos, ubi ſolebat, comedit. Poſt cœnam, milites ejus qui aderant, reddito ei homanagio ſuo, & impetrata licentia, cum lacrymis ab eo diſceſſerunt. Poſtea tres epiſcopos, Walterum Roffenſem, capellanum ſuum, & duos quos ordinaverat, Robertum Herefordenſem, Rogerum Wigornienſem, miſit regi Archiepiſcopus, quærere ab eo licentiam & conductum præſtari ſibi in craſtino receſſuro. Regem illi invenerunt hilarem; ſed diſtulit in craſtinum mane eis reſpondere. Reſponſo nunciorum accepto, Archiepiſcopus moram illam reſponſi regis aliquid ſibi afferre periculi veritus eſt.

NOX erat: hora ad complendum dicta. Dixit ſociis Archiepiſcopus, ſe velle in eccleſia vigilare. Unam quidem praeteritarum noctium in vigiliis & orationibus pernoctaverat in eccleſia cum clericis ſuis, facta afflictione, poſitiſque genibus, ad invocationem uniuſcujuſque ſancti vel ſanctæ in litania ſua nominatæ. Aiunt enim quidam de clericis ſuis, Volumus & nos vobiſcum in eccleſia vigilare. Ille, Ne unquam: Nolo vos vexari. In noctis intempeſtæ ſilentio tertius receſſit, nullo clericorum, nullo militum ſuorum comitatus. Quod cum in craſtino rex & omne concilium cognoviſſent, captato quid factu

 opus

opus eſſet conſilio, omnes poſſeſſiones Cantuarienſis eccleſiæ Archiepiſcopo in pace remanere dimiſit, nullo ejus officialium amoto, quia in appellatione hinc inde erant. Dominus autem rex, qui cauſas iſtas proſequerentur, ad dominum papam miſit incontinenti poſt eum ad calces ejus, archiepiſcopum Eboracenſem & epiſcopos quatuor, Gilebertum Londonienſem, Hylarium Ciceſtrenſem, Bartholomæum Exonienſem, Rogerum Wigornienſem, & comites duos & barones duos, clericos domeſticos domus ſuæ tres. Reliquium diei & concilii inſumitur in tractando de copiis pedeſtribus in Gualiam rebellem & regem Reſim fœderifragum ducendis: ſcribiturque a ſingulis perſonis, tam eccleſiaſticis quam ſecularibus, in regis rogantis auxilium promiſſa bellatorum peditum multitudo. Solvitur concilium.

CRASTINO mane nuncii tot & tanti ad portum maris Doveram tendunt, ocyus accelerantes, & putantes, quod Archiepiſcopus eos prævenire deberet. Archiepiſcopus inter timoratos Dei & ſuos neceſſarios latitando, & nocturnum quandoque iter agendo, a decimo quinto die poſt ſancti Michaelis, uſque ad ſecundam diem menſis Novembris in Anglia eſt moratus; uſque dum navis, cujus gubernatori & nautis ſe crederet, ſibi pararetur. Eademque die, commemorationis ſcilicet fidelium defunctorum, & ipſe & nuncii contra eum miſſi transfretaverunt: illi ad Portum Magnum, multa tamen acti tempeſtate, ut Londoniae epiſcopus capam & cucullam exueret, appulſi ſunt; Archiepiſcopus ſecretius ad Graveningas. Inde pedes ivit, & pauper cum duobus tantum conſervis uſque ad quoddam horreum Ciſtercienſium monachorum de Claro Mariſco. Magnitudine tamen animi ſpretor erat fortunæ modo ringentis, ut prius ridentis. Obiter, agnovit eum aliquis, & dixit: Hic quidem eſt ille olim Cancellarius Angliæ, modo Cantuarienſis Archiepiſcopus. Reſpondit, Solentne ſic ire Cantuariæ Archiepiſcopi? In villula quadam conduxit equum, cum ulterius pedes ire non poſſet; quem aſcendit abſque ſella. O Jeſu bone, multæ quidem tribulationes juſtorum & paſſiones hujus temporis, nec tamen condignæ præmiis, quæ reſervas tuis ad tempora retributionis. Ecce hic ſervus tuus Archiepiſcopus reliquit omnia: pauper, & inops & indigus ſecutus eſt te. Pace ſanctorum omnium dixerim, ſi tantum quiſque Deo immolat, quantum pro ipſius amore relinquit, non facile invenitur, qui Thomam

Thomam antecedat. Nam pro Chriſto & eccleſiæ libertate, ſua & ſuos contempſit; contempſit clericorum, officialium, ſuorum, propinquorum proſcriptionem. Quid amplius? contempſit mundum, contempſit & ſe ipſum. Sed hæc omnia vir Dei in multa patientia ſufferebat, malens non modo rerum, ſed & ſalutis ſubire jacturam, quam juſtitiam Dei & eccleſiæ libertatem abſque ſubventione vel ſaltem reclamatione periclitari.

Ventum eſt ad horreum illud. Inde cymba vectus eſt ad Clarum Mariſcum. Inde ad ſanctum Audomarum. Ubi ab abbate ſancti Bertini & conventu, piis erumpentibus lacrymis, cum gaudio uberiore ſuſcipitur. Ab Philippo filio Tierrici illuſtri comite Flandriæ rogato, conductum ei & ſecuritatem eundi ad dominum regem Francorum, præſtare, cum debita compaſſione & veneratione conventus, deſiderata impetravit. Moram aliquam faciens cum abbate ſancti Bertini, ſuos conſacerdotes & clericos & laceri agminis ſui aliquid ibi expectabat. Ibi equi, capella, veſtimenta & omnia neceſſaria ſibi & ſuis, qui ad eum venerunt, munificentia comitis, liberalitate abbatis & vicinarum perſonarum ad plenum miniſtratur. Ibi Ricardus de Luci nuncius regis Anglorum a domino rege Francorum rediens, ei facta prius multa perſuaſione repatriandi, homanagium ſuum reddidit. Inde cum proſequeretur iter ad dominum regem Franciæ, jam quadraginta equos ad præbendam ſuam habebat. Significato clericis ſuis, quos plures in Galliis habebat, ejus adventu, feſtinant & adduntur ei. Occurrunt undique ei ad Stratam venerabiles perſonæ Galliarum eccleſiæ. Ipſe etiam archiepiſcopus Rhemenſis frater regis Francorum Henricus, epiſcopi, abbates, archidiaconi, præpoſiti eccleſiarum, qui tanto exuli debita veneratione aggratulantur, & ei ſe & ſua liberaliter exponunt, & recipere neceſſaria a quadam devotæ caritatis inſtantia compellunt.

Innotuit adventus ipſius domino regi Francorum Ludowico Ludowici regis filio, qui pie in domino & compaſſus eſt contumeliam paſſo & congaudebat elapſo. Tandem rumor hic domino papæ Alexandro tertio divulgatus eſt; qui erat Senonis. Schiſma ſiquidem erat in ſancta Romana eccleſia, proh dolor! & Fretherícus Strenuus, ſi Deum amaret, imperator cum tota ſequela omnium terrarum ſuarum ſchiſmaticos unum, alium & tertium fovebat. Sed & nunciorum regis Angliæ adventus domino papæ innotuit; qui debita compaſſione condo-

O lens

lens Archiepiſcopo exuli, & congratulans pro libertate eccleſiæ decertanti ſcripſit ei, quod pauſaturus & reſpiraturus ſeorſum ſecederet, donec ad eum vocatus veniret. Pietate mota univerſa Gallia Archiepiſcopo compatiebatur; & contra regis Anglorum nuncios ſpiritus omnium incitabatur, maxime contra epiſcopos. Quod intelligentes omnes, Eboracenſis archiepiſcopus & quatuor epiſcopi & alii comitem Arundelli Willielmum de Albenni ducem ſuum faciunt; & interrogati obiter, cujus eſſet tanta familia, tantus comitatus, dicunt comitis Arundelli; ſuppreſſis nominibus epiſcoporum, proh pudor! veniunt tandem ad dominum papam. Affluxere undique quicunque ad curiam domini papæ venire poterant, de regno Franciæ, de Burgundia, videre & audire tot & tantos nuncios regis Anglorum; quod genus cauſæ haberent, quid eſſent dicturi facturive. In conſiſtorio celebri archiepiſcopus Eboracenſis & omnes epiſcopi præter Rogerum Wigornienſem; ſed & comes Arundelli & Reginaldus de ſancto Walerico, iſti omnes coram domino papa locuti ſunt. Omnium fere erat una ſententia de commendatione illuſtris regis Anglorum, tanquam catholici principis, devoti filii & benefactoris domini papæ, & ſanctæ Romanæ eccleſiæ pro parte ſua patroni, honeſti viri, amatoris pacis, magnifici principis, veneratoris perſonarum eccleſiaſticarum, donatoris eccleſiarum regni ſui ſecundum Deum & ſine ſimonia. Et ſi modo eſſet inter eum & Archiepiſcopum ſuum diſtantia, non eſſe culpam regis. Deus pacis & dilectionis, annitente domino papa & eccleſia Romana, cum placeret ei, ipſam bene ſedaret. Aliquis eorum, inter cætera, regis Anglorum potentatus & divitias diligenter commemorabat. Nullus omnino contra perſonam Archiepiſcopi, vel quod eam vel cauſam regis & ejus tangeret, aliquid dicebat. Singulis eodem modo reſpondit dominus papa: placet nobis regem Anglorum eſſe talem, tam bonum. Utinam augeat in eo Deus incrementa virtutum. Erant ibi ad pedes domini papæ in uno conceſſu tres vel quatuor clericorum Archiepiſcopi, quos valentes pro domino ſuo loqui dominus papa repreſſit, dicens non eſſe opus, cum adverſus Archiepiſcopum nihil diceretur.

COMES Arundelli efficacius cæteris & magis rhetorice, proſequente omni favore, locutus eſt, & omne tulit punctum. In ſecreto domini papæ auribus immurmurabant de Archiepiſcopi

copi

3

copi depoſitione, temptantes papam maximis promiſſis; tandem etiam adjecto quod denarium annuum beati Petri, qui nunc a ſolis aſcriptis glebæ, nec tamen ab omnibus datur in Anglia, rex faceret & confirmaret in perpetuum, ab omni habitatore terræ, ab omni domo a qua fumus exit in urbibus, caſtris, burgis, villis donari; creſceret quidem Romanæ eccleſiæ redditus in Anglia annuus, præter quod modo eſt, ad mille libras argenti. Sed cum dominum papam immotum & rigidi ſervatorem honeſti invenirent, ut eis juſſum fuerat ultra triduum non morari in curia, neque Archiepiſcopum ad cauſas proſequendas expectare, accepta benedictione & licentia redeunt.

Cum ecce una dierum ex altera parte fluminis cujuſdam, vident plures quam trecentos in equis de comitatu Archiepiſcopi ad dominum papam euntis; conſilioque communi remittunt unum clericorum regis, Widonem decanum de Waltham, videre & audire, quomodo acceptus debeat eſſe in curia Romana ipſius adventus. Cantuarienſi Archiepiſcopo Senonim appropinquanti obviam exiit in equis magna pars cardinalium, ad eum cum gaudio recipiendum.

Dominus papa intranti ad ſe aſſurrexit in oſculo & lacrymis & brachiis eum paterna miſeratione ſuſcipiens, & plurima cum veneratione & exhortatione conſolans. Ad vigiliam ſequentis natalis Domini, rex Anglorum nuncios ſuos apud Merlebergham recepit, & quendam nuncium proprium domini papæ. Rex vero propoſiti ſui inefficax jubet, in craſtino natalis, ſtatim Archiepiſcopum omnibus poſſeſſionibus deſtitui, & eccleſiam Cantuarienſem, cum omnibus terris & acceſſionibus ejus, & omnes eccleſias & redditus omnium clericorum ipſius, in manum ipſius recipi; omneſque propinquos Archiepiſcopi & clericos ſeu laicos de ipſius familia proſcribi, & a regno ſuo ejici. Secundo die natalis, veniunt Londoniam apparitores & officiales regis; inter quos quidam Randulphus de Brock, ſcelere ante alios immanior omnes; cui etiam laico crudeliſſimo & Archiepiſcopi inimiciſſimo, ſanctam illam eccleſiam Cantuarienſem, primariam Anglorum ſedem, cuſtodiendam, immo potius deſtruendam commiſit. Iſte cum aliis quibuſdam regii mandati eſt executor: faciunt imperata & pejora imperatis. Evocati extra urbem, apud Lamhedam, in ipſa domo Archiepiſcopi, jurant in exilium omnes

ejus

ejus propinqui in urbe Londonia inventi, ad primum ventum a terra venientem, a portu maris, & a natali ſolo exituri, & ad ipſum Archiepiſcopum directo itinere ituri; ſcil. ut & ipſi caro ejus carnem ejus macerent, doloribus ejus dolores addant; & quot ſociorum pro ipſo ejecti appareant, tot animam ejus ejectionis eorum gladii pertranſeant. Non tam cumulus bonorum jucundus eſſe poteſt, quam moleſta diſceſſio. Emigrant utriuſque ſexus propinqui ipſius, infantes alii, alii pendentes ab uberibus. Omnes etiam inventi clerici ejus & ſervientes ſimiliter: ſed & qui eum vagum in Anglia a facie regis & profugum una nocte ſuſceperant. Sed quid? nobilis illa Gallia miſerata omnes recepit: rex ipſe Francorum aliquos, Archiepiſcopi, epiſcopi, abbates, priores, comites, barones, præpoſiti, caſtellani, ſinguli aliquos. Sanctimoniales fœmineum ſexum & cunabula recipiunt. Partiti ſunt nobiles viri inter ſe inopes Jeſu Chriſti eo exules, boni Archiepiſcopi lacerum agmen, familiam deſolatam, nec quiſquam eorum egens erat inter illos nobiles Francos, beneficentiæ & communionis non oblitos. Qualibus hoſtiis promeretur Deus.

Bonus exul, ſervus Jeſu Chriſti Thomas Archiepiſcopus, in ſecreto confeſſus domino papæ, ſe peccaſſe, quod præcedente voluntate regis Anglorum electus eſt; item quod Clarendonæ conſenſit in ipſius decreta, decretis divinis contraria; dicitur Archiepiſcopatum in manum domini papæ refutaſſe, quaſi ob hæc eo indignum; dominumque papam ita triduo ſuſtinuiſſe, poſteaque ei reſignaſſe. Intellectaque in confeſſione vita Archiepiſcopi & pœnitentia interiore & duriore, eum in ulteriorem & ſinceriorem dilectionem admiſit, ſciens eum virum juſtum & ſanctum, & ad ſummum perfectionis, gratia Dei, & domeſticarum virtutum enitentem ſuffragiis.

Post aliquantam cum domino papa moram factam, Archiepiſcopus de conſilio & voluntate ejus Pontiniacum moraturus deſcendit, ad abbatiam ſcilicet Ciſtercienſis ordinis monachorum, qui ei & clericis ſuis plurimis & familiæ neceſſariæ, in neceſſariorum adminiſtratione hoſpitales fuere & liberales. Archiepiſcopus, toto tempore ſui exilii fere ſeptennis vacans pœnitentiæ ſuæ excolendæ, conſcientiæ mundandæ, vitæ ſanctificandæ, poſt miſſarum celebrationem & divinorum contemplationem, etiam ſtudio literarum & maxime divinæ paginæ operam dabat: libris etiam conſcribendis & perquirendis a domino

mino papa privilegiis. Nullum audiebat in Galliis eſſe antiquitatis vel approbatæ authoritatis librum, quem tranſcribi non faceret, nullum privilegium quod eccleſiæ ſuæ non perquireret, ut omni retro tempore optimis voluminibus & privilegiis eccleſia Cantuarienſis ita ditata & nobilitata non fuerit, ſicut tandem eam referſit. Archiepiſcopus exilii & ſuorum neceſſitatem æquanimiter ferre ſtuduit, bonis omnibus ſuis deſtitutus, & alienæ miſericordiæ manum expectans; anteponens exilii libertatem domeſticæ ſervituti, patienter tulit. Jactabat in Domino curam ſuam, & ipſe eum enutriit. Dedit ei Dominus gratiam in conſpectu omnis carnis. Archiepiſcopi exulis eadem quæ Teucri fuit ſententia, patria eſt, ubicunque homini bene eſt: eademque Naſonis, Omne ſolum forti patria.

O ANGLIA, quanti æſtimanda es, ex qua boni pelluntur; cum bonis prælatis debita negatur libertas, emigrandi ſæva imponitur neceſſitas? Albucius æquiſſimo animo Athenis exul philoſophabatur. Id ei non accidiſſet, ſi in republica quieſcens, Epicuri legibus paruiſſet. Archiepiſcopo exuli cum nunciabatur alicujus vel nepotum vel propinquorum ipſius mors, non movebatur; cum alicujus clericorum ſuorum, nunciorum ad dominum papam, male diſſimulabat: Ibi conſolabatur communi neceſſitate ferendæ conditionis humanæ, vitam reddendam eſſe terræ, terram omnibus metendam ut fruges; hic propriam cujuſque virtutem collaudabat, fatum deplorabat.

CIRCA primum elapſum exilii ſui annum, cum jam deferbuiſſe deberet regis excandeſcentia, ſcripſit ei bonus Archiepiſcopus exhortatorias literas illas; Deſiderio deſideravi &c. Aliqui religioſi viri Franciæ regem Anglorum in Normanniam & partes illas reducem pro Archiepiſcopo rogabant: ſed eum inexorabilem inveniebant. Plurimas ſcripſit Archiepiſcopus epiſtolas coepiſcopis ſuis; interdum omnibus communiter, aliquando ſemotim ſingulis; ut ſpiritum Dei reſumerent, & pro domo Dei, terreno abjecto timore, murum ſe opponerent. Gilebertus Londonienſis ei ſæpius reſcripſit; ſæpius pro cauſa illa etiam domino papæ perſuadere intendens, regium ſanguinem cum vicerit, vinci, ut in partem regis papa ferretur inclinatior, & ne aſperum quid adverſum regem loqueretur, occaſione Archiepiſcopi, ne forte in ſchiſmate illo generali, rex cum omnibus terris ſuis, parti adverſæ, cum imperatore apoſtatam fovente, adderetur; & tunc in threnos, ut verbo ejus

P utar,

utar, totus ire poſſet. Satis invenirentur, qui epiſcoporum regis Angliæ eccleſias & baculos de manu & obedientia idoli reciperent.

Hic idem epiſcopus proſcriptorum clericorum Archiepiſcopi redditus & eccleſias cuſtodiendas de manu regis receperat: & cum plurimis eorum conſolationem plurimam potuiſſet inpune impendiſſe, vel palam diſpertiens & donans ſua pauperibus clericis & deſtitutis, vel ſaltem ſub abſconſo chlamydis eorum animas confortans, neque Laurentius fuit neque Sebaſtianus. Robertus Uſcarl clericus ejus & officialis in redditibus eccleſiarum illarum colligendis, frugi homo eccleſias ad minorem dabat penſionem, ut majorem perciperet ſibi propter firmas donationem, & xenia inde majora ei provenirent, quæ regis fiſco non inferrentur. Archiepiſcopus autem excommunicaverat omnes, qui bona Cantuarienſis eccleſiæ vel eccleſias ſeu bona clericorum ſuorum propria temeritate vel regis occuparent auctoritate. Illi autem, proh dolor! non ſe gerebant excommunicatos: poſteaque in flore juventutis ſuæ plurimi ita obierunt, ut ille Robertus & Nigellus de Salcavilla, regis ſigilliferi: aliqui autem excommunicatorum Archiepiſcopi in carne ſua gravi ulcere vulnerati, quaſi percuſſi a Deo expiraverunt; ut Robertus vice-archidiaconus Cantuarienſis & ſacerdos de Chierlewda.

Episcopus autem Londonienſis eccleſiarum illarum curam ſuam, a domino papa plurimum redargutus, circa anni finem, regi reſignavit. Archiepiſcopus, inquam, ſuos ſuffraganeos literis emiſſis ſtudioſiſſime exhortabatur, ut ei & Cantuarienſi matri eccleſiæ ſuæ in unitate adhærerent, ne rex eorum conniventia vel diſſimulatione ita in Cantuarienſem deſæviret eccleſiam, & ita legibus iniquis clerum Angliæ opprimeret. Leges etiam illas Clarendonæ ſcripto damnavit, & omnes, qui eis conſenſerunt, ab earum obſervatione abſolvit. Rex his & hujuſmodi motus Archiepiſcopum ſummoveri fecit a Pontiniaco; timentibus monachis, ne omnes ſui ordinis, quos in terris ſuis rex Angliæ infinitos habebat, a terris ſuis ejiceret, ſi Archiepiſcopum quaſi inimicum regis amplius retinerent.

In capella domini regis, in cantico illo feſtivo, Chriſtus vincit, non dicebant, Archiepiſcopo, cum ventum eſſet ad illum verſum: ſed Archiepiſcopus, pax, ſalus & vita. Dominus Londonienſis epiſcopus ad preces ſolemnes, poſt ſermones

nes

nes ſuos vel in ſynodis ſuis, ad clerum, vel diebus feſtis, ad populum; cum non erat ſpes pacis regis & Archiepiſcopi, non nominabat Archiepiſcopum, ut oratio fieret ab eccleſia ad Deum pro eo: Cum rumor erat de eorum concordia, tunc faciebat de Archiepiſcopo memoriam; quod multi auditores notabant. Similiterque poſt fecit, cum reges Anglorum, pater & filius, erant concordes, dicebat in oratione ad miſſam; Da regibus noſtris; cum vero diſcordes, dicebat; Da regi noſtro, ſcil. ſeniori regni poſſeſſori, triumphum virtutis tuæ ſcienter excolere &c. Nec deerant, qui talia ſæpe notabant.

Piissimus & Deo dignus Ludowicus rex Francorum, quod quidem a principio voluerat, & ſancto Thomæ obtulerat, in ſuam curam recepit, & ei de redditu ſuo Senonico ad exhibendum ſe donavit nummos, annonam, vina, quantum ſervientes ipſius volebant, accipere: ſed & xeniis & muneribus eum frequenter coluit, & in propria viſitationis præſentia; dicebatque aliquando ei vel ejus clericis grates ſibi exſolventibus, non reddatis mihi gratiam; nunquam alicui vel aliquibus panem meum dedi, unde mihi gratum fuiſſet. Sed & ille Archiepiſcopus Senonenſis Willelmus, filius comitis Theobaldi nepotis ſenioris Henrici regis Angliæ, frater reginæ & trium comitum Franciæ, ætatem juvenculus morum gravitate tranſgrediens, qui meritorum favore, duas nobiles habere meruit eccleſias, Senonenſem titulatam & Carnotenſem commendatam, Archiepiſcopum in vera coluit dilectione; & omnis clerus & militia Galliæ. Extra urbem Senonicam apud ſanctæ Columbæ morabatur.

Jam dominus papa regi Anglorum ſolicitius ſcribere cœpit pro eo, tanto tempore elapſo, ut expiraſſe jam debuiſſet, ſi mortale fuiſſet odium & indignatio. Poſt multas ſuaviſſimaſque exhortationes epiſtolares, nuncios aliquos mittebat. Ita alternando, regem revocare a mentis calore intendebat. Cum autem pulſanti ei non aperiretur, aliquando, ſed temperate, minas addebat, diligenter ei ingerens, quod diutius eum ſupportaverat, patientia eum ad emendationem provocaverat; amplius eum ita ſuſtinere non poſſe, contra animæ ſuæ ſalutem. Interdum etiam & Archiepiſcopo conſilium dabat & licentiam animadvertendi in rebelles ſibi filios ſuos: etiam & Archiepiſcopum honoravit & exaltavit legatione & primatu Angliæ, ut quantum deerat illi in poſſeſſionum ſuarum amiſſione, ſuppleretur

pleretur ei in dignitatum acceſſione; & quod minus habebat in redditibus, recuperaret in honoribus.

IN regis Anglorum offenſam Jocelinus Sarum epiſcopus inciderat: ad gratiam ejus captandam, decanatum Sareſburiæ cuidam clerico regis Johanni Oxeneford donaverat; prius tamen prohibitus literis domini papæ, ne alicui perſonæ honorem illum donaret citra conſcientiam & conſenſum canonicorum ſuorum: quorum quidam de majoribus eccleſiæ, co-exules erant Archiepiſcopi. Unde auctoritate domini papæ, Archiepiſcopus illum excommunicavit. Epiſcopum Londonienſem propter trinam inobedientiam in literis notatam, eadem involvit ſententia: non vocatum tamen, abſentem & indefenſum. Unde & ipſe Londonienſis poſtea auſus eſt publice & in ſynodo contendere, quod eum illa non teneret ſententia. Sed qui Archiepiſcopi literas trinæ citationis, vel alias aſperum quid intonantes, in Angliam deferret, non inveniretur. Aliquos etiam barones & clericos laterales regis ſuis ex cauſis propriorum exceſſuum, excommunicavit, & publice excommunicatos denunciari præcepit. Sic nimirum ante leonem catuli verberantur. Hujus ſententiæ in Angliam portitor vix repertus eſt. A rege Angliæ miſſum eſt, ut abſolverentur, ad dominum papam: ſpem pacis jam promittebat. Reſcripſit papa, ut abſolverentur, & ab alio quam ab Archiepiſcopo, extraordinarie ſatis; ſed ut regem mitigaret. Et Archiepiſcopo etiam ad tempus organum detraxit, & poteſtatem ligandi regem vel ſuos, ut vel ſic regem victorem faceret, & ad conſilium Dei & ſuum inclinaret. Spe illa diu ſuſpenſus, & tandem deluſus dominus papa, cum oleum ſuum eorum non ſanaret infirma, iterum reſolvit os Archiepiſcopi, iterum attemptat vinum infundere. Rex iratus juſſit denarium ſancti Petri annuum in Anglia retineri ſibi. Iterum jubet, ſubtilius præcavens tandem, ut nullus in Angliam transfretaturus recipiatur, niſi habeat regis literas; ne forte aliquis interdicti ſententiam, quam ſciebat Archiepiſcopum habere, in Angliam deferret. Ex parte ſua, Londonienſis & cæteri epiſcopi Angliæ, ne quid interdicti in perſonas illorum vel in regnum Archiepiſcopus ſtatuat, annum fere totum includentes, appellationes faciunt & ſcribunt Archiepiſcopo, & non proſequuntur. Evoluto anno appellationes renovant & Archiepiſcopo ſignificant, eludentes ejus poteſtatem hujuſmodi ſruſtra-

fruſtrationibus. Noluerunt intelligere, quod appellatio hominum eſt adinventio, de jure civili eſt; introducta eſt ad repellenda injuſta gravamina, imminentia poſſeſſionibus noſtris vel corporibus. Unde etiam beatus Paulus, corpori ſuo timens, cum caperetur, ait; Cæſarem appello. In talibus habet locum, Appello; nec videtur ſapientibus catholicis, quod extendi debeat ad tollendam obedientiam, ad evacuandam majorem poteſtatem eccleſiaſticam, ad elidendam excommunicationem, quae non de jure humano, ſed ab ore Jeſu Chriſti eſt introducta, poteſtatem hanc dantis apoſtolis ſuis, ubi dicit; Quæcunque ligaveritis in terra, erunt ligata & in cœlo; quæ ſolveritis, ſoluta. Abſit enim, ut jus humanum præjudicet juri divino, & quod humanae eſt adinventionis adnihilet illud, quod divinae eſt conſtitutionis.

INTEREA plurimi epiſcoporum Angliæ de medio facti ſunt, ut præter Archiepiſcopatum Cantuarienſem, ſex in Anglia rex in manu ſua haberet vacantes epiſcopatus. Alii quidem ſenio confecti agebant in extremis, alii mortui.

SUA pro parte, dominus rex Francorum & optimates Galliæ, ſæpius hortatu domini papæ, ſæpius proprio ſpiritu, dolorem regis & regni Angliæ attendentes, regem pro bono pacis conveniunt. Tandem conſenſit rex Angliæ Archiepiſcopum Cantuarienſem ad colloquium eorum evocari. Plurima inter eos habita ſunt colloquia: ſed ſufficiet de aliquibus aliquid breviter dicere.

COLLOQUIO ad Plancas, cardinales Willielmus Papienſis, & Oto, & Archiepiſcopus Rothomagenſis maxime Archiepiſcopum temptaverunt. Vetus eſt, inquiunt, de providentia querela, & de his ſcriptis regiis conſuetudinibus inter reges & Archiepiſcopos Angliæ ſemper materia eſt corrixandi: hoc eſt caput querelæ, hæc malorum omnium origo. Et cum dicas; Te pacem eccleſiæ tuæ ſupra omnia diligere, & has execreris conſuetudines, modo parebit, modo certum dabis indicium. Pax eccleſiæ in manibus tuis eſt. Viſne renunciare archiepiſcopatui, ſi rex conſuetudinibus? Ille; Non hæc æqua lance librantur. Ego, enim, ſalvo honore eccleſiæ meæ & perſonæ meæ archiepiſcopatui renunciare non poſſum. Inauditum enim eſt hoc de anteceſſoribus meis. Regis honor & animæ ejus ſalus ſalva magis eſt in renunciando quam in retinendo conſuetudines: quod exinde patet, quia dominus papa eas damnavit,

& vos cum eccleſia Romana. Cum in hoc eum ſermone capere non poſſent, ut renunciaret; quæſierunt, ſi coram eis contra regem ſuper querelis habitis vellet litigare. Et ſimulabant, ſe habere, quam tamen non habebant, plenitudinem poteſtatis in cauſa. Reſpondit; Ita; ſi tamen prius integre reſtitueretur. Aiunt; illud eſſe impoſſibile. Ille; ſibi vel eccleſiæ Dei non aliter expedire. Tunc epiſcopi Angliæ totum annum includentes, quindecim diebus minus, faciunt appellationem, quam cardinales domino papæ ſcribunt.

COLLOQUIO apud Munt Mirail, ita bene ei per internuncios pacis promittebat rex Angliæ, quod fere inductus eſt omnino ſe voluntati regis ſupponere, ut rex ita viciſſe videretur. Aderant in illa ſententia archiepiſcopi Rhemenſis, Senonenſis, Rothomagenſis, rex Franciæ, epiſcopi & abbas de Monte Dei, de ordine Chertuſæ: Et quod de conſuetudinibus ſcriptis Clarendonæ non loqueretur. Quæ enim, aiunt, neceſſitas loquendi ſuper his? Scripto veſtro, auctoritate domini papæ, easdamnaſtis, & ab earum obſervatione omnes, qui aſſenſum praeſtiterant ſolviſtis. In craſtino colloquio ſemper retinuit; Salvo honore Dei, & libertate eccleſiæ. Mirabantur omnes prænominati. Rex Angliæ ait; Omnes hæ aberunt determinationes. Hic nihil erit ſophiſmatis. Mediatoribus ſupradictis ſuadentibus hæc relinquere, cum non adquieſceret, quaſi deſperati diſceſſerunt, relicto eo tanquam conſilii eorum deſertore. Ipſe ad ſocios ſuos ſe recipiens, dixit inter cætera; Deum ea die feciſſe ſummum ſibi honorem, unde maxime Deo gratificari habebant, qui, quod omnes poſtponebant alii, retinuerant honorem Dei in omnibus ſalvum fore. Sed plurimi ſociorum ejus, reditum in terram nativitatis ſuæ deſiderantes, quod pax non procederet, & quod a rege offerente ei reditum & reſtitutionem, ille in his determinationibus inhæreret, moleſte ferebant.

IN redeundo a colloquio illo, in ipſo comitatu regis Francorum, forte proxime ante Archiepiſcopum, quidam clericus ejus Henricus de Hoctuna equitabat: equus ejus offendit præceps: ille clare, ut audiret Archiepiſcopus, ironice ait equo ſuo; Progredere, ſalvo honore Dei & ſanctæ eccleſiæ & ordinis mei. Archiepiſcopus ægre ferens, tacuit. Poſt intervallum, ſecedens in partem cum clericis ſuis, ut equi reſpirarent & ſtillarent, ait eis: Dilecti ſocii, mecum omnia paſſi, ut quid contra

tra

tra me ita ſentitis & loquimini? Reditus, & reſtitutio noſtra minimum quidem eſt; libertas eccleſiæ, de qua rex non loquitur, longe pluris eſt. Pacem tandem recipiam, qua meliorem non potero; ſed nunquam ita curtas nundinas vidiſtis. Tamen poſtmodum in ſententiam boni Archiepiſcopi Thomæ, omnes præfati viri conſenſerunt, errorem ſuum damnaverunt, eum virum ſanctum, & fortem Dei athletam probaverunt, & in ipſius amplius confœderati & confirmati ſunt dilectione. Colloquio apud Montem Martyrum, cum rex Angliæ orationum gratia ad ſanctum Dionyſium veniſſet, & pallium optimum & quater viginti aureos oblationem ſuper altare poſuiſſet; ubi & a rege Franciæ & omni clero & militia, qui ei occurrerant, honorifice ſuſceptus eſt. Poſt, cum de pace ejus & Archiepiſcopi tractaretur; & Archiepiſcopus ſuper ſolitis articulis temptatus & interrogatus, ſemper idem invenitur: rex ad ſatisfaciendum auditoribus obtulit ſuper cauſa eorum tractanda, ſtare judicio cleri Franciæ, vel ſcholarium Pariſius; ſed de præcedente reſtitutione facienda non loquebatur. Et receſſit reginam & Philippum regis filium viſurus Pariſius; quaſi ita ſpreto Archiepiſcopo & rupto colloquio, quod Archiepiſcopus inter cætera moleſte tulit, dicens; quod forte ter vocaretur antequam amplius ad colloquendum veniret. Cum diſcordes hoc modo digrederentur ab invicem, effluxere dies.

TANDEM hoc domino papæ nunciatum eſt, quod concordia non procedebat.

ALIQUOD colloquium habendum erat apud Pontem Iſare. Ex condicto, die dicta, affuerunt archiepiſcopus Senonenſis & epiſcopus Bethlemita: rex Anglorum illuc venire noluit; ſed mandavit eis per nuncium illorum conventus, quod ſi vellent venire Giſorcium, loqueretur eis. Ita deluſa eſt eorum fatigatio, & expectatio Archiepiſcopi. Rex, comites & magnates Franciæ aliquando regem Angliæ convenerunt pro clericis Archiepiſcopi majoribus, qui cum eo remanſerant, ut ſaltem eis reditus ſuos reſtitueret. Si pro ſua promotione Archiepiſcopo ſerviebant, hoc mirum non erat. Non eos contingebat cauſa ipſius & Archiepiſcopi, quod ipſi duo inter ſe delirabant, clerici illi immerito plectebantur. Rex Angliæ adquievit, ut ad eum clerici illi accederent, ſalvo itu, ſtatu, reditu. Venerunt Andegavum ad Paſcha ſancta dominica in albis: ſiquidem ibi rex feſtivus comederat paſcha. Una dierum ſedit inter familiares

ſuos clericos illos auditurus. Primus ad eum vocatus intravit Johannes de Sarum: A rege ſalutato prius petiit pacem, & beneficiorum ſuorum eccleſiaſticorum reſtitutionem, quam regis offenſam ſciens in nullo meruerat, & paratus foret regi eſſe devotus, ſubditus & fidelis, ſicut domino ſuo terreno, ſalvo ordine ſuo. Dictum eſt ei pro rege; quod in terra regis natus, & nutritos ſuos ibi propinquos haberet, & de bonis terræ regis in magnam frugem multarum probitatum & divitiarum adoleverat; & oportere eum ſicut regni regis indigenam regi eſſe fidelem contra Archiepiſcopum & omnes homines; propoſitaque eſt ei forma ſacramenti ſi jurare vellet, quod regi fidelis foret de vita & membris ſuis, & honore ſuo terreno conſervando contra omnes homines, & nominatim, quod conſuetudines ſuas ſcriptas & regales ſuas dignitates legitime conſervaret, quidquid faceret dominus papa vel Archiepiſcopus. Ille omnia alia concedens, in Archiepiſcopi conſuetudinibus hæſit, dicens; ſe nutritum ab adoleſcentia de bonis Cantuariæ eccleſiæ, & juratum eſſe in domini papæ & Archiepiſcopi ſui obedientiam; neque poſſe Cantuariæ eccleſiæ vel domino ſuo Archiepiſcopo deeſſe, neque poſſe quarumlibet conſuetudinum obſervantiam ſuſcipere contra dominum papam & eccleſiam Cantuariæ; ſed cum domino papa & Archiepiſcopo ſe ait recipere, quæ ipſi prius reciperent, reſpuere, quæ reſpuerent. Rex non adquievit. Ille juſſus receſſit. Vocatus intravit magiſter Herbertus de Boſeham. Rex ſuis ait de eo; En videbitis quendam ſuperbum intrare. Ipſe quidem ſtatura ut erat procerus & forma venuſtus, etiam ſatis ſplendide erat indutus, habens, de quodam panno viridi Antiſiodorenſi, tunicam & pallium, ab humeris more Alemannorum dependens, ad talos demiſſum, ornamentum decenter contingentibus ſuis. Præfata regis ſalutatione, ſedit. Conventus eſt ſimili modo, quo Johannes, reſpondere cœpit ſimiliter Johanni fere: ſed hæſit in Archiepiſcopo & fidelitate, & conſuetudinibus illis ſcriptis. Archiepiſcopum de vitæ honeſtæ & regis fidelitate plurimum commendavit, dicens; illum ſolum eſſe regis fidelem, qui regem non permittit errare, ubi poteſt revocare: nam qui regi loquitur ad placitum, & ejus errorem, ſi quidem eſt, diſſimulat, & quem taciturnitas addicit, regi fidelis non eſt, fidem præterit, jurata mentitur. Ideoque ait; ſe non poſſe regi illam veram fidelitatem jurare, niſi vellet regi comes inſeparabilis adhærere, & eum, ubi eſſet juſte

corripiendus, corripere: Sciebatque regem hujus eſſe inſtituti & animi, quod eum non audiret, nec toleraret. De conſuetudinibus ait, quod dixerat Johannes; & adjecit, mirum ſibi videri, quod rex ſcribi illas fecerat. Sunt enim, ait, & in regnis aliis aliquæ malæ conſuetudines contra eccleſiam Dei, ſed non ſcriptæ: Ideoque quæ ſcriptæ non ſunt, ſpes eſt major, quod inſpirante regibus Deo exterminentur. Rex eum volens capere in ſermone, ait; Et quænam ſunt malæ conſuetudines in regno domini noſtri regis Francorum? Herbertus: Conſuetudines thelonei & paſagii, quæ etiam a clericis & peregrinis exiguntur. Item, obeunte epiſcopo, bona, domus, omnia mobilia, etiam feneſtræ & oſtia exportantur, & regis fiunt. Item forte ſimiles vel aliæ aliquæ malæ conſuetudines ſunt, ſed non ſcriptæ, in regno regis Alemannorum. Rex: Quare in nomine dignitatis derogas, non vocans eum imperatorem Alemannorum? Herbertus: Rex Alemannorum eſt; ſed ubi ſcribit, ſcribit imperator Romanorum ſemper Auguſtus. Rex ait, proh pudor! magna ſiquidem indignatio. Quid hic filius ſacerdotis regnum meum perturbat, & pacem meam inquietat? Herbertus: Ego minime; ſed neque filius ſum ſacerdotis, quia non fui genitus in ſacerdotio, licet poſtea ſacerdos fuerit pater meus: neque filius regis eſt, niſi quem pater rex genuit. Tunc ait quidam de aſſidentibus baronibus, Jordanus Tarſun: Equidem cujuſcunque filius ſit, vellem dimidium terræ meæ dediſſe, ut filius meus eſſet. Quod etiam verbum rex amare accepit & ſiluit. Poſt pauca, juſſit Herbertum abire; receſſit. Philippus de Calva, natu Lundon, qui duobus annis ante exilium Archiepiſcopi Turonis ſtuduerat, divinam paginam audiens, & leges docens apprimæ lectionis, & eloquentiſſimus ſed ægrotatus; ſed neque præſentiam Archiepiſcopi comitabatur, neque Romam mittebatur, neque regis & ejus diſtantiæ ſe immiſcebat; vocatus introiit. Hæc autem de eo dicta regi nota facta ſunt ibi; habuitque bonos interceſſores, qui dicerent regi, eum dixiſſe, cum audiſſet ſe occaſione Archiepiſcopi bonis ſuis in Anglia deſtitutum: Deus bone quid a me quærit ille bonus hoc rex? Rex itaque ſuaſus, ne nihil gratiæ faceret, huic ſacramentum propoſitum remiſit, pacem ſuam dedit, reſtitutionemque bonorum ſuorum conceſſit, & ſurgens ad alia ſe convertit negotia. Tandem hoc domino papæ ſignificatum eſt, quod concordia non procedebat. Habuit item a domino pa-

pa Archiepiſcopus auctoritatem dandæ ſententiæ in perſonam regis: ſed melius patientia & commonitionibus eum ad pœnitentiam & ſatisfactionem revocare intendebat. Quo audito rex miſit domino papæ nuncium Reginaldum Lumbardum, ut cum domino papa ageret, vel de transferendo Archiepiſcopo ad alium titulum archiepiſcopalis eccleſiæ, quum de depoſitione ipſius totiens fruſtra temptatus dominus papa, ſemper immobilis, & pecuniæ ſpretor, inventus eſt; vel de revocanda poteſtate illa commiſſa Archiepiſcopo animadvertendi in eum; vel de dilatione dandæ ſententiæ, ſub ſpe pacis & reconciliationis Archiepiſcopi, quam domino papæ rex permiſit. Et quidem ultimum illud Reginaldus ille a domino papa impetravit. Iterum & iterum dulcibus alloquiis & exhortationibus regem dominus papa compellat: Non proficiens hac via, minatur ſecurim ad radicem arboris ponendam. Quod proculdubio rex intelligens, jurare facit omnem Angliam a laico duodecim vel quindecim annorum ſupra, contra dominum papam & Archiepiſcopum, quod eorum non reciperent litteras, quodque litteras eorum deferens traderetur poteſtatibus, tanquam coronæ regis capitalis inimicus. Tamen hoc ſacramentum apoſtaſiæ nobilis quædam Domina filia Baldewini de Byervers viriliter agens & zelum habens obedientiæ Dei neque juravit neque aliquem hominum ſuorum jurare permiſit. Archiepiſcopus Eboracenſis ſimiliter. Alii epiſcopi qui in Anglia remanſerant, pro dolor! in parochiis ſacramentum illud jurari permiſerunt. Archiepiſcopus hoc audito tanto compatiens errori & apoſtaſiæ, miſſis clam litteris ad aliquos timoratos Dei, omnes qui inviti juraverant, a ſacramento abſolutos pronunciavit. Rex facit portus maris diſtrictiſſime obſervari. Interim in Angliam revertitur, & filium ſuum Henricum apud London imponente ei manum Archiepiſcopo Eboracenſi, ſupradicto Rogerio, præter ſpem & opinionem omnium fere totius regni, ſubito facit coronari. Archiepiſcopus Cantuarienſis ad hunc caſum oculos direxerat prudentiæ, & a domino papa litteras obtinuerat, in ſabbato dominicæ coronationis illius Eboracenſi & Londonienſi oblatas, ne ipſi vel alii epiſcopi Angliæ citra eum non ad hoc revocatum ei coronando manum imponerent; quia Cantuarienſis eccleſiæ hæc debebat eſſe coronatio. Nec minus pri-

die

die feſtum ſanctorum Viti & Modeſti coronatur. Rex ſtatim retransfretat: ſed prius cum filium ſuum rex Angliæ diſpoſuiſſet coronari, dixit hoc idem Wigornienſi tunc tranſmarino, tranſmarinus præcipiens ut repatriaret, & cum epiſcopis, qui pauci admodum ſupererant in Anglia, cognati ſui adeſſet coronationi. Nec tamen ſignificavit ei quod per manus impoſitionem Eboracenſis vellet eum coronari. Epiſcopus ſperans meliora, conceſſit, & ad maris portum Diepam venit. Rex in Angliam venerat. Regina, quæ in Normannia remanſerat, & Ricardus de Humet juſticiarius Normannorum, litteras miſerunt epiſcopo Wigornenſi ad portum prædictum ne transfretaret; alias etiam litteras præpoſito & tranſvectoribus naves habentibus, ne epiſcopum illum in Angliam tranſveherent. Sane intelligebant quod epiſcopus ille per Eboracenſem manus coronando impoſiturum, non permitteret illum coronari in provincia Cantuarienſi & vivente Cantuarienſi Archiepiſcopo; cujus dignitatis eſſe debebat regem novum conſecrare. Ita transfretare prohibitus, epiſcopus remanſit in Normannia. Poſt coronationem illam, rex ſtatim retransfretavit in Normanniam. Trans Faleſiam, ad tria millia; epiſcopus extra Faleſiam ad eum venit. Rex ei ſe vultuoſum oſtendit, & ſtatim in verba prorupit contumeliæ; dicens, nunc patet te proditorem eſſe. Præceperam tibi ego ipſe, quod coronationi filii mei adeſſes, & tibi diem prædixeram, adeſſe noluiſti; in quo, quod neque me, neque filii mei diligas promotionem, plane oſtendiſti. Equidem patet, quod inimico magis faveas, & me meoſque odio habeas: ſed redditus epiſcopatus tui amplius tibi non remanebunt. Eripiam eos a manibus tuis, quia & epiſcopatu & omni beneficio indignum te probaſti. Vere Roberti boni comitis avunculi mei filius nunquam fuiſti, qui me & te in caſtro illo nutrivit, & nos ibi, & prima elementa morum & litterarum doceri procuravit. Epiſcopus, de ſua ſecurus innocentia, regi ſimpliciter & modeſte acta narravit, quomodo ad portum uſque veniſſet, & quomodo ne transfretaret, litteras prohibitionis accepiſſet: Rex non credulus illi, & vehementiſſime accenſus ait: Regina eſt in caſtro illo Faleſiæ, & forte Ricardus de Humet vel adeſt vel in proximo aderit, laudaſne illos auctores? Epiſcopus, reginam minime, ne forte ſi reverentia vel timore veſtri verum ſupprimat, ad-

verſum

verſum me amplius excandeſcas. Si vero verum confiteatur, adverſus illam nobilem dominam irreverenter inſanias; non eſt mihi tibia tanti ut pro hoc unum verbum amarum ab ore veſtro audiat; malo ſic factum eſſe, quam me coronationi affuiſſe, quæ quidem injuſta, & contra Deum fuit, non ratione coronati, ſed præſumptione coronatoris; & ſi affuiſſem, illum ibi eum coronaſſe non ſuſtinuiſſem. Dicis me non fuiſſe filium comitis Rogeri, neſcio; matris meæ vel filius fui, cum qua totius conſulatus, & honoris jus hæreditatemque pater meus ſuſcepit; ſed vos facto condignæ retributionis non oſtenditis, quod pater meus, ille comes Rogerus, avunculus veſter fuit, quod vos honore condigno enutrierit, quod pro vobis regem Stephanum ſexdecim annis impugnans & inimicum impugnatoremque ſuſtinens tandem pro vobis in bello captus fuerit. Si hæc & hujuſmodi patris mei obſequia ad animum revocaſſetis, non ita fratres meos in exinanitionem & exterminium redegiſſetis. Fratris mei comitis tenuram & honorem mille militum, quem, avus veſter, rex illuſtris Henricus patri meo integrum dedit, vos feudo ducentorum & quadraginta militum decurtaſtis. Alium juniorem fratrem meum R. ſtrenuum, ut dicitur, militem ita inopem & opis indigum eſſe ſuſtinuiſtis, quod pro paupertate, relicta ſeculari militia & vita, hoſpitali Ieroſolymitano ſe in perpetuo ſerviturum donavit, & ſchema habitumque ſuſcepit. Veſtros domeſticos propinquos, & amicos ſic noſtis beare; bene meritos ſic conſueviſtis munerare. Quid mihi minas, & mala intentatis, quod epiſcopatus mei beneficiis me ſpoliare velitis? Ut libet moveor, non moveor, veſtra ſint, ſi vobis non ſufficiunt, quæ ab Archiepiſcopatu & ſex epiſcopatibus vacantibus & pluribus abbatiis, injuſte certe & animæ veſtræ periculo recipitis, & in uſus veſtros ſeculares redigitis, eleemoſynas patrum veſtrorum, bonorum regum, & patrimonia Jeſu Chriſti. Hæc & hujuſmodi dicta ſunt in audientia omnium, qui regi hinc inde lateris ſtipatores coequitabant; & ait ſociis ſuis quidam miles de Aquitania, qui epiſcopum ignorabat: Et quis iſte qui ſic loquitur? dictum eſt ei quod eſſet epiſcopus. Ille contra; equidem feliciter actum eſt cum rege, quod ſacerdos eſt ipſe. Si miles eſſet; duo jugera terræ regi non relinqueret. Alius autem quidam intendens regi placere, amarius epiſcopum objurgavit. Quod rex audiens, & indigne

ferens,

ferens, converſus ad illum, maximo eum turpiloquio dehoneſtavit, inter cætera dicens, putaſne, peſſime, ſi quæ volo dicam cognato & epiſcopo meo, liceat ideo tibi vel alii cuiquam eum verbis inhonorare, aut minis inſectari? Equidem vix manus contineo ab oculis tuis; tibi & aliis contra epiſcopum nefas ſit mutire. Ventum eſt ad hoſpitia. Poſt prandium rex & epiſcopus ſecreti & placide collocuti ſunt, & de pace Archiepiſcopi. Aliqua vice factus fuerat tumultus magnus in Anglia a juſtitiariis regis imponentibus quaſi crimen quibuſdam abbatibus, & perſonis eccleſiaſticis in Anglia, quod Archiepiſcopo exuli, regis ut dicebant inimico, pecuniam numeratam tranſmiſiſſent: Et quidem epiſcopo Wintonienſi hoc non audebant objicere, qui frequenti viſitatione & opportuna auri & argenti tranſmiſſione, pio compaſſionis affectu domini ſui Archiepiſcopi, quem ordinaverat, propulſaverat inopiam. Eorum autem quibus hoc objectum fuerat, alii, qui tamen hoc fecerant, timore incumbente ſuper eos ſe hoc feciſſe negaverunt, ut pacem haberent, eam pecunia ſua emerunt. Aliquis auſus eſt palam dicere; & quid nos arguitis opus feciſſe miſericordiæ inopi & exuli, & patri noſtro de pecunia noſtra donaſſe. Non eſt religioſus nec ſatis Chriſtianus qui calamitoſum negligit, afflicto non compatitur, pauperis non miſeretur. Dicitis eum regis eſſe inimicum; nos neſcimus, nec credimus. Et tamen ſi eſſet nobis inimicus, inimicum diligere jubemur propter Deum; eſurientem cibare, & potare ſitientem. Dictum fuit aliquem dixiſſe vel ſcripſiſſe regi Anglorum de Archiepiſcopo, ut, quid tenetur excluſus? melius tenebitur incluſus quam excluſus. Satiſque dictum fuit intelligenti. Unde & rex ad colloquium de pace feſtinavit, & ibi omnia prius negata, quæ ab eo petebantur, conceſſit. Prius tamen filio ſuo ita ſubito coronato, propter aliquod conſequens, quod potuit contingere; & ſi quid mali contigiſſet, non deberet propter eum puniri regnum, cujus ipſe rex non eſſet. Iſtud fuit arcana non enarrabile fibra regis Anglorum, novit Deus, qui ſcrutatur renes & corda; non ego. Sed qui ante rem in re poſt rem operibus crediderunt, hoc de eo intellexerunt. Item de concordia & pace Archiepiſcopi rex Francorum & nuncii domini papæ regem Anglorum ſubito compellant.

Adquievit mox rogari in ipſa æſtate. Igitur ſexto anno exilii Archiepiſcopi Thomæ nondum completo; pridie beatæ Mariæ

Magdalenæ congregantur apud Freiteuile archiepiſcopi Rhemenſis, Senonenſis, Rothomagenſis, Tyri, & dominus rex Francorum, & epiſcopus Nivernenſis, & abbas de Groſſo Monte, loco domini papæ, & epiſcopus Pictavenſis, & fere omnes epiſcopi Normanniæ; comites & magnates fere omnes Galliæ ad pacem inter regem Angliæ & Archiepiſcopum Cantuarienſem reformandam. Nullus epiſcoporum Angliæ ibi fuit præter Rogerum Wigornienſem. Ipſa die ad hoſpitium regis Francorum veniens rex Anglorum, cum ſecreto collocuti eſſent, poſt pauca jocando dixit rex Angliæ; & craſtina die habebit pacem ſuam latro veſter; & quidem bonam habebit. Rex Francorum, Quis inquam latro pro ſanctis Franciæ? Rex Anglorum, Ille noſter Cantuarienſis Archiepiſcopus. Rex Francorum, Utinam eſſet ita noſter quomodo veſter eſt; honor vobis erit coram Deo & hominibus, ſi ei pacem bonam feceritis, & nos vobis gratiam habebimus. Hæc in audientia dicta ſunt, ſecretius quæ voluere locuti ſunt. In craſtino exeunt omnes ad colloquium illud. Rex Francorum non aſcendit: forte ita convenerat inter eos, prece regis Angliæ promittentis ei ſe omnia ſine eo facturum, quæ poſtulaverat: Siquidem fatigaverat prius regem Anglorum pro Archiepiſcopo precibus multis. Et quoniam nunc ad colloquium hoc in terra regis Francorum rex Angliæ venerat, adquievit rex Francorum colloquio & concordiæ huic, ſpiritu magis & authoritate adeſſe, corporaliter abeſſe, & regi Angliæ propriæ libertatis & liberalitatis lora laxare; ut ſui juris magis eſſe videretur; cum rex eum Franciæ neque prece neque præſentia oneraret, & conſpectior in eo appareret miſericordia, pace, & gratia ſua Archiepiſcopo reddita, cum ſuæ ibi relictus eſſet voluntati, & nulli ſubjectus neceſſitati: Sapienti ſiquidem dominorum preces præcepta ſunt. Cum plurimi plurima hinc inde dixiſſent pro bono pacis & gratiæ eorum reſarciendæ, & rex adquieviſſet omnibus articulis pacis & libertatis eccleſiæ, & gratiæ, & reſtitutionis reddendæ Cantuarienſi eccleſiæ, & perſonæ Archiepiſcopi, & reſtitutionis terrarum & eccleſiarum faciendæ clericis ſeu omnibus pro Archiepiſcopo ſpoliatis, & donationis eccleſiarum archiepiſcopatus, quæ interim vacaverant Archiepiſcopo relinquendæ; ſiquidem rex clericis ſuis eas donaverat; nolens bonus Archiepiſcopus latere regem aliquid, quod poſtea poſſet inter eos offendiculi vel ſcandali cauſam generare; Sapientis ſiquidem eſt nec fallere nec falli

 velle,

velle, hujuſmodi habuit orationem: Domine mi rex, omnia quæ mihi feciſtis beneficia promotionis primæ & ſecundæ, & venerationis plurimæ, ſæpe ad memoriam revocans, grata & accepta fero, & in omnibus agens gratias, tanquam regi & domino terreno debitor vobis ſum & obnoxius, ſalvo Dei honore & ſanctæ eccleſiæ; & nunc potiſſimum, quia me modo ad pacem & gratiam veſtram revocatis & recipitis: Verum inter omnes malorum articulos, quos in ira & indignatione veſtra ſuſtinui proſcriptionis, ſpoliationis & ejectionis mei & meorum, vel cujuſcunque oppreſſionis eccleſiæ Cantuarienſis; unum eſt quod me plus movet, & quod intactum incorrectumve omittere neque poſſum neque debeo; ſcilicet, quod filium veſtrum per Eboracenſem archiepiſcopum in parochia Cantuarienſi coronari feciſtis, & hac dignitate regem ſacrandi eccleſiam Cantuarienſem ſpoliaſtis, quæ vos unctione miſericordiæ Dei unxit in regem, & quæ inter omnes dignitates ſuas hanc ſibi habuit peculiarem, propriam & ſpecialem, a tempore longe retro vetuſtatis, ex quo primum beatus Auguſtinus ſedem metropolitanam Cantuariæ conſtituit. Ad hæc rex: Accepi quidem & didici, quod inter cæteras regales regni mei dignitates, hæc quidem una eſt, quod ſi rex Angliæ filium ſuum vivens in regem promovere voluerit, ubicunque & per cujuſcunque civitatis archiepiſcopum vel epiſcopum voluerit, licet ei hoc facere. Et atavus meus rex Willielmus, qui ſubegit Angliam, ab archiepiſcopo Eboraci ſacrationem ſuſcepit & coronam Londoniæ. Et avus meus rex Henricus per manum epiſcopi Herefordienſis. Ad hæc Archiepiſcopus: Equidem verum eſt, quod reges illos illi coronaverunt; ſed in illorum coronamentis Cantuarienſis eccleſiæ dignitas non eſt imminuta: Nam cum regem unxit Willielmum Eboracenſis ille, quaſi vacabat ſedes Cantuariæ. Stigandus enim, qui tunc Cantuarienſi præeſſe videbatur eccleſiæ, archiepiſcopus non fuit; pallium ab ſancta Romana eccleſia nunquam ſuſceperat: Et vacante eccleſia Cantuarienſi, in clero Angliæ major eminebat & propius impellebatur archiepiſcopus Eboracenſis. Cum vero coronari deberet rex Henricus, ſanctus Anſelmus Cantuariæ Archiepiſcopus erat; ſed longinquo aberat, exulans apud Cluniacum. Quoniam autem mora revocationis ejus maxime poſſet eſſe regni periculo, ne interea guerra oriretur ſuper faciem terræ; ſubiit in locum & officium Archiepiſcopi abſentis unus ſuffraganeorum ejus, ille Herefordienſis, patris

ſalvans

ſalvans ei dignitatem. Rex ad hæc: Bene poteſt verum eſſe. Ego quod dixi, in cauſa contra Cantuarienſem eccleſiam non dico; ipſa me ſacravit, ipſius ubique volo ſalvam fore dignitatem. Si quid in eam commiſi, pro me paratus ſum corrigere domini papæ & eccleſiæ Romanæ arbitratu. Et vobis liceat ab archiepiſcopo Eboracenſi & epiſcopis Angliæ Cantuarienſi eccleſiæ & vobis illatas expoſtulare injurias. Satisfactum eſt Archiepiſcopo, & pro hac reſponſione & conceſſione regi gratiam redditurus, equo deſcendit, ad pedes regis ſe inclinaturus. Quod rex intelligens, ocyus equo deſiliit, & Archiepiſcopum amplexatus elevavit, aſcenſuro præbuit obſequium, orbem tenens, quo pes ejus dexter teneretur. Ab omnibus bonæ voluntatis hominibus, qui aderant, piæ erumpebant lacrymæ. Tunc rogatus eſt rex dare ei oſculum pacis: nam diu prius, cum inter eos de concordia tractaretur, reverſione & reſtitutione, & omnibus hujuſmodi articulis a rege conceſſis, ſed ſolo oſculo negato, pax diu hæſerat; dicente rege, ſe aliquando juraſſe in ira, quod eum nunquam oſcularetur. Unde conſultus dominus papa regem a tali, ſi fecerat, ſacramento abſolvit: Et ei injunxit in animæ ſuæ ſalutem, quod eum in bona pace oſcularetur. Rex ait; In terra mea centies ejus oſculabor os, manus, & pedes; centies ejus audiam miſſam; ſed modo differatur. Non loquor captioſe. Honor mihi eſt, ut in aliquo mihi deferre videatur: Et in terra mea oſculum dare, de majore videbitur gratia & benignitate, quod hic fieri videretur de neceſſitate. Aſſenſu omnium Archiepiſcopus adquievit. Lætati ſunt univerſi, clerus, militia, populus, omnis ætas, omnis ordo, qui hæc viderunt & audierunt. Poſtea ſoli dominus rex & Archiepiſcopus, ſeorſum diu ſecreto uſi ſunt conſilio. Solvitur conventus. Convenerat inter regem & Archiepiſcopum, quod in Galliam rediret Archiepiſcopus ſuis benefactoribus gratias referre, & domino papæ, nuntio & ſcripto ſuo: Acceptaque licentia, & compoſitis ad repatriandum rebus, ut ad regem rediret, qui vel in propria, ſi fieri poſſet, præſentia eum in Angliam reduceret; vel cum eo archiepiſcopum Rothomagenſem mitteret, ut rediens poſtliminio, cum multa veneratione, ſuſciperetur: Et interea, rege præcipiente, ut poſſeſſiones ablatæ ei & ſingulis reſtituerentur deſtitutis. Celebratur reſtitutio clericis Archiepiſcopi; non ſatis tamen plenaria: ſed neque Archiepiſcopo. Rex, ut ſupra dictum eſt, donaverat in diſſenſione vacantes quaſdam eccleſias Archiepiſcopi: & ſecun-

dum formam pacis revocat donationes illas, & Archiepiſcopo relinquit. Intrant in poſſeſſiones earum officiales clericorum, quibus Archiepiſcopus illas donaverat. Sed non multo poſt per officiales regis hi expelluntur, & reintrant quibus eas rex dederat. Præterea, reditus, & penſiones maneriorum archiepiſcopatus, ad proximum terminum ſancti Michaelis, non Archiepiſcopi ſed regis officiales recipiunt. Sapientes plurimi hæc taciti conſiderabant, & aliquid notabant. Archiepiſcopus ſtatim miſerat nuntium ſuum gratiam referens, de pace, domino papæ, & ſanctæ Romanæ eccleſiæ, & ſcripſerat ei formam pacis, & conceſſionem regis de ulciſcenda coronationis injuria, & forte nuntium illum expectabat. Et interea conventibus religioſis & opitularibus amicis ſuis, ſemotim ſingulis per Galliam gratias referre, & ab eis licentiam accipere vacabat. Ipſi autem nobiles Galli eum & ſuos, equis, veſtibus, & omnibus neceſſariis ſufficientiſſime inſtruxerunt, ut quos foverant exules, cum honore remitterent repatriantes. Regi Francorum in accipiendo ab eo licentiam dulciſſime, & affectuoſiſſime, cum omni gratiarum actione, inter cætera dixit; Nos imus in Angliam ludere pro capitibus. Rex Francorum ait; Ita mihi videtur. Equidem, domine Archiepiſcope, non dato tibi oſculo pacis, ſi mihi crederes, te regi tuo non crederes. Remane rege Lodovico vivente; non tibi vina, cibi, Galliæve opulentia deerit. Ille; Fiat voluntas Dei. Cum lacrymis extremum vale ſibi invicem dixerunt. Similiter & epiſcopo Pariſienſi eum deoſculanti inter cætera dixit; Vado in Angliam mori. In Anglia, cuidam religioſo & honeſto ſacerdoti Richardo de Halliwella, quidam ſerviens de curia regis peccata confeſſus, inter cætera dixit; ſe manibus ſuis impreſſiſſe ſigillo litteras miſſas in Angliam, ut occideretur Archiepiſcopus; & Nigellum de Salcavilla eas ſcripſiſſe lacrymantem: addidit etiam, ſe hoc confeſſum fuiſſe alicui epiſcopo Angliæ, & ab eo ſatisfactionem ſibi injungi poſtulaſſe. Epiſcopus ille, illi; & quid? Præceptum domini tui feciſti; & tanquam nihil commiſiſſet, nihil ei injunxit. Una dierum Reginaldus de Warenna intravit capitulum canonicorum de Suthwercha, quibus ipſe familiari dilectione, & fraternitatis eorum communicatione, & plurima devinctus erat beneficiorum collatione, & inter cætera cum loquerentur de hoc mundo immundo, de facinoroſum malitia, de vitiis, quæ, a patrum noſtrorum nobilitate degenerans, audet & apponit præſens

corruptior ætas: Ait eis; Obſecro orate Deum pro me inſtantius; neceſſe eſt; in proximo forte audietis in Anglia fieri, quæ a ſeculo non ſunt facta vel audita; & quoad me, contra me & meam voluntatem; ſed non ſum mei juris. Abhorruerunt canonici, qui hæc audierunt, neſcientes quid, vel de quo diceret; donec Reginaldo illo ſervato innocente a ſanguine juſti hujus, res tandem per alios facta eſt. Rex Anglorum interim Archiepiſcopo literas ſcripſit revocationis per Hugonem clericum, dicens, illam ejus moram in Gallia ſibi eſſe ſuſpectam; feſtinaret ergo in Angliam redire Archiepiſcopus; paratis omnibus, ad regem ex condicto revertitur. Primum venit ad eum apud Turonem, ibi nec rex, nec rogatus, oſculum dedit; nec Archiepiſcopus rogavit, ne feſtinus nimium & præproperus videretur. Iterum ad curiam venit apud Ambeiſe. Rex ipſa die adhuc miſſam erat auditurus. Nigellus de Salcavilla, regis clericus & ſigillifer, & cui unam de bonis eccleſiis Archiepiſcopi rex donaverat, quam modo timebat amittere, regi nuntiat Archiepiſcopum eſſe in capella; & forte tam tempeſtive & ante miſſam veniſſe, ut ei ad miſſam oſculum pacis ferat; ſed, ſi dominus rex velit, fraudari poſſe Archiepiſcopum oſculo. Rex; quonam modo? Ille; Dicat ſacerdos miſſam pro fidelibus defunctis. Rex adquievit, & factum eſt ita. Poſt illam miſſam dictum eſt, ut aſſolet, in veneratione dominæ noſtræ perpetuæ virginis Mariæ; Salve ſancta parens: quo dicto ſacerdos textum evangelii oſculatus eſt, & accedenti ad eum, & oſculanti Archiepiſcopo tradidit regi deferendum: quo oſculato, Archiepiſcopus regi ait; Domine modo in terram veſtram ad vos veni, date & mihi pro tempore, & loco, & condicto, pacis oſculum. Rex; alia vice ſatis habebis; quam repulſam, & Archiepiſcopus, & omnes taciti notaverunt. Rex & Archiepiſcopus die illa diu ſoli locuti ſunt. In ultimo autem concordiæ tenore pactus erat rex, Rothomagenſem contra eum venire, & omnia ejus debita creditoribus ſolvere, & de cætera pecunia Archiepiſcopi percepta ſatisfacere, & ibi eum ad oſculum recipere, & eum in Angliam comitari, vel Rothomagenſem cum eo mittere ad filium ſuum regem, ſuppleturum, ſi quid deeſſet plenariæ redintegrationis Archiepiſcopi vel ſuorum. Ibi a rege Anglorum cum ultima vice, licentia petita, diſceſſit. Rex ait ei; vade in pace, ſequar te, videbo te Rothomagi, vel in Anglia, quam citius potero.

Archiepiſ-

Archiepiſcopus; domine, dicit mihi animus, quod ſic diſcedo à vobis, quaſi quem amplius in hac vita non videbitis. Rex; habes me proditorem? Archiepiſcopus: abſit a te domine. A contra diſcedens Archiepiſcopus ex voluntate regis venit Rothomagum. Ibi autem ſolummodo nuntium regis, itineris ſui ducem, decanum Sareſberienſem accepit. Regis erat excuſatio quo minus in Angliam veniret cum eo; quia rex Francorum homines ejus Arumnos pararet expugnare. Audito a decano Sareſberienſi ad quid veniſſet, ait illi Archiepiſcopus; O quanta rerum mutatio! Archiepiſcopus Cantuarienſis, ita ſecure deberet tibi ducatum præbere, & paulo ſecurius, quam tu ei, in Angliam ituro. Archiepiſcopo autem Rothomagenſi, per quem ſupradicta inter eos convenerant, dixit; ubi ſunt hæc inter regem & me conventa? Quare in propria perſona non adeſt rex? Quid eſt de noſtræ pacis oſculo? Quid de pecunia? Creditores meos adduxi. Rex non ſtat verbo ſuo. Interrogatus item a Cantuarienſi Rothomagenſis, ſi regis de comitando eum in Angliam accepiſſet mandatum; ait, nequaquam; proſequeretur eum tamen ex dilectione, ſi vellet, ſed non oportere. Omnia in tuto eſſe ait. Pax ejus & ſecuritas, in tanta auctoritate, & tantorum præſentia formata & firmata erat. Ibi Archiepiſcopus Rothomagenſis ei trecentas libras monetæ ſuæ dono dedit. Ad mare Flandriæ vadit Archiepiſcopus, ſolo ductatore comitatus decano Sareſberienſi Johanne prædicto, conferens hæc omnia in corde ſuo, & maxime pactum ſibi in concordia deeſſe ſibi oſculum pacis. Sed tamen in Spiritu Sancto ſecurus cœptum iter agit, pro Deo & eccleſia non timidus mori. Jam autem acceperat nuntium, & litteras exhortationis a domino papa, ut ad eccleſiam ſuam intrepidus redeat, & miniſterium ſuum impleat; ſed & litteras ſeveriſſimæ juſtitiæ de præſumpta novi regis Angliæ coronatione, ſuſpenſionis quidem Archiepiſcopi Eboracenſis & omnium epiſcoporum, qui coronamento aderant; præter quam ſolius Bartholomæi Exonienſis; ſed & litteras in excommunicationem revocationis epiſcoporum Londinenſis & Saresberienſis, quippe alia prius vice fuerant excommunicati. Cum his de juſtitia litteris nuntius præmittitur, qui Eboracenſem & Londonienſem transfretare parantes tempeſtive apud Cantuariam invenit. Lectis de ſententia fulminante domini papæ litteris, in quibus & hoc unum verborum erat: Implemus facies veſtras ignominia. Concidit

3 in

in terram vultus eorum. Ad portum Wytſand jam erat Archiepiſcopus, ſerena erat cœli facies & maris, navis Archiepiſcopi parata, aliæ aliquæ naves transfretabant. Archiepiſcopus expectabat. Dicunt ei aliqui de clericis ſuis coexulibus, quibus natale ſolum deſiderio erat; domine, ecce jam Angliam videmus: Plurimorum transfretantium vela tument. Quare non aſcenditis navem? Nunquid nos eximus ſicut Moyſes, qui terram promiſſionis vidit quidem, ſed non intravit? Ille, inter cætera; ut quid feſtinatis? non effluent quadraginta dies ab ingreſſu veſtro in terram, malletis eſſe ubicunque terrarum, quam in Anglia. Jam paratum erat, & forte aliquem ab Anglia nuntium acceperat, quod ſi apud Doveram intraret appulſus, obvios eum accipientes graſſatores inveniret, qui ſubito peragerent rem; & quod ad mare acceſſiſſent Eboracenſis & Londinenſis ad confirmandum magis tam ſcelerati auſus opifices, ut de illorum in vicino poſitorum præſentia & ſecuritate audentiores redderentur. Navim ingreſſus ſacerdos Dei bonus Thomas, gubernatorem hortatur portum Sandwici petere, quoniam ille portus ſuus erat, & homines ſui de ipſius lætarentur adventu. Igitur Kalendas Decembris feria tertia apud Sandwicum appulſus eſt; quod audientes ſtatim officiales, vicecomes Cantiæ Gervaſius de Cornhelle, & Reginaldus de Warenna & milites eorum plurimi ſub capis & tunicis loricati, advolant in egreſſum ejus a navi, ſed viſo & audito Johanne loco regis ejus ductatore, diſcedunt, qui armati audiebantur; ſed ne nihil ageretur, vicecomes, & Reginaldus inter cætera verba, quærunt, ſi alienigena aliquis cum eo venerit, ut ſecundum legem a rege promulgatam exigant ab eo litteras regis de ingreſſu ſuo in Angliam, vel ſaltem ſacramentum de fidelitate regis, forte & ut eum provocarent, vel ſeditionem ſuſcitarent, talia loquebantur; ſed fruſtra: Ibi Archiepiſcopus pacificum eſſe ingreſſum ſuum, pacifice reſpondit, & non cum eo veniſſe niſi homines pacis, clericos ſuos & domeſticam familiam ſuam. Sane venerat cum eo quidam Archidiaconus Senonenſis, qui ei exulanti & ſuis multa contulerat beneficia: Hunc clericum ſibi adhæſiſſe dicebat. Exactiones hujuſmodi, vel litterarum, vel ſacramenti, ab eis debere & ſolere exigi, de quibus veriſimile eſſet, quod infirma regni explorare veniſſent. Inauditum eſſe quod a Cantuarienſis Archiepiſcopi clericis talia

exige-

exigerentur, nec ab eo inciperent. Res hoc modo quievit; niſi quod poſtea dixit ei vicecomes, quod in igne, & gladio terram intraverat; regem volebat decoronare; Archiepiſcopum Eboracenſem & omnes epiſcopos excommunicaverat, pro ſervitio regis: Et niſi, in brevi maturum ſuper hoc captaret conſilium, futurum aliquid, quod melius poſſet remanere. Ad taſta Archiepiſcopus reſpondit; ſe non pro rege coronamentum retractare; quippe qui ei quatuor talia regna, ſi poſſet ſecundum Deum, libenter perquirere vellet; ſed pro illis, qui contra Deum, & Cantuarienſis eccleſiæ dignitatem, hanc ſacrationem injuſte uſurpaverant: Nec hoc erat in terram ignem & gladium mittere, debitam peccatis epiſcoporum juſtitiam exercere. Mortem ei non minaretur quis, paratus enim venerat collum extendere pro juſtitia & veritate. Scripſit ſtatim de ingreſſu ſuo in Angliam domino papæ. Nunciatur eccleſiæ Cantuariæ, & urbi, appulſum eſſe dominum Archiepiſcopum. Hilarati ſunt oppido omnes a maximo uſque ad minimum. Ornatur facies templi. Induuntur ſericis, & veſtibus pretioſis. Parant epulum multiplex, lectiſternia capaciſſima. Recipitur cum proceſſione celebri Archiepiſcopus. Reſonat eccleſia canticis, & organis; atria claſſicis; urbs undique lætitia uberiore. Sermonem in capitulo dixit luculentiſſimum incipiens ab hoc verſu; Non habemus hic manentem civitatem, ſed futuram inquirimus. Duo Archidiaconi, ſcil. Galfridus Ridel Cantuarienſis, & Ricardus Pictavenſis, familiares regis, & de conſilio ejus; ſed quos Archiepiſcopus promoverat ad locum, in quo eminebant; qui etiam homines ipſius erant; jam in Cantiam venerant, ad regem illac transfretaturi. Audito autem quod Archiepiſcopus appulſus Cantuariæ eſſet, lora ſtatim diverterunt, ad occidentalis maris portus tendentes. Quod iter, malum ſignum fuiſſe viſum eſt pluribus. Archiepiſcopus Eboraci, & epiſcopus Londini, & Sareſburiæ per clericos ſuos nuncios Archiepiſcopum alloquuntur, quod in pace non veniſſet, ſed in igne, & flamma, coepiſcopos ſuos omnes conculcans, & ponens ſcabellum pedum ſuorum; non citatos, non auditos, non judicatos; ſed ſuffraganeos ejus dicebant occurriſſe ei ad mare, ut in proceſſione cum eccleſia Cantuariæ eum recepiſſent; ſed induti erant præter ſpem, & meritum quaſdam tunicas nigras, & diſſidentes, quibus exui, antequam ad eum venirent, neceſſe habebant, ſi ei placeret. Ille inter cætera,

ra, dicebat pacem peccatorum video non eſſe pacem, & huc uſque in his abſentiæ meæ diebus epiſcoporum noſtrorum [aliqui] ferant quæ ad pacem eis videbantur, ſed a domino papa bellum miſſum eſt bonum, ut rumpatur pax mala. Aſſit regula peccatis, quæ pœnas irroget æquas. Item non eſt pax vera niſi hominibus bonæ voluntatis. Putabat Jeruſalem, deliciis affluens, & nimis ſibi indulgens, ſibi eſſe pacem; ſed flevit eam Dominus miſertus, quia divinæ ultionis imminebat ei ſeveritas, abſondita ab oculis ejus. Item epiſcopi dicunt, quod non vocati fuerunt, non auditi in jure; ſane, non omnia cauſæ cognitionem deſiderant. Ubi manifeſta ſunt crimina, non indigent diſquiſitione, ſed potius debita correctione. Ad hæc reſpondit; ſententia hæc ſuſpenſionis, ſeu excommunicationis, non eſt mea ſed domini papæ: Neque noſtrum eſt de ejus ſententia diſputare. Probe intelligo temptativa eſſe & captioſa, quæ per vos nuncios proponunt epiſcopi; ut ſi confitear me non veniſſe cum poteſtate eos ſolvendi, me legatum infirmum in hac parte parvi pendant; ſi cum hac poteſtate abſolutionem ſuam per laicam poteſtatem a me extorqueant. Eis non inſidior. Illi meum ſanguinem ſitiunt. Utinam bibant; & bibent. Et cum tandem ſanum dediſſet reſipiſcendi & ſatisfaciendi conſilium, non adquieverunt, ſed appellaverunt. Voluit Londinenſis, poſtea ſicut dicebatur, optimam partem eligere ſibi, ut a legato & Archiepiſcopo ſuo pœnitens humiliatus & juri ſtare juratus abſolveretur; ſed forte, ne ſolus relinqueretur in certamine, non ſuſtinuit Eboracenſis, qui confiſus in theſauris pecuniæ, dicebat aliquando, ſe habere papam & regem cum ſcriniis ſuis. Conſilium dedit ut regem tranſmarinum ſimul adirent, ſignificarent ei univerſa.

BONUS Archiepiſcopus Thomas poſt octo dierum moram in ſede, præmittit nuntium domino regi juniori, ſignificans quod eum tanquam regem & dominum ſuum veniat videre. Adduxerat quidem ſecum tres pretioſos equos dextrarios, miræ velocitatis, elegantis ſtaturæ, formæ venuſtæ, ingredientes altius, crura mollia reponentes, micantes auribus, trementes membra, ſtare impatientes, amictos opertoriis, dictinctis floribus, & coloribus, quos ei, novo domino, novum exennium donare deſtinaverat. Diligebat enim ipſum admodum, ut modo dominum

num ſuum regem, quem puerum in domo, & curia ſua ipſe Cancellarius patris ſui regis prius nutrierat.

EPISCOPUS, & eccleſia Rophenſis eum, una die, procedentes obviam cum debita veneratione ſuſcipiunt. Londoniæ tertiam habuit proceſſionem, ad eccleſiam canonicorum regularium beatæ Mariæ in Suthwerca; exieratque ab urbe in occurſum ejus ab exilio revertentis, infinita multitudo clericorum, virorum, ac mulierum, in lætitia magna, laudantium, & benedicentium Deum de ipſius deſiderata repatriatione; per ſe congregati pauperes ſcholares, & clerici eccleſiarum Londinenſium in occurſum ejus, circiter ad tria millia egreſſi ab urbe: Archiepiſcopo viſo & appropinquante ad eos cœperunt canere altiſſime & ſereniſſime, Te Deum laudamus; ut & ipſi præ gaudio flentes, fere omnes auditores ad pietatis lacrymas provocarent; quorum ipſe devotioni & exultationi in Domino congaudens, capite inclinato gratiam habuit, & injecta in loculum eleemoſynarum palma, eis monetam extractam plena compaſſione & manu fecit diſtribui. Ad canonicalem eccleſiam de Suthwerca, ubi in domibus epiſcopi Wintonienſis erat hoſpitio recipiendus, cum tandem veniſſet, & deſcendiſſet, canonici religioſi cum omni gaudio, & facta proceſſione ad oſtium eccleſiæ ei obviantes, ipſorum & multorum piis irrumpentibus lacrymis, canere cœperunt reſponſorium; Benedictus Dominus Deus Iſrael; & infinita ibi multitudo, cleri, populi, omnis ætas, omnis ordo gaudio uberiore, & voce ſonora, canticum gratiarum & lætitiæ communis proſecuta eſt. Ibi, & inter cætera ſtrepitum quædam fatua & inverecunda & dicax, quæ curiis & conventibus publicis ſe ingerit, Matildis clamabat, & repetebat aliquoties; Archiepiſcope cave a cultello, ut omnes mirarentur quidnam prodigioſum ipſa audiſſet, quod ad cautelam ei, ſub tali verborum involucro, ſignificabat. Ibi in hoſpitio Epiſcopi Wintonienſis ſupranominati Henrici moram unius diei faciens, nuncium regis junioris accepit in craſtino Jocelinum, fratrem reginæ, de Arundello, quod nolebat rex eum ad ſe venire, neque eum per urbes & caſtra regni ire, ſed rediret potius Cantuariam, & in ſede ſua moraretur, inde ne exiret. Admiratus eſt Archiepiſcopus, intellexitque de ſpiritu regis illius junioris talia non procedere; & quæſivit a Jocelino, ſi a pacis ſuæ communione & fiducia eum ſummotum eſſe rex ei denuntiaret. Ille, quod dixi mandavit tibi;

&

& exiens vultuoſus vidit quendam civem Londinenſem obvium ſibi, hominem divitem, cui & dixit; Nunquid & tu veniſti ad inimicum regis? redi ocyus, conſulo tibi. Ille; ſi inimicum regis eum habetis nos neſcimus; audivimus & vidimus regis tranſmarini litteras de pace & reſtitutione iſtius; ſi aliud quid latet, clam nobis eſt. Et iſta fuerant, ante rem, prænuntia ſigna malorum.

In craſtino venit, qui diceret ei Cantuariam redituro, quod Randulphus de Broc onerariam navem ejus, cum vino ſuo appulſam, ei abſtulerat, rudentes ſucciderat, ancoras tulerat, nautas, alios ceciderat, alios incarceraverat apud caſtrum Peveneſeye; per abbatem ſancti Albani, & priorem de Doura, nuntians quænam circa eum agerentur, jubente rege reſtituta eſt navis. Archiepiſcopum Thomam redeuntem Cantuariam, aliqui militum ſuorum comitati ſunt, ne forte, tot concurrentibus, & crebreſcentibus ſignis malis, aliqui garciones ab inſidiis, ſecus ſtratam, in eum irruerent, quinque omnino militum ſcuta, dextrarii & lanceæ in ejus fuerunt comitatu. Statim nunciatum eſt regi tranſmarino, quod in exercitu grandi, & armato loricis & galeis regnum perambularet, urbes expugnare, & filium ejus a regno expugnare. Primo ſero reditus ejus Cantuariam verſus, apud Wrotham, venit ad eum quidam ſacerdos Willelmus nomine, pauper & habitu religioſus, qui tunc celebrarat apud Chidingſton. Hic ad ſecretum ſoliloquium, quod rogaverat admiſſus, ait ei; Domine, ecce afſero vobis reliquias ſancti Laurentii, & ſancti Vincentii, & ſanctæ Ceciliæ, ex præcepto ſancti Laurentii, qui mihi in viſione nocturna apparuit, & has, quas apud me habeam, horum Sanctorum reliquias eſſe dixit. Archiepiſcopus; Frater & quomodo ſcis has horum ſanctorum eſſe reliquias? Willelmus; Domine, ita & ego in viſione mea quæſivi a beato Laurentio ſignum aliquod, dicens quod alias mihi non crederetis; & beatus Laurentius dixit mihi pro interſigno, quod nuper in ſinum veſtrum manum injeciſtis, & cilicium quo proximo carni veſtræ utimini diſciſſum inveniſtis, & apud vos deliberans utrum illud refici faceretis, an aliud novum indueretis, poſt modicum injecta manu, illud integrum inveniſtis. Ad hæc, Archiepiſcopus, inter cætera, in virtute Spiritus Sancti vivi obedientiæ tibi præcipio, ne cui dicas, me ſuperſtite. Sacerdos, fiat; & ſubjunxit, pauper ſum, in aliena miniſtro eccle-

 ſia

ſia; cogitate de me. Archiepiſcopus; infra quatriduum natalis Domini veni ad me, & providebo tibi. Diſceſſit ille.

RANDULPHUS de Broc, & Gervaſius de Cornhella, regis officiales, ſtatim una dierum mala male diſſimulantes, quaſi ex ore regis præcipientes, fecerunt evocari, & citari priores eccleſiarum, & cives nominatiores urbis Londoniæ, & nomina quorumcunque exeuntium obviam Archiepiſcopo clanculo ſcribi fecerant, ut ad curiam regis venirent cavere datis vadibus judicio curiæ regis ſtare, quia in occurſum Archiepiſcopi proceſſerant, inimici regis, ut aiebant: priores tamen, & perſonæ eccleſiaſticæ non venerunt. Cives plurimi, qui venerant, dicta die, reſponderunt ſe non videre litteras regis, quæ ita eos citari vel cavere præciperent, ſed neque juſtitiariorum. Erant regis cives, & fideles, non eis obnoxii; ad regis imperium facerent, quod deberent; res ita remanſit. Nec enim in hoc peccaverant, ſed potius præſtiterant Deo obſequium juſtitiæ, cultum autem ſuo Archiepiſcopo legato, tam debitam quam devotam honorificentiam. Venit bonus Thomas Cantuariam, recedunt ad propria illi quinque milites; & ipſe cum ſolis ſacerdotibus & clericis & familia domeſtica ibi remanet. Familia illa infamis de Broc, ei vicinantes apud caſtrum Saltwode, nocturnas illi ad exitus viarum undique circa Cantuariam tendebant inſidias: & ut eum ad impatientiam provocarent, & homines ejus ad rixam, in ejus indagine ſine licentia venabantur, & cervum capiebant; Archiepiſcopi proprios canes in ſylvis ejus militantes capiebant & retinebant. Amplius, una dierum ante natalem Domini, quidam Robertus de Broc, qui quondam clericus fuerat, & poſtea monachus in veſtibus albis, ſed poſt apoſtata & ad ſeculum transfuga, ſummagium Archiepiſcopi ab una villarum eccleſiæ cum procuratione ipſius Cantuariam tendens in ſtrata regia obviam habuit, & unum equum per manum Johannis de Broc nepotis ſui fecit tota cauda curtari, in dedecus Archiepiſcopi. Sed Dei deſiderator Thomas, currus & auriga eccleſiæ Anglorum, patienter tam in proſperis quam in adverſis, præcipuæ virtutis domicilium, omnia hæc recolens præcurrentia martyrii ſibi imminentis ſigna, animum firmans ad exitum ſuum de Ægypto, de die in diem, ſe præparat, in eleemoſynis profuſior, in oratione devotior, in omni cura animæ ſuæ ſollicitior. Aliquotiens etiam inter loquendum cum clericis ſuis, dicebat;

cauſam hanc ſine ſanguinis effuſione non poſſe terminari, & ſe in cauſa eccleſiæ uſque ad mortem ſtaturum. Quod ſui intelligebant, verba putantes; ſed poſtea hujuſmodi recoluerunt verba, qui viderunt opera. Et domino papæ ſcripſit Archiepiſcopus, non imminere ſibi niſi mortem & gladium, ſupplicans ut pro eo Dominum Deum attentius deprecetur.

VENIENTES verſus curiam tranſmarini regis hinc Eboracenſis & Londinenſis & Sareſberienſis, inde archidiaconus Pictavenſis, ſiquidem archidiaconus Cantuariæ in mari laboraverat & nondum venerat, eunti forte videre Archiepiſcopum Tyri regi obviavit, & quæ jam rex audierat de excommunicatione ſeu ſuſpenſione epiſcoporum, ſicut dicebatur, acta narrant, Cantuarienſi Archiepiſcopo totum imputant, reum deferunt læſæ majeſtatis; accuſant abſentem, indefenſum; id tamen verentes, ne quandoque vocaretur, & audiretur, in hoc crudeliores ſummis ſacerdotibus Judæorum, Jeſu Chriſti mortem machinantibus, eo quod illi licuit pro ſe reſpondere in publico, huic ejus diſcipulo Thomæ nequaquam. Cauſam inquam eorum, quæ erat eccleſiaſtica, ante oculos principis ſecularis offerunt, querimoniis ſuis, regem nimis credulum illis incitant, in hominem recentis pacis ſuæ, in Archiepiſcopum ſanctum Dei. Geminantur mala cum falſo. Nuntiatum eſt regi, quod Archiepiſcopus in militum armatorum manu forti regnum perambulat. Quæſivit rex ab Eboracenſi, Londonienſi & Sareſberienſi conſilium. Noſtrum non eſt, inquiunt, dicere, quid factum opus eſt. Tandem ait unus, equidem domine, Thoma ſuperſtite non habebis dies bonos, nec regnum pacatum, nec tempora quieta. Rex itaque tantam ex hoc adverſus eundem Archiepiſcopum indignationem, amaritudinem, & turbationem concepit, & ita cum vultu & geſtu oſtendit, quod ejus commotionem intelligentes & ei placere quærentes quatuor domeſtici ſui barones Reginaldus Urſonis filius, Willelmus de Traci, Hugo de Morevilla, Ricardus Bryto, ut dicebatur, jurati in mortem Archiepiſcopi, a curia recedunt, diverſos maris portus petunt. Mira res! Duce Diabolo, bonorum omnium antiquo hoſte, circa eandem horam diei unius ad familiam illam de Broc apud caſtrum Saltwode congregantur, in craſtino poſtquam a curia regis Archiepiſcopum interfecturi diſceſſerant. Rex in camera ſua ſuos allocutus eſt

eſt barones, queſtus eis de Archiepiſcopo, quod quaſi tyrannus terram ſuam eſſet ingreſſus, quodque pro ſervitio ſuo omnes epiſcopos & Archiepiſcopum Eboracenſem ſuſpendiſſet, & quoſdam excommunicaſſet, quod totum regnum turbaſſet, quod filium ſuum, & eum a corona, & diademate regni intenderet privare, quod ſupra eum perquiſiſſet legationem, quod privilegium quoddam a ſummo pontifice obtinuiſſet ſibi & epiſcopis de donationibus eccleſiarum & comitum & baronum & ipſius etiam regis advocatione. Primus reſpondit comes Legeceſtriæ; equidem, domine, amiciſſimi ſibi fuerunt ipſe Archiepiſcopus, & dominus pater meus comes, ſed pro vero habeatis, quod poſtquam a terra, & dilectione veſtra diſceſſit Archiepiſcopus, neque meum vidit nuntium, nec ego ſuum. Engelgerus de Bohun, quidam inveteratus dierum malorum, & patruus Sarisberienſis epiſcopi, qui excommunicatus characterem beſtiæ habebat in fronte, ait; de tali homine, neſcio quomodo vindicare poſſitis, niſi ſi patibulo appendatur, virgis rigentibus in funem intortis, actus in crucem. Willelmus cognomento Malus Vicinus, nepos Eudonis comitis Britanniæ, tertius fuit, qui loqueretur. Olim inquit Ieroſolymis redii, Roma tranſii, de pontificibus Romanis ibi hoſpitem meum, inter cæterum ſermonem, interrogans, audivi quod aliquis papa ibi interfectus fuit propter inſolentiam & proterviam intolerabilem. Finitis his ſtatim miſit rex Willelmum comitem de Magna Villa, Seierum de Quinci, Ricardum de Humet, poſt illos quatuor in Angliam. Fama fuit ut Archiepiſcopum caperent. Comes Willelmus & Seierus uſque ad portum maris venerunt, ſed non transfretaverunt. Ricardus ad alium portum tendens transfretavit. Rex filius erat Wintoniæ; miſit Ricardus ad magiſtros regis junioris Hugonem de Gundevilla & Willelmum filium Johannis, ut clam cum militibus domus regiæ Cantuariam irent. Ipſe circa maritimam inſidiabatur, ut ſi forte Archiepiſcopus fugæ præſidium attemptaret ad aliquem portum maris, caperetur; quod & faciebant: in tranſmarinis comes Willelmus & Seierus, ut ſi forte transfretaſſet, ibi caperetur.

Mira res & ſtupenda accidit. Nam illi quatuor barones ſuperius nominati, Reginaldus Urſonis filius & ejus ſocii, qui diverſos maris portus petiverant, duce Diabolo, bonorum omnium hoſte antiquo, circa eandem horam diei unius in An-

gliam

gliam apud caſtrum de Saltwode, ad familiam de Broch congregantur: Tamen ante adventum eorum beatus Archiepiſcopus, de imminente occiſorum ejus ingreſſu certiſſime fuit edoctus, & magis confortabatur in Domino, viriliter agens & induens ſe armaturam Dei, ut fortiter ſtare poſſet in die Domini: ſed ſecretum habuit ne in tanto feſto tumultus fieret; quantum in eo erat.

NOCTE dominicæ nativitatis legit evangelicam lectionem; Liber generationis; & miſſam noctis celebravit. Ante magnam miſſam in die, quam & ipſe celebravit, ſermonem luculentum fecit in pulpito ad populum, ſumpta inde materia, circa quam plurimum verſatus eſt, quod in terra eſt pax hominibus bonæ voluntatis. Et clerici de ſanctis patribus Cantuarienſis eccleſiæ, qui ibi ſunt confeſſores, loquerentur, ait, unum eos habere martyrem Archiepiſcopum ſanctum Elphegum; poſſibile eſſe, ut & alterum in brevi ibi haberent. Sed & poſt tam probroſam injuriam de equo pauperis coloni ſui curtato in obſequio Cantuarienſis eccleſiæ, ſententia excommunicationis innodavit Robertum de Broch, ſicut ei prius denunciaverat per nuncios, invitans eum ad ſatisfactionem: ipſeque contumax ei renunciarat per militem quendam, David de Ruminel, quod ſi eum excommunicaret, faceret ſicut excommunicatus. Alios quoque duos eccleſiarum de Herges & Thierlewda violentos incubatores, qui officiales ejus venientes non admiſerant, eadem involvit ſententia. Die quoque ſancti Stephani magnam miſſam celebravit: ſed & die beati Johannis Apoſtoli & evangeliſtæ. Ipſo die emiſit ſecreto in Galliam duos clericos ſuos magiſtrum Herbertum & Alexandrum Gualenſem crucis ſuæ bajulum, tertium Gillebertum de Glanvilla ad dominum papam iturum. Miſit duos alios Ricardum capellanum & Johannem Planetam ad epiſcopum Norwici abſolvere ad tempus excommunicatos ſacerdotes de terra comitis Hugonis, qui excommunicatis ſcienter divina celebraverant, accipienda prius a ſacerdotibus illis ſecuritate, quod infra annum ad dominum papam irent, vel pro omnibus communiter duos ex ſe mitterent, pœnitentiæ ſatisfactionem ab ipſo papa accepturi.

JAM memor Archiepiſcopus ſacerdotis ſui Willelmi, qui ad eum venerat apud Wroteham; cum per Willelmum Beivin notum ejus quæri fecerat, ſi forte in curia vel in urbe inveniretur.

niretur. Et non invento eo, chartam fecit ſcribi, in qua donavit & confirmavit illi capellam de Peneſheſſt, ſubſcriptam excommunicatione, ſi quis illam ei auferre præſumeret. Et chartam illam tradidit Willelmo Beivin, tradendam ſacerdoti, quando eum videret. Quis hunc non fuiſſe martyrii ſui præſcium dicet? Per chartam illam poſtea ſacerdos eccleſiam ſuam in pace habuit a rege juniore; qui dixit, audita charta & miraculo, ſe nolle excommunicatum eſſe ab eo.

Quinto igitur natalis die, prædicti quatuor barones regis cum ſuis omnibus & cum illa familia de Broch a caſtro Saltwode Cantuariam veniunt. Additi ſunt ad eos milites plurimi, quos de caſtellis & vicinia Cantuariæ, quaſi ad ſervitium regis, edicto evocaverant: quorum quaſi duodecim, cum illis quatuor Archiepiſcopi, ſuaviter directo tendunt: aliis interea indicentibus per urbem præfectis & majoribus civitatis, & ex parte regis præcipientibus, ut omnes cives armati cum eis veniant ad domum Archiepiſcopi ad ſervitium regis. Cumque civitas eorum furorem admirata contradiceret, ſtatim præcipiunt, ut in pace ſe habeant, non ſe moveant, quicquid audiant vel videant. Hæc erat iſtorum opera, ut vel civitatis habitatores eis ad facinus ſuum adderentur, vel ſi minus, non eos impedirent, neque pro Archiepiſcopo ſuo decertarent. Præambuli illi prædicti barones & milites in thalamum interiorem ad Archiepiſcopum introducuntur. Hora diei erat quaſi decima. Comederat Archiepiſcopus: ſed adhuc comedebat ſervitorum familia. Introeuntes eos ipſe ſalutatione prævenit: Reſponſio eorum aut nulla fuit aut obſcura. Inter clericos & monachos, ante eum conſederunt. Reginaldus Urſonis filius ſic orſus eſt: Mittit nos ad te dominus rex tranſmarinus, ut excommunicatos in ingreſſu tuo in Angliam epiſcopos abſolvas, ſuſpenſos officio ſuo reſtituas, & poſtea ad filium ſuum regem, quem decoronare intendis, eas Wintoniam, de tanto exceſſu ſatisfacturus, & judicio curiæ ipſius pariturus. Archiepiſcopus; ego quidem excommunicatos hos non excommunicavi, ſuſpenſos non ſuſpendi: ſed dominus papa litteris ſuis, hoc modo filios ſuos corripiens, & male meritos puniens: Archiepiſcopum Eboracenſem, quia me abſente & non vocato nec ſciente nec conſentiente, in præjudicium eccleſiæ meæ, debitam eccleſiæ Cantuariæ & mihi, novi regis coronationem in parochia mea, etiam ipſius domini papæ literis prohibitus

 uſurpavit:

uſurpavit: epiſcopos, quia cum ſint Cantuarienſis eccleſiæ ſuffraganei & profeſſi, hoc ſuſtinuerunt, pro jure ſuæ matris eccleſiæ non reclamantes. De ſententia autem domini papæ non eſt meum retractare; ligatos ejus non poteſt minor poteſtas ſolvere. Veruntamen cum in archiepiſcopo nulla ſit mihi ſolvendi, ſicut nec ligandi poteſtas, ſuffraganeis meis Londonenſi & Saresberienſi conceſſi requiſitus, quod eos anathemate abſolverem, & alios omnes ſuſpenſos reſtituerem, ſi modo vellent vel cum humilitate invocare miſericordiam, vel cum data ſecuritate eccleſiaſtico ſtare judicio: ſed renuerunt qui me convenerunt. Adhuc ad id paratus ſum. Domini regis novi coronatio firma, ſtabilis & inconvulſa permaneat; & ſalva coronati dignitate, dominus papa punit coronatoris injuriam; quod is qui non debuit & ubi non debuit noſtri præoccupavit officii dignitatem: Et pro ſilentio & ſufferentia ſua, noſtri plectuntur epiſcopi. Et totum iſtud de permiſſione domini regis eſt, & de ejus licentia conceſſa mihi in die pacis noſtræ. Neque regem novum ideo quæro exhæredare, quin potius ei multa regna mundi, ſalvo ſi fieri poſſet poſſidentium jure, optarem. Ad ipſum nuper iter arripueram, non ſatiſfacturus, qui in nullo eum offendi, ſed promotioni ipſius domini mei debita veneratione congratulaturus. Sed apud Londoniam ejus nuncium & præceptum ſuſcepi reverſionis, quod doleo. Tunc illi in minas ſtatim laxis habenis proruperunt. Ille ait, miror equidem quod ſic obſtrepitis, quod minas & mala intentatis. Scitis quod recepit me dominus rex, die Magdalenæ, ad pacem & gratiam ſuam; & aliquot veſtrum ibi præſentes vidi; & quantum intellexi, placuit vobis, & cum literis & conductu regis, terram ingreſſus ſum. Tunc ait ei magiſter Johannes Saresberienſis; Domine, loquimini ſecretius ſuper verbo iſto. Non expedit, ait Archiepiſcopus. Talia proponunt & poſtulant, quæ omnino facere non poſſum nec debeo. Reginaldus Urſonis; a quo ergo habes Archiepiſcopatum? Ille; ſpiritualia a Deo & domino papa, temporalia & poſſeſſiones a domino rege. Reginaldus; Nonne totum te a rege habere recognoſcis? Ille; nequaquam: ſed habemus reddere, quæ ſunt regis, regi, & quæ ſunt Dei Deo. Reginaldus & alii, quaſi aliquid mirum dixiſſet, amplius fremebant & accendebantur, & ſtridebant dentibus in eum.

SED

6

SED Thomas juſtus, quaſi leo confidens abſque terrore erat, paratus pro juſtitia & libertate eccleſiæ ſuæ uſque ad mortem agonizari, pro anima ſua; & ait, fruſtra mihi minanimi: Si omnes gladii Angliæ capiti meo immineant, ab obſervatione juſtitiæ Dei & obedientia domini papæ, terrores veſtri me dimovere non poterunt. Pede ad pedem me reperietis in domini prœlio. Semel receſſi timidus ſacerdos: redii in conſilio & obedientia domini papæ: amplius in ſempiternum non eam deſeram. Si licet mihi in pace fungi ſacerdotio meo, bonum eſt mihi: ſi minus, fiat de me voluntas Dei. Præter hæc, noſtis quid inter me & vos ſit: unde & magis miror, quod audetis Archiepiſcopo in domo ſua minari. Hoc autem dicebat, commemorans, quod Reginaldus ille & Willelmus de Traci & Hugo de Morvilla, ejus dum adhuc cancellarius erat, propria deditione homines facti ſunt, ſalva fide regis, quiſque trium ipſius jus imperiumque ſuſceperat, genibus minor. Illi, unde manſueſcere deberent, jam furentes, & præ ira ſe non ferentes, aiunt, nihil quidem inter nos eſt contra regem. Ait Reginaldus, bene audemus Archiepiſcopo minari, & plus facere: recedamus. Stabat autem ibi magna pars familiæ Archiepiſcopi, cum clericis & multis & militibus aliquot, qui affluxerant; audito quod altius loquerentur: Quos intuens Reginaldus, ait; Dicimus vobis ex parte regis, cujus homines & fideles eſtis, ut ab homine iſto recedatis. Forte ſicut ſocii eorum in urbe de civibus, ita & hic introrſum de familia metuebant, ne pro domino ſuo decertarent, ne contra eos inſurgerent. Cumque omnes immoti ſtabant, contrarium ſtatim dat Reginaldus ille præceptum; Præcipimus vobis, ut hominem iſtum cuſtodiatis, ne recedat. Archiepiſcopus; Facilis ſum cuſtodiri: Non recedam. Illi graſſatores inter cæteros intuentur militem quendam dapiferum Archiepiſcopi, Willielmum filium Nigelli, qui a camera ſua quadam de quodam ratiocinio accurrerat. Hunc apprehenſum abducunt, dicentes; Venies nobiſcum. Miles ille Archiepiſcopo; Domine, vides quid de me faciunt? Archiepiſcopus; Video. Hæc quidem vis eorum eſt & poteſtas tenebrarum. Et exſurgens Archiepiſcopus, eos nondum thalamo egreſſos ſequebatur paſſibus paucis, ut militem ſuum ſibi dimittant, rogans ſatis modeſte. Illi obſtinati recedunt, & obvium ſibi quendam alium militem Archiepiſcopi, Radulphum Morin, ſimiliter

ſimiliter capiunt educentes, & per medium aulæ & atrii ad ſequelam ſuam procedentes, terribilibus oculis & minis omnia penetrant, & clamant; Arma, arma, viri. Quidam enim ſocii eorum, præmiſſis notioribus ſuaviter, ne ad ſtrepitum janua clauderetur, infra Archiepiſcopi januam erant: Janitorem Archiepiſcopi amoverant, ſuum admoverant, ne quis de urbe ad Archiepiſcopi auxilium ingrederetur; ne quis de rebus Archiepiscopi aliquid exportaturus egrederetur. Ante januam clauſam, poſtico tantum aperto, erant infra atrium aulæ, in equis Willielmus filius Nigelli, ad prandium homo & miles Archiepiſcopi, modo contra eum, huic addictus officio, & Simon de Crioil, quidam miles abbatis ſancti Auguſtini vicinus. Reginaldus in ipſo proaulo ſeorſum ſe armat, & ſcutellarium Archiepiſcopi Robertum Tibiam compulit ſibi auxilium præſtare & obſequium. Reginaldus ille cuidam fabro lignario gradus quoſdam ibi reparanti ſecurim abſtulit.

Nos interim domino Archiepiſcopo in eodem thalamo commorati, recordabamur conferentes eorum dicta & minas, cum Archiepiſcopi reſponſis; ſentiebamus diverſi diverſa: alii, non eſſe timendum; ebrii venerant: impranſi talia non dicerent. Nativitas Domini eſt: pax regis nobis pacta eſt. Alii aiunt, timendum eſſe ne minas opere compleant. Multa prævisa erant ſigna crudelitatis. Interea audimus a parte eccleſiæ clamorem lacrymabilem utriuſque ſexus & omnis fere ætatis hominum, compatientium nobis tanquam ovibus occiſionis, qui in urbe eos armatos, & ad Archiepiſcopum, edicto dato, properantes viderant. Audimus hinc noſtros homines per gradus curſim in eccleſiam per medium aulæ deſcendere, fugientes a facie armatorum atrium introeuntium. Audimus etiam nos clerici introrſus Arlonierd & aliquos ictus Roberti de Broch parietem diruentis. Quid niſi timor & tremor venerunt ſuper nos monachos, clericos & ſocios Archiepiſcopi? Ecce completum eſt, quod ſuperius ſanctus Dei dixerat; In brevi mallent eſſe ubique terrarum, quam in Anglia. Sed bonus ille Thomas contemptor mortis erat: quippe quæ eſt ſanctis viris portus, & ad æternitatem ingreſſus, & æternum nihil mali ſentienti receptaculum. Inſuper & ſecurum ſe gerebat, quaſi gaudens, ſe nactum honeſtam cauſam moriendi pro juſtitia & libertate & cauſa eccleſiæ ſuæ; & quaſi cupiens diſſolvi & eſſe cum Chriſto. Tanta ei erat libertatis eccleſiaſticæ caritas, ut

eam

3

eam non occaſu ſuo, ſed reſurrectione & ſalute ipſius metiretur. Tunc monachi, qui plurimi aderant, dicunt ei; Domine, intrate in eccleſiam. Ille; Abſit: ne timeatis: Plerique monachi plus juſto timidi ſunt & puſillanimes. Illi non adquieſcunt. Alii eum injectis manibus erigunt, & vim ei faciunt. Alii perſuadent eundum eſſe, quia monachi veſperas dicerent, & ille horam nonam & veſperas eſſet auditurus. Jubet ergo crucem Domini proferri. Quidam clericus, Henricus Antiſſiodorenſis eam bajulat. In clauſtrum monachorum cum veniſſemus, voluerunt monachi oſtium poſt eum acclaudere. Ille ægre ferens ſuſtinuit, & lento paſſu poſtremus vadit, omnes agens ante ſe, quaſi oves paſtor bonus: Equidem timor, quem caritas Dei foras miſerat, ejus nec in geſtu nec in inceſſu poterat notari: tam procul aberat ab omni ejus continentia exteriori, quam a mentis arce interiori. Semel quidem ſuper dexteram oculos retorſit; forte, ſi videret illos regales veſtigio ejus imminentes; forte, ne aliquis relictus peſſulum oſtii obderet.

INTRATUM eſt in eccleſiam ipſam: Iturus ad aram ſuperius, ubi miſſas familiares & horas ſolebat audire. Jam quatuor gradus aſcenderat, cum ecce ad oſtium clauſtri, qui venerat primus, adeſt Reginaldus Urſonis loricatus, enſe evaginato, & vociferans; Nunc huc ad me, homines regis. Nec multo poſt adduntur ei tres prædicti ſocii ejus, ſimiliter loricis contecti corpora & capita, præterquam oculos ſolos, & enſibus nudatis. Plurimi etiam alii ſine loricis, armati, de ſequela & ſociis ſuis; & aliqui de urbe Cantuariæ, quos coactos, ſecum illi venire compulerant. Die illo & quatriduo poſt ad vicina caſtra Douræ, Haſtingæ & cæterorum, ut prædictum eſt, erant milites debentes cuſtodias.

AD portus tranſmarinos regis erant domeſtici; comes Willelmus ad Witſant, Saierus de Quinci alibi, forte ſi mare attemptaſſet Archiepiſcopus, appulſus hic vel ibi caperetur. Viſis illis, inquam, armatis, oſtium eccleſiæ obfirmavere: ſed bonus homo fiduciam habens in Domino, & non expaveſcens repentino terrore irruentes potentias impiorum, e gradibus deſcendit regreſſus, prohibens ne oſtium eccleſiæ clauderetur, & dicens; Permittite intrare omnes eccleſiam Dei intrare volentes: fiat voluntas Dei. Archiepiſcopo a gradibus deſcendente verſus oſtium, ne clauderetur, tunc Johannes Sareſberienſis & alii ejus clerici omnes, præter Robertum canonicum & Willelmum

 filium

filium Stephani & Edwardum Grim, qui novus ad eum venerat, præſidia captantes, & ſe in tuto collocare curantes, relicto ipſo; petiverunt alii altaria, alii latibula.

ET quidem ſi vellet Archiepiſcopus declinare, & ſe fugæ præſidio liberare, optime uti poſſet, non quæſita, ſed oblata occaſione temporis & loci. Veſpera erat. Nox longiſſima inſtabat. Crypta erat prope, in qua multa & pleraque tenebroſa diverticula. Item erat ibi aliud oſtium prope, quo per cocleam aſcenderet ad cameras & teſtitudines eccleſiæ ſuperioris: forte non inveniretur, vel interim aliquid fieret. Sed nihil horum voluit. Non declinavit; non percuſſoribus ſupplicavit: non murmur edidit; non querimoniam in tota ſua agonia fecit: ſed extremam horam, quæ imminebat, pro Chriſto & cauſa eccleſiæ expectans, fortitudine & conſtantia mentis, corporis & ſermonis, qualem de aliquo martyrum majorem nunquam audivimus, uſus eſt, donec totum conſummaretur. Ecce jam illi ſpiculatores furia invecti, præter ſpem apertum cernentes curſim oſtium intrant eccleſiæ. Quo, quo ſceleſti ruitis? "Quis furor, "O miſeri! quanta licentia ferri! Unus illorum monachis dixit, qui cum eo aſtabant; Ne vos moveatis. Clamavit aliquis, Ubi eſt ille proditor? Archiepiſcopus ſuam in patientia animam poſſidens, ad verbum illud non reſpondit. Aliquis alius; Ubi eſt Archiepiſcopus? Ille; Ecce ego, non proditor, ſed presbyter Dei: & miror, quod in tali habitu eccleſiam Dei ingreſſi eſtis. Quid placet vobis? Unus graſſator; Ut moriaris: impoſſibile eſt, ut vivas ulterius. At ille; Et ego in nomine Domini mortem ſuſcipio, & animam meam & eccleſiæ cauſam Deo & beatæ Mariæ & ſanctis hujus eccleſiæ patronis commendo. Abſit, ut propter gladios veſtros fugiam: ſed, auctoritate Dei interdico, ne quempiam meorum tangatis. Aliquis eorum biſacutam & gladium ſimul habuit, ut in ſecuri & biſacuta, ſi eis obfirmaretur, oſtium dejicerent eccleſiæ: ſed retento gladio, biſacutam, quæ adhuc ibi eſt, depoſuit.

QUIDAM eum cum plano enſe cedebat inter ſcapulas, dicens; Fuge; mortuus es. Ille immotus perſtitit, & cervicem præbens, ſe Domino commendabat; & ſanctos archiepiſcopos martyres in ore habebat, beatum Dionyſium & ſanctum Elphegum Cantuarienſem. Aliqui dicentes; Captus es; venies nobiſcum: injectis manibus, eum ab eccleſia extrahere volebant; niſi timerent, quod populus eum eſſet erepturus de manibus eorum.

Ille

Ille reſpondens; Nuſquam ibo; hic facietis, quod facere vultis, & quod vobis præceptum eſt. Quod poterat, renitebatur; & monachi eum retinebant: cum quibus & magiſter Edwardus Grim, qui & primum a Willielmo de Tracy in caput ejus vibratum gladii ictum brachio objecto excepit: eodemque ictu & Archiepiſcopus in capite inclinato, & ipſe in brachio graviter eſt vulneratus. O, ut ait ſanctus Baſilius, beſtiarum feritas in Dei virtute manſueſcit: humana rabies nec ferarum miteſcit exemplo.

ARCHIEPISCOPUS a capite defluum cum brachio detergens, & videns cruorem, gratias Deo agebat, dicens; In manus tuas, Domine, commendo ſpiritum meum. Datur in caput ejus ictus ſecundus, quo & ille in faciem concidit, poſitis primo genibus, conjunctis & extenſis ad Deum manibus, ſecus aram, quæ ibi erat, ſancti Benedicti; & curam habuit vel gratiam, ut honeſte caderet, pallio ſuo coopertus uſque ad talos, quaſi adoraturus & oraturus. Eum procumbentem Ricardus Brito percuſſit tanta vi, ut & gladius ad caput ejus & ad eccleſiæ pavimentum frangeretur: & ait; Hoc habeas pro amore domini mei Willielmi, fratris regis. Hic ſiquidem Willielmus appetiverat conjugium comitiſſæ de Warenna; ſed Archiepiſcopus contradixerat, quoniam hic Willielmus ex matre imperatrice Mathilde, ille comes Warennæ Willielmus ex patre rege Stephano, conſobrinorum fuerant filii. Unde Willielmus frater regis Henrici inconſolabiliter doluit; & omnes ſui Archiepiſcopo inimici facti ſunt.

QUATUOR omnino habuit ictus ſanctus Archiepiſcopus, omnes in capite; & corona capitis tota ei amputata eſt. Tunc videre erat, quomodo artus ſpiritui famulabantur. Nam ſicut nec mente, ita nec membrorum objectu vel dejectu morti viſus eſt depugnare; quia mortem excepit magis ex Dei deſiderio voluntariam, quam de gladiis militum violentam. Quidam Hugo de Horſea, cognomento Malus Clericus, ſancti martyris procumbentis collum pede comprimens, a concavitate coronæ amputatæ, cum mucrone cruorem & cerebrum extrahebat. O triſte ſpectaculum! O crudelitas inaudita, eorum qui Chriſtiani eſſe debuerant. Sed pejores ſunt, qui ſub nomine chriſtiano opera agunt paganorum, quam qui aperte & ex errore paternarum traditionum ſunt infideles. O vere felicem & conſtantem ſanctum Dei martyrem Thomam! Occidi potuit, ſed flecti

flecti non potuit. Et quidem, ſicut quondam Chriſto patiente in proprio corpore, ita & eodem nunc patiente in milite ſuo Thoma, avertit ſol oculos, abſcondit radios, obtenebravit diem, ne videret ſcelus hoc; & horrida tempeſtas cœlum contraxit; ſubiti ruerunt imbres, intonuit de cœlo. Poſtea rubor aeris magnus emicuit, in effuſi ſanguinis ſignum, in flagitii horrorem, in ultionis ſeveritatem ſuperventuræ his, qui ita immane ſe efferarunt, & hoc piaculari ſe depravaverunt, & qui mortis hujus cauſa extiterunt, exoſa & exuta omni naturæ humanæ manſuetudine.

EXSATURATI pio cruore, quem impii ſitierant parricidæ, exeunt, & quendam Francigenam puerum archidiaconi Senonenſis, eo quod plangeret Archiepiſcopum . . . . . . . . . .

. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .

ejus æmuli mali filii ipſius, fratres Herodiadis crudeliſſimæ, quæ ſimiliter quondam beatum Baptiſtam Johannem pro veritate primo fecit incarcerari; & poſt, non auditum, non judicatum procuravit decollari. O feliciter factum reum, quem ſic videmus abſolutum.

CUM cognitum eſſet receſſiſſe occiſores, adſunt circa ſanctum Archiepiſcopum ſui clerici & monachi, ſervientes & de urbe infiniti. Solvitur ſilentium, & latius erumpunt omnes in gemitus & lamenta, quæ prius, incumbente ſicariorum timore, continuerant. In noctem plurimam fletus & ejulatum producunt. Placuit tandem feretro ſuperpoſitum corpus domini Archiepiſcopi per medium chorum ante altare inferre, cranii vacuitate cooperta cum lineo mundo, pileolo deſuper aſtringente. Ille etiam adhuc animi dulcedinem & conſtantiam in vultu præferebat. Item ibi fletur plurimum. Frater Robertus ſacerdos & canonicus religioſæ domus de Meritona, vir honeſtus, qui & ei a primo die ordinationis ſuæ capellanus & comes inſeparabilis adhæſerat, poſt commendationem veræ religionis & honeſtatis domini Archiepiſcopi, cujus ipſe erat conſcius, ut confeſſionis ejus auditor, inter cætera oſtendit monachis, quod prius omnes ignoraveramus, quod in cilicio eſſet Archiepiſcopus, injecitque manum in ſinum ejus, oſtendens proximum carni ejus cilicium, & ſupra cilicium, habitum monachalem. Quoniam enim monachorum eccleſiæ illius Cantuarienſis erat abbas, cum clericus eſſet electus, & ipſe ſub abſconſo chlamydis canonicalis, Chriſti & beati Benedicti mo-

nachum

nachum gerebat abſconditum. Tunc vero monachi gaudio ſpirituali admodum hilarati, extollunt in cœlum mentes manuſque, magnificantes Deum; convertunt luctum in gaudium ſpirituale, lamenta in voces lætitiæ; & de utroque martyrio ejus, & viventis voluntario & occumbentis violento, ad oculum edocti, ad terram procidunt, pedes ejus & manus oſculantur; eum ſanctum Dei Thomam martyrem glorioſum, omnes proteſtantur. Omnes accurrunt, viſuri illum in cilicio, quem Cancellarium viderant in purpura & byſſo.

POST modicum quidam monachus eccleſiæ Arnaldus aurifaber, & aliqui cum eo, ad locum martyrii ejus redeunt: ſanguinem ejus & cerebrum per aream eccleſiæ effuſum, mundiſſime in pelvim recolligunt; & ne conculcaretur locus ille pedibus tranſeuntium, ſcamna portabilia tranſponunt. Vigilia noctis illius pia, ſancta & ſobria fuit. Tantum commendationem animæ in ſilentio dicunt monachi. Craſtino mane rumor perſtrepit in eccleſia, quod paraviſſent familia illa de Broch cum ſuis complicibus eum ab eccleſia extrahere, dolentes quod ipſum in eccleſia trucidaſſent: quod timentes monachi, ocyus accelerant ſanctum corpus illud ſepelire & ſepulchro inferre. Affuit illi obſequio abbas de Boxlea & prior de Doura, vocati prius ab Archiepiſcopo, quia eorum conſilio priorem, qui in Cantuarienſi non erat eccleſia, unum de monachis voluit facere. Decreverunt ipſum non eſſe lavandum aliter quam locus erat in ſanguine ſuo; & amotis diſtributiſque ejus quotidianis veſtibus ſuperioribus, ſepultus eſt in ipſo, in quo inventus eſt cilicio, & famularibus interius cilicinis, exterius lineis, & in eiſdem caligis, & in ipſo quo erat habitu monachali: & ſupra hæc, in ipſo eodem in quo ordinatus fuit veſtimento, alba quæ Græce Poderis dicitur, ſuperhumerali ſimplici, chriſmatica, mitra, ſtola, mapula; quæ omnia reſervari præceperat, forte in diem ſepulturæ ſuæ: ſupra quæ habuit archiepiſcopaliter tunicam, dalmaticam, caſulam, pallium cum ſpinulis, calicem, chirothecas, annulum, ſandalia, paſtoralem baculum; quo conſuetum eſt more, quo dignum eſt honore.

REX filius, audita morte ſancti Thomæ, vehementiſſime contriſtatus & corde perculſus, tetendit manus in cœlum & oculos cordis & corporis ad Deum: dicens, Deus, tibi gratias ago, quod clam me factum eſt hoc, & quod nullus meorum

Aa ibi

ibi fuit. Nam illi quatuor infelices graſſatores peregerant rem antequam ſupradictus Hugo de Gundevilla & Willielmus filius Johannis veniſſent Cantuariam. Peractis compoſitiſque omnibus ad ſepulturam pertinentibus, ſine miſſa, quia eccleſia in ingreſſu armatorum violata erat, in marmoreo ſarcophago novo, in crypta ante duo altaria, ſacrum corpus Archiepiſcopi multo ploratu conclamati reconditur.

EJUS mors pluribus eſt revelata. Magiſter Rodulfus, Londonienſis eccleſiæ canonicus & ſacerdos, vir magnæ honeſtatis, in divina pagina doctor præcipuus, vidit per ſomnium, quod ipſe intuitum figens in ſole, viderit in corpore ſolis epiſcopum epiſcopalibus ornatum. Viſum eſt honeſtæ cuidam mulieri, quod videret lunam de cœlo cadentem, & quorundam gladiatorum gladiis totam detruncari. Statim autem poſt tumulationis obſequium, in ipſa hebdomada, divina virtutis affuit operatio, & tanti martyrii condigna declaratio: Sed imminentibus in die illis de Broch, & ad parietes hoſpitiorum Cantuariæ de nocte ſtantibus, ut loquentem bona de Archiepiſcopo ſublimem raperent, & ad tribunal judicii ſui pertraherent; primo magnalia Dei non niſi in ſilentio loqui audebant fideles, donec a Deo in virtute Spiritus Sancti, percrebuit ibi gratia ſanitatum & concurſus populorum, ut caritas foras mitteret timorem: dicentibus inſidiatoribus, qui prius ad pontes & tranſitus viarum conſcribebant eum vivum vel martyrio conſummatum viſitantes: Nihil eſt quod agimus: Non eſt conſilium contra Dominum. Ecce tota Anglia ad illum abit. Ibi ſi quid Deus, ad nominis ſui gloriam, ad eccleſiæ ſuæ conſolationem, ad fidei noſtræ corroborationem, ſanguinem innocentem, qui effuſus eſt de pavimento eccleſiæ, ad eum clamaſſe oſtendit, ita miraculorum gratia martyrem ſuum glorificans & cauſam ejus juſtificans. Cæci viſum receperunt, contractis membrorum lineamenta extenſa & directa ſunt, ſurdis auditus redditur, paralytica membra glutinantur, dæmoniaci liberantur, evadunt incarcerati. Plurimæ aliæ infirmitates, cancri, hydropiſis, fiſtulæ, tumorum epitaſiæ ſtrangalideſve curantur. Leproſi ſeptem infra primum annum ibi ſunt mundati. Sed & mortui plures per Angliam ſunt reſuſcitati, infuſa in eorum ora aqua beati Thomæ ſanguine mixta, quam in fialis ſtanneis ad peregrinationis ſuæ ſignum & infirmorum ſuorum remedium, fideles Chriſti ad pecto-

ra ſua dependentem inde reportant, & in eccleſiis ſuis pro reliquiis ſanctis ſuſpendunt, nutu quodam divino, ut ubique gentium beati Thomæ martyris gloria inferatur, & in omni eccleſia pro libertate eccleſiæ ſanguis ejus ad Deum clamare videatur. Et juſto quidem Dei contigit judicio, ut ubi ſuperabundavit iniquitas, ſupra quam de aliquo paſſo apoſtolo vel martyre auditum ſit, ibi ſupra cujuſlibet ſancti gloriam miraculorum ſuperabundet gratia, Domino operante, & fide chriſtiana, cui omnia poſſibilia ſunt, ſuffragante. Sed & in ſtrata ubi ſteterunt pedes ejus, dum parvulos oblatos conſignaret, non deeſt fidelibus Chriſti gratia virtutum operatrix, ubi fidelium vicinorum devotio capellas extruit,

Jurandaſque ſuum per nomen conſtruit aras.

In maris periculo ſummo conſtituti, eo patrocinante liberati, ad ipſius ſepulcrum gratias agere redierunt, & miraculi tanti & ereptionis ſuæ ſignum reliquerunt.

MULTIS illa anima ſancti Thomæ martyris ita affectuoſe, ita gratioſe, in omnium piarum animarum, in omnium hominum bonæ voluntatis inhæſit deſideriis & dilectioni, ut a pueris, qui colludentes in viis ejus narrant paſſionem, cantant gloriam, perficiunt laudem, uſque ad ſenes decrepitos, gaudentes ſe ad hæc Dei magnalia videnda duraſſe ſuperſtites; omnis ætas, omnis ordo eum veneretur, ejus requirat patrocinatum ejus habeat amorem in corde, nomen in ore; ejus habeat memoriam in gloria, gloriam in memoria.

EXCITAVIT in Dei devotionem, quæ in Anglorum mentibus jam pridem tepuerat, & in pia deſideria vitæ meliorandæ, peregrinationis ſanctæ, & eleemoſynæ faciendæ, omnem Angliæ habitatorem, & comites & barones, & vicina regna, peregrinis ejus, prius quam ad ſepulcrum ipſius accedant, peccata confitentibus & ſe diſcalceantibus, ut de tanto utriuſque ſexus concurſu, & tam pia viſitationis ejus inſtantia, inter magnalia Dei hoc unum ſit de maximis.

VIR ſanctitate & gratia plenus, martyr Dei, terra marique celeberrimus, promptus in opportunitatibus adjutor, ut credere pium eſt, eo ampliore a Deo honoratur ſignorum frequentia, quo amplior in ipſius detruncatione ſævit malitia. Dum pro liber-

libertate & cauſa eccleſiæ, ipſe Chriſti miniſter a Chriſtianis, ſed nomine tantum, Archiepiſcopus a filiis, dominus ab hominibus ſuis, in pace ſibi pacta, in eccleſia Dei ſancta metropolitana ſua, & in ſancta Domini noſtri Jeſu Chriſti nativitate, crudeliter eſt in corona capitis tranſverberatus.

IPSE pro pace, libertate & unitate eccleſiæ, & pro omnium fidelium ſalute vivorum, requie defunctorum, intercedat apud Deum, qui in martyribus ſuis victorioſus & omnibus ſanctis ſuis extat glorioſus per infinita ſecula ſeculorum. Amen.